in anūciatione verbi dei.nullā psonaz̄ accepti onem debere fieri. Ūñ Hiero. Nulla inquit inter nobiles et ignobiles.inter diuites et egenos in p̄dicatione distinctio sit. Tertia ad confusionē scribaz et phariseoz qui diuina nolebant nūciare paupibus. Et inde rep̄hēsibiles sūt doctores huiꝰ seculi qui libentiꝰ p̄dicant verbuz dei diuitibus a quibꝰ emolimentū accipiūt q̄z paupibus. Et q̄niā christꝰ p̄dicauit paupibꝰ. ideo ꝑ tanq̄z rarū ⁊ insolutū ponit inter opera mirabilia. Sed est aduertenduz q̄ licet christus incepit p̄dicare paupibus.non tamē exclu dunt diuites.q̄n et ipsis p̄dicauerit vt patz in Zacheo ⁊ symone leproso ⁊ maria et martha et alijs. Non ergo verecundent̄ homīes qui p̄dicationes frequētat q̄i ex hoc paupiores ⁊ cōtemptibiliores reputent̄. Quod est cōtra quosdam diuites qui erubescunt inueniri apud p̄dicationes vel in ecclesia. De quibus fert sentētiam saluator luce.viij. Qui me erubuerit ⁊ ꝓmones meos illū filiꝰ hominis erubescet cū venerit ī magna potestate sua. Alio modo p̄t exponi sic Pauperes euangelizant̄.id est.p̄dicant̄.cōmēdātur et beatificant̄. Naz ꝑm seculum diuites p̄dicant beati iuxta illud p̄s. Promptuaria eoruz plena.eructātia ex hoc in illud. Oues eoꝝ fetose abundantes in gressibꝰ suis ⁊c. Et subdit Beatū dixerūt pl̄m cui hec sūt. Unde et Ecc̄.xxxj. Beatus diues. Sz christꝰ paupes p̄dicabat beatos d. Matth̄.v. Beati paupes spū quoniā ipsoruz est regnū celoꝝ. Nō valde fuit mirabile ⁊ inauditū. Quia ante aduentū christi.satellites voluptatum diuitias appetebāt.⁊ non habētes diuitias miseros reputabant. Ideo Greg.dicit. Noꝝ dñs ac redemptor noster nouus homo venit ī mundū.noua p̄cepta edidit mundo.vite eternz nostre veteri in vitijs enutrite. cōtrarietatē opposuit nouitatis sue. Quid enī vetus quid carnalis homo nouerat nisi sua retinere. aliena rapere si posset.cōcupiscere si non posset. Sed ipe christus p̄cepit nouitatē cū dixit Luc̄.xuij. Nisi quis renūciauerit oībus que possidet non p̄t meus esse discipul⁹. Hoc nouū ⁊ mirabile petebat̄ Ecc̄.xxxvj. Innoua signa īmuta mirabilia. Moraliter pista sex opa christi mirabilia q̄bus liberauit homīes a coporalibꝰ defectibꝰ accipi p̄nt sex mala ꝺfectuū culpabiliū a quibꝰ quotidie liberat animas spūaliter. Quidaz enī sunt ceci p ignorātiam vel malicia. De q̄bꝰ dicit Sap̄.ij. Quoniā excecauit eos malicia eorum. Qui possunt dicere illō p̄s. Lumē oculoꝝ meoꝝ ⁊ ipsū non est mecum. Et ideo clamēt ad dñm Illumina oculos meos ne vnq̄z obdormiam in morte. Hos liberat christus dicēs Johā. viij. In iudiciū veni in hūc mundū.vt nō vidētes videant. Item quidā sunt claudi in affectu p̄aue voluntatis.qui bñ vident q̄d agēduz q̄o derelicto mundo sequēdꝰ esset christus.sed nolūt.p̄s. Noluit intelligere vt bene ageret. Iniquitatē meditatus est in cubili suo ⁊c. Vel ptm volunt sequi mundū.ptm christum. De quibꝰ p̄s. Claudicauerūt a semitis suis. Contra quos clamat Helias.iij. Re.xviij.dicēs. Usq̄q̄ claudicatis in duas ptes.quia ꝺus deum ⁊ mūduz Et addidit Si dñs ē deꝰ sequimī eum. Tales clament ad dñm.dicētes cū p̄s. Gressus meos dirige ꝑm eloquiū tuū. Et ipse eos liberabit dicens. Job̄.vlt̄. Saluabo claudicantē. Item alij sunt leprosi cōtagione luxurie.que maculat corpus ⁊ aiaz.j. Cor.vj. Qui fornicat in pp̄riū corpus peccat. Quibꝰ dat̄ consiliū iiij. Re.v. Vade ⁊ lauare septies in iordane et mūdaberis. Et hoc petijt p̄s. Aspges me dñe ysopo et mundabor. Item quidā sūt surdi p cordis duriciaz ⁊ īmlericordiā.siue ad clamorem pauper siue ad vocem p̄dicatiōis. De quibꝰ dicit in p̄s. Sicut aspidis surde ⁊ obtu.au.su. Hos etiam liberat christꝰ Esa.xxix. In die illa scz aduentus christi audiēt surdi verba libri signati. Item alij sunt mortui p peccati mortalis obstinationem Et hos liberat christus dicēs Joh̄.xj. Qui credit in me etiā si mortuꝰ fuerit viuet. Vivificant autem effluentia sui sanguinis sicut pellicanꝰ suscitat pp̄rios filios suos a morte.effundens sup eos sanguinē. Sicut enī sanguis est fōs caloris vite corpalis.ita sanguis christi emūdabit conscientiā nostram ab opibus mortuis Heb̄.viij. Item alij sunt paupes a celestibus gratijs et virtutibus nudi ⁊ miseri. Quibus dat̄ consiliū Lu.vij. Si vere fratres diuites esse cupitis.veras diuitias adamate. Hos etiā christꝰ liberat clamans Matth̄.xj. Venite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiam vos. Notandum etiam q̄ quia pauperes in hoc mundo habentur contemptui.ideo christus etiam eos liberauit ab huiusmodi contemptus opp̄brio p̄dicans paupertatem beatam ⁊ in seipso assumens pfectionē extreme pauptatis. Deinde cū dicit ⌊et beatus est⌋ reddit eos cautos contra dubitationē iminentē ex passione sue humanitatis.d.⌊beatus est qui nō fuerit scandalizatus in me⌋ quando scilicet videbit ignominias mee passiōis. Et nota q̄ scandalū ꝺra scandalō grece q̄ō ē offēdiculū vel ruina latine. Et tūc aliq̄s ꝺr scādalizari.q̄n er ꝓbo vl̄ facto alteriꝰ habuerit occasioēz peccādi. Nō p̄t es

se dupliciter. aut occasione data. aut occasione accepta. Christ⁹ ergo nō fuit alicui occasio scandali occasiōe a se data. sz occasione ab eis peruersse accepta. ¶ Notādū etiā q quidā scandalizati sunt a christo occasione sūpta a sua p̄dicatiōe Matthei. xv. Scitis q pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt. Quidā vō a sua operatione Marci sexto. Unde huc tanta sapientia et vtutes que pmanū eius efficiunt. nōne hic ē faber filius. z scandalizabant. Et hoc etiā mō scandalizabant in christo discipuli Johis. Quia vt dicit Greg. z Chryso. Aliqualiter christo iuuidebant mirabilia operanti. q Johs nunq̄z fecerat. et ad hoc scandalū ab eis amouendū dixit hoc verbū. Et beatus est. Quidā aūt tertio scandalizati sūt in christo occasiōe sumpta a sua passiōe Et sic intelligit etiaz qō hic dr. ¶ Et btūs z̄. ¶ Aū Greg⁹. Uisis tot signis nō scādalizari sz āmuari q̄libet potuit. Mens tñ fideliū grauiter tulit. cū dñm post tot mirabilia mori vidit. Aū apls j. Coz. pmo. Nos p̄dicam⁹ christū crucifixum iudeis quidē scandalū gentib⁹ aūt stulticiā. Et ad istud scandalū euitandū. pmonuit eos christus dī. Et beatus ē z̄c. q. d. Licet operer mirabilia vt de⁹. quia tñ vt hō crucifigend⁹ sum. cauēdum est valde hoīb⁹. ne in me mortez despiciāt q̄ signa venerant vt dicit Greg.

¶ Expositio tertie partis euangelij.

XIIII

Illis autem abeuntibus. cepit Jesus dicere ad turbas de iohāne. Quid existis in desertum videre. harundinē vento agitatam. Sed quid existis videre. hoīem mollibus vestitū. Ecce qui mollib⁹ vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre. prophetā. Etiaz dico vobis. et pl⁹ quā prophetaz. Hic est enī de quo scriptum est. Ecce mitto angelum meū ante faciē tuā qui preparabit viam ante te. ¶ Tertia ps p̄cipalis in qua pomit p̄curiosus inclita commēdatio Quereret aūt aliq̄s. quare christ⁹ facta sibi hac questione incepit cōmendare iohānem. Item quare non cōmendauit eū p̄nūbus discipulis. sz abeuntib⁹ illis. Rñdet ad pmū p̄m Hiero. et Hylariū. q q: turba circūstans mysteriū interrogationis nesciebat. putabat enī iohannē dubitare de christo ex hmōi q̄stione. Ac ppter hoc putare poterāt christū dixisse illud verbū īmediate p̄missum. Et btūs est qui nō fuerit scandalizatus in me. referēdo ad iohānem quasi scādalizatū in christo. Ideo ad amputandā hui⁹ opinionē ab eis incepit eū cōmendare. Ad secūdū dicendū. q nolunt euz cōmendare in p̄ntia discipulorz. ppter tres rōnes. Primo ne videret hoc adulatorie facere sz Chryso. Secūdo ne extollerētur intra se de gloria magistri sui Tertia q discipuli iohis de iohāne nō dubitabāt sz turbe. ido ipsum cōmendauit corā turba z non corā discipulis. Dicit ergo ¶ Illis aūt abeuntib⁹ cepit Jesus dicere ad turbas de iohāne ¶ Commendat aūt ipsū in duobus. Primo quātum ad male opinionis remotionē. Secūdo quātū ad sue sanctitatis ostensionē. Ibi. Sz q̄d existis videre p̄pbetā. Remouet aūt malā opinionē de iohanne. q ad duo. ¶ Primo oñdit eū non esse leuez. qō respicit rōnis hesitationem. Nā p⁹ dixerat. Ecce agn⁹ dei. ecce qui tollit pctā mūdi. Modo videt quasi dubitare z ita incōstans esse z leuis mittēdo discipulos cū q̄stiōe. Sz christ⁹ oñdit q nō fuit in ipso hmōi hesitationis instabilitas cū dicit ¶ Quid existis in desertū. videre harundinem ven. a gi ¶ q. d. non. ¶ Notandum q nō tūc exierant in desertū ad hoc vt viderēt iohannem. nec enim erat tūc in deserto sed in carcere. sz p̄teritum refert. quia frequēter exierat plus in desertū videre iohānem. vt habet Mar. j. Per harundinē sicut dicit Hylari⁹. intelligit anim⁹ cognitione dei vacu⁹ z ad immūdoz spirituz flatū vagabundus. Nō igit erat iohs harūdo qui omni vento agitaret vt leuitate mentis de christo mō ābigeret q euz p⁹ p̄dicauerat vt dicit glo. interli. ¶ Secōdo oñdit eū non esse mollē qō respicit irascibilis refractionē z ꝓcupiscibilis deflectionem cū dicit ¶ Sed quid existis videre hoīem mollib⁹ vestituz ¶ Quasi diceret Non. Qui enī molles sunt aduersitate cito frangunt quātū ad refractionē irascibilis. Sed iohs mollis nō erat. vt qui p⁹ qñ liber erat christum p̄dicauerat modo in vinculis posit⁹ quasi aduersitate fractus de ipso dubitet Q, etiā iohs mollis nō fuerat quo ad flectionē ꝓcupiscibilis. patz in eius victu et vestitu. Nā vestimēta ei⁹ erant de pilis camelorz. z cibus ei⁹ erat locusta et mel silueſtre Matth. iij. Et subdit ¶ Ecce q̄ mollib⁹ vestiunt in domib⁹ regū sūt ¶ In domib⁹ regum habitāt molles et flexibiles. Unde Petrus in atrio pontificis mollis effect⁹. fractus ē ad vocem ancille Matth. xxvj. Et dauid in domo regia stans ad fenestrā. flex⁹ ē ꝓcupia ad aspectū bersabee. ij. Reg. xj. ¶ Moralit Hiero. z Rabanū docemur hic. q p̄dicatorez est vitatis ōclinare debēt nobiliū pallacia. q̄ frequentāt mollibus induti adulātes q vitā peccātū palpant et

nō pungūt. Itē notat hic q̄ p̄dicatio vitatis cō/
uenit cū duricia cibi ⁊ vestis. Qui aūt falsē p̄e/
dicant adulatores sunt. sectantur lucra. querūt
diuitias. dilicijs affluunt. Et tales mollibus ve
stiunt. Nō sic Johēs. Un Greg. Johēs molli/
bus vestib⁹ nō fuit indut⁹. q⁹ vitā peccantium
nō blandimētis fouit ſz aſpe increpauit. ¶ C
Hic queri vtz in vsu p̄ciosaꝝ vestiū sit peccatū
Et videt q̄ sic. Quia dicit Greg⁹. in omel. super
illo vbo. Ecce q̄ mollib⁹ vestiunt. Nemo existi/
met influxu atqz studio p̄ciosaꝝ vestiū peccatū
deesse. q⁹ si hoc culpa nō esset. nullo mō Johānē
dñs de vestimēti sui aſperitate laudasset. Et ne/
quaq̄z Petr⁹ ap̄ls p̄ceptam feminas a p̄ciosa/
rum vestiū appetitu cōpescere et dicēs: Nō in ve
ste p̄ciosa. Sic enī d⁹. j. Pet. iij. Quaꝝ nō sit ex/
trinsecus capillatura aut circūdatio auri aut ī
dumenti vestimēto⁹ cult⁹. Et infra sic. Sic enī
aliq̄n ⁊ sancte mulieres sperātes in deo. nō in o⁹
natu vestiū. ornabāt se subiecte p̄p̄ijs viris Un
etiā q̄ dicit hic In domib⁹ regū sūt. exponit gre/
gorius. id est. exteres regni celestis sub iure dia/
boli sunt. q̄ sunt reges tenebraꝝ. In cōtrariū est
qđ de forti muliere d⁹ Prouerb. vlt. Byssus et
purpura indumentū ei⁹. Sed dicendū q̄ sic di/
cit beatus Aug⁹. iij. de doctrina christiana. Nō
vsus rei sed libido vtentis in culpa est Unde in
talibus spectand⁹ est finis et intentio vtentis. ⁊
sm hoc iudicat esse pc̄tum vel nō In vestib⁹ enī
q̄q̄z sunt reprehensibilia. Primū est superfluitas
sicut in mulierib⁹ que trahunt magnā ptem ve
stimentorū super terrā. Secundū est p̄ciositas
ornant enī se purpura et byſſo ac si essent statue
gentiliū vel ministri altaris. Tertiū est curiosi/
tas. adinuenūt enī scissuras diuersas et nouas
figuras ⁊ formas vestimento⁹ Quartū ē mol/
licies vt hic. Quintū est nimia vestium diuersi/
tas. Exemplū de diuite epulone Luc. xvj. Et q⁹ ī
omnibus his modis videt esse libido vtētis. iō
nō sine culpa est hmōi vestimento⁹ cult⁹ Excu
sari tñ possunt aliq̄ a pc̄tō ex quattuor. ¶ Pri/
mo mulieres si se ornāt vt p̄p̄ijs viris placeāt.
ne p̄pter eaꝝ p̄temptū in adulteriū labant. Un
dicit. j. Corinth. vij. ¶ Mulier que nupta est cogi/
tat que sunt mūdi quō placeat viro. Dū tamē
alias hmōi ornatus sit cū verecūdia ⁊ sobrieta/
te. vt dicit aplus. j. Thes. iij. et hec excusatio locuꝝ
nō habet in mulieribus illis que viros nō habēt.
nec volunt habere ⁊ sunt in statu non habendi.
Tales enī nō possunt absqz peccato placere vi/
rorum aspectib⁹ ad p̄cupiscendū. quia hoc ē eis
dare incentiuū peccādi. sm illud Prouerb. vij.
Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio ad
decipiēdas aīas Et si quidē hac intentione se or/
nent. vt alios p̄uocent ad p̄cupiscentiā mortali
ter peccāt. siue nupte siue nō. ¶ Multe enim in vi
ros retorquēt mendacium siue culpe. de q̄bus dicē
Cyprianus. Berico et purpura indute christuꝝ
indnere nō possunt. auro. margaritis. et mon/
tibus adornate. ornamēta cordis ⁊ pectoris per
dunt. Si autē ex leuitate quadā vel etiā vanita/
te p̄pter quandā iactantiā. nō semp est peccatū
mortale. sed q̄nq̄z veniale. Et eadē ratio quantū
ad hoc est de viris. Unde beat⁹ Aug⁹ epistola
ad Possidonium Nolo vt de ornamēto auri vel
vestis p̄p̄ria habeas in phibendo sniam. nisi in
eis qui neqz p̄iugati sunt neqz p̄iugari volunt.
qui cogitare debēt quomodo placeāt deo Se
cundo possunt excusari aliqui ex statꝰ sui con
dicione. Illi enī qui in dignitatibus constituūt
p̄ciosioribus indui possunt q̄z ceteri. non pro/
pter sui gloriam. sed ad excellentiam sui statꝰ.
¶ Tertio ex ornamēti sui interioris rep̄sentati/
one. Exemplū de Judith. x. Ad hoc enī ornāt se
ministri altaris. quia omnia ibi sunt significati/
ua virtutū. ¶ Quarto ex regionis consuetudi
ne siue more. Nos enī regionis in talib⁹ excu/
sat. dūmodo alias finis nō sit indebitus ⁊ p̄sue/
tudo nō sit in p̄iudiciū nature. vt in pictura fa
ciei. In hoc enī nulla consuetudo excusat. vt dicē
Cyprianus de habitu virginū. Nam nō v̄gines
tantū aut viduas. sed etiā nuptas et omēs femi
nas omnino admonendas. q⁹ opus dei ⁊ factu
ram eius ⁊ plasma nullo modo adulterare de/
beant. adhibito flauo colore vel nigro puluere
vel rubore. Et subdit: Deum videre nō poteris
quādo oculi tui nō sunt quos de⁹ fecit. sz quos
diabolus infecit. Et p hoc patz rñsio ad obiecta

¶ Deinde cū dicit: ⌊ Sed q̄d existis vide/
re. pphetam ⌋. Cōmendat eū q̄ntū ad excellētiaz
sanctitatis. Cōmendat aūt eū quo ad duo. Pri
mo quo ad p̄rogatiuā cognitiōis. s. ab excellen/
tia. pphetie cū dicit: ⌊ Etz q̄d existis videre. pro/
phetam. Etiā dico vobis. et plus q̄z pphetam ⌋.
Ad alias p̄cedētes q̄stiones nō rñdebat. Quia
Johānes harū do⁹ ⁊ mollibus vestitus nō erat.
Erat aūt pphēta q⁹ ventura p̄dixit. Et pl⁹ q̄z p/
pheta. p̄pter tria. Primo q⁹ nondū nat⁹ pphe/
tauit. Secūdo vt dicit Greg. in omel. cū pphete
officiū sit futura p̄dicere iste plus fecit. q⁹ quem
alij futuꝝ p̄nunciauerāt. digito demōstrauit.
Tertio vt dicit Hieronym⁹ pphetali p̄uilegio
accessit p̄miū. vt suū dñm baptizaret ¶ Secun
do cōmendat eū a dignitate officij. quia p̄cur
sor dñi. Dñdit aūt ipse Johānes autoritatē sui
officij habere a deo p testimoniū pphetie ⌊ Hic

est enī de quo scriptū est ¶ Malach.iij. Ex q̄ etiam colligi pōt quartū ꝓpter qō fuit pl⁹ q̄z ꝓpheta. Quia alij ꝓphete ꝺ ipo pꝺixerūt ¶ Ecce ego ¶ dicit deus pater ad filiū ¶ mitto angelū meū ¶ .i. Johānem. Vñ Joh.j. Fuit homo missus a ꝺo cui nomē erat Johānes. Dicꝰ est aūt Johānes angelꝰ ꝓpter duo. Primo ꝓpter officij dignitatem. q̄ nunc⁹. Sicut enī angelꝰ gabriel natiuitatem saluatoris paucis annūciauit pſonis. scz virgini. Joseph. pastoribꝰ. z magis. ita Johannes palā illū toti mūdo annūciauit. Et ſm Gre gorīū. Unusquisq; fidelis si a prauitate primū reuocat z ad bonū exhortat. scz regnū eternū. vl supplicium errāti denūciat. pfecto angelꝰ est. id est. nūcius dñi. Secūdo ꝓpter angelice vite puritatē quā duxit in solitudine in ỽginitate. z contemplatiōe. Vñ Chry. Pduto si nō est audacie dicere q̄ gloriosior est Johānes q̄ fuit bō q̄z angelus. q̄ ꝓpter meritū ỽtutis angelꝰ ē vocatus z obtinuit p grām qō habet angelꝰ p naturam. ¶ Ante faciē tuaz ¶ ita ꝓpe ſm Chryſo. q̄ inē christum z Johannē nullꝰ fuit ꝓpheta medi⁹. Sic enī qui ꝓpe currū regis incedūt. alijs sunt clariores. ita et Johānes ꝓpe christi pñtiam. ¶ Qui pparabit viā añte ¶ ¶ Nota q̄ triplex ē via christi quā pparauit Johānes. Prima ē in mūdum p incarnationē siue carnis assumptionez ex ỽgine. Hāc viaz cōceptio Johānis aliqualit pparauit. Quia q̄ virgo credebat nihil deo impossibile ad hoc ꝛcept⁹ Elizabeth accedebat Et sic ꝛsentiēte ỽgine factꝰ est via cōceptiōis christi. Secūda via christi est in mūdo p ꝓdicatiōez Hanc viā Johānes añ christū pparauit disponendo corda hominum p ꝓdicationē penitētie Tertia via christi fuit ex mūdo. cū morīēs ad inferna descēdit. Hāc etiā viā Johānes pparauit ante christū. q̄ ꝓ⁹ mortuꝰ est. et annunciauit sanctis patribꝰ q̄ erāt expectātes saluatoris aduentum. De pītione huⁱ⁹ triplicis vie ꝓpheta uit pater eiꝰ Zacharias. Preibis ante faciē domini parare vias ei⁹ Luc.j.

¶ Sermo de eadem dominica XV

CEci uident . claudi ambulant . leprosi mundantur . surdi audiunt . mortui resurgūt pauperes euāgelizantur . ¶ Dicto supra in sermōe p̄cedētis dñice qb⁹ ꝓparatorijs mēs deuota ad aduentū ỽbi eterni in mentē cōgrue disponat. Nā vt hoc fiat ỽtutes celoꝝ mouebūtur. vt ibi dictū est. Nūc videndū est qb⁹ signis z indicijs. ipſi⁹ ỽbi eterni in mēte pñtia cognoscatur. Sicut enim dicit Bernū. in ſimone de epiphania. Uerbū eternū nō solū voluit ad nos descendere. sz etiā innotescere. ñ solū nasci sz z agnosci. Unde sicut verbū eternū aduentū suū in carnem. signis z opib⁹ mirabilib⁹ exhibuit vt hodiernum euāgelū attestat. Quia ceci vidēt ꝛc. sic suū aduentū in mentē. eisdē signis spūalit tñ intellectis indicat z ꝓtendit. Ad qō repūtandum cātat ecclia in introitu misse hodierne ¶ Dopul⁹ syon ecce dñs veniet. Quasi diceret: O fideles anime q̄ estis ꝓpl⁹ syon. q̄ in specula expectādo aduentū dñi ỽbi eterni posite. ecce q̄si demonstratiuus signis z indicijs. dñs veniet. z ex hmōi signis z indicijs postq̄z venerit potestis ppēdere. Et q̄ sunt illa signa. ¶ Ecce ceci vidēt ꝛc ¶ Quecunqz igit es o fidelis aīa si scire vis. te ỽbū eternum mētaliter ꝛcepisse. ꝓsidera si opa ista mirabilia ỽbi eterni pñtiā attestātia ex te resplendeāt Siquidē ỽbū eternū vbicūq; est. nullaten⁹ otiosum est. Opat enī magna si est. z vbi opari desinit ibi nō est. vt dicit Greg. in sili loquēs ō charitate. sine qua ỽbū eternū nō venit in mentem. Sunt aūt sex opa mirabilia q̄ ỽbū eternum opat in mēte in q̄ fuerit ꝛceptū. sicut sex signa q̄ibus suā pñtiam designat. Et hec notanē in ỽbis ꝓpositis ¶ Ceci vidēt ¶ . Primū signū est mētis diuisiōz ad cogītionē illustratio. qō notat i cecorum illuminatiōe. cū ꝺr ¶ Ceci vidēt ¶ Signum secundū est mētis ad diuine volūtatis expletionem expedita dispositio. qō notat in claudorum ambulatiōe. cū ꝺr ¶ claudi ambulāt ¶ Tertū signum aduētus ỽbi eterni in mentē. est defectuum culpabiliū oīmoda depuratio. qō notatur in leprosoꝝ mūdatione. cū ꝺr ¶ leprosi mūdant ¶ Quartū signū est ỽbi dei diligēs obaudītio. qō notat in surdorum auditiōe. qō notat cum dicitur ¶ surdi audiūt ¶ Quintū signū est interioris hominis viuifica renouatio. qō notat in mortuoꝝ resuscitatiōe. cū ꝺr ¶ mortui resurgūt ¶ Sextum signū est pauptatis volūtarie pfecta emulatio. qō notat in pauperum euāgelizatiōe. cū dicit ¶ pauperes euāgelizāt ¶ B . Quātū ad ꝑmum signū est sciendū. q̄ mens rōnalis sibijpsi derelicta z i puris naturalib⁹ posita ē in diuinoꝝ cognitiōe q̄si ceca. tū ex ỽtutis debilitate. nā se habet ad diuina sicut ocul⁹ nocue ad lucē sol. vt ꝺr scdo metha. tū ex luminis obscuritate. lumē enī naturale intellect⁹ agētis ad ℞ est insufficiēs. q̄ solū habet irradiare fantasmata sensata. tuz ex obiecti trāscēdētia z ꝓportionabilitate. q̄ transcendit oīa sensibilia z imaginabilia. Vñ hō i puris naturalib⁹ derelict⁹. figurari p̄t pilluz angelū laodicie cui dictū ē. q̄ dicis q̄ diues sū z locupletat⁹

et nulli⁹ egeo ⁊ nescis.q⁹ tu es miser ⁊ miserabil⁹ ⁊ paup cec⁹ ⁊ nud⁹. Apoc.iij. Talē se aliqñ fuisse humiliter cōfitet̄ Aug⁹.ix.cōfes. Fuerā inq̄t lator.amar⁹ ⁊ cec⁹ aduersus lrās de melle celi melleas ⁊ de lumīe tuo lumīosas. ¶ Sed ecōtra verbū eternū cū fuerit ꝓceptū in mente. oculū mētis clarificat ⁊tra pmū. Est enī verbum eternū colliriū nobile q mētis oculus clarificat ad videndū diuīa. Vñ ibidē Apoc.iij. Pslulit huiusmodi aīe cece ex carētia videlicz vbi. Collirio unge oculos tuos vt videas. Inuenim⁹ enī triplex collirui i scriptura. Primum ex felle piscis quo oculi Thobie senioris sunt curati.vt habet̄ Thob.xj. Per fel enī piscis itelligit amaritudo omniū q in mūdo sunt.vt enī piscis in aq̄.sic hō i fluxibilitate hui⁹ mūdi degēs. Psal. Hoc magnū ꝛc. Tūc igit oculi nostre ꝓsideratiōis mēti deuote in amaritudinē puertunt. Sic lumita fuit illa sancta aīa vbigena apli.cum dicebat Mihi mūdus crucifix⁹ est ꝛc. Secundū collirium est ex sputo et terra.hoc ꝓfecit ipse saluator illuminatiōe ceci nati. Joh.ix. Per sputū ex ore diuino puenīes.intelligit aīa a deo creata.p terram corp⁹ humanū.hoz duoz ꝓmixtio causat lutū. Et q̄d aliud est hō q̄z vile lutuz. Hoc ergo collirio oculos linire.est vilitatē ꝓdicionis humane añ oculos ꝓsideratiōis ponere ⁊ nil de se ipso nisi vilia ⁊ defectuosa sētire. dicēdo cū psal. Ego sum vermis ⁊ nō hō ꝛc. Tertiū collirium est fauū mellis. Vñ legit.j. Reg.xiiij.q cū ionathas comedisset fauū mellis.illuminati sūt oculi ei⁹. Q̄d gust⁹ diuine dulcedinis intelligit.q gustata illuminant oculi nostri intellectuales. Unde psal. Gustate ⁊ videte quoīa suauis est dñs ꝛc Primo dicit gustate ⁊ deinde videte.q⁹ gustus diuine dulcedinis illumīat oculos mētis ad videndū diuina. ✦ Itē verbū eternū lumīe supnaturali mentē illustrat.⁊tra sc̄m. Est enī ipsum verbū lux vā q illumīat omnē hoīem venientez in hūc mundū. Be hoc lumīe ad.ꝓpositū dicit aplus.ij.Cor.iiij. Be⁹ q̄ dixit de tenebris lumē splēdescere.ipse illuxit in cordib⁹ nostris ad illuminatōz sciētie claritatis. B ✦ Itē mentē sibi assimilat ⁊ cōformat.videlicet se ei cognoscibilē exhibēdo.⁊tra tertiū. Vñ tali mēte dr Ezech.xxviij Tu signaculū similitudinis plen⁹ sapīa. Hāc ꝓformationē sui cū vbo eterno expetijt beat⁹ Aug⁹ x.cōfes.dicēs. Cognoscā te cognitor me⁹ sicut a te cognit⁹ sum.virtus aīe mee.intra in eā ⁊ coapta eaz tibi. vt possideas sine macula aut ruga. Predicta tria tāgit Bern̄.sup Cañ.ꝑmone.xxxj ostendēs similitudinē esse causam visiōis.sic dicens. Oculꝰ cū turbat⁹ fuerit lumini nō apꝛopinquat.numꝛ ob amissam silitudinē. Qui ergo turbat⁹ est nullaten⁹ serenū solē videt.ꝓpter dissimilitudinē.seren⁹ aliquatin⁹ videt.ꝓpter similitudinē. Ita ⁊ solē iusticie illū.q̄ illumiat omnem hoīem venientē in hūc mundū. videre in hūc mūdo sicut illuminat seren⁹ ⁊ illuminat⁹ ꝑt.tāq̄z iam in aliquo silis.sicuti aūt est oīno nō pōt. tanq̄z nōdū pfecte silis.q nō aliud est videre sicuti est q̄z esse sicuti est Et hoc est qđ dicit.j. Joh. iij. Scim⁹ cū apparuerit silēs ei erim⁹ quoniaz videbim⁹ eū sicuti est. Et hec tria.q̄ vbū eternuz fugādo cecitatē mētis in nob opat̄.simul cōprehendit apl's.ij.Cor.iij. Nos scz q̄ verbū eternuz cōcepim⁹.reuelata facie dñi gl'iam speculantes q̄ntū ad ꝓmū.s.quo ad oculū mētalis clarificationem. trāsformamur in eandē imaginē. q̄ntū ad tertiū.s.mētis ad deū ꝓformationē. a claritate in claritatē.q̄ntū ad secūdū.s.quo ad luminis supnaturalis infusionē.videlicet a claritate naturalis lumīs intellect⁹ agētis.in claritatē luminis supinfusi. Et hoc totū fit tanq̄z a dñi spū.i. a verbo eterno spūaliter in mēte ꝓcepto. ¶ Primum ergo signū qđ verbū eternū sit in mēte est si ipsa mēs de deo aliq̄ supnaturali cognitiōe illustret. Cū enī verbū eternū ex sua essentiali proprietate sit lux.ꝓprium est ei illumīare mentē quā possidet Vñ illos duos discipulos in via q̄bus suā pñtiam exhibuit ad cognoscēdū scripturas illustrauit.vt habet Lu.xxiiij. Sic et beatus Augustin⁹ de q̄ ꝓdictū est.illuminatū se fuisse commemorat.x.confes.dicēs. Irradiasti in me vehemēter.chorusc̄asti .splēduisti ⁊ fugasti cecitatez meā. Et hoc signū ꝑcipue expiunt in se viri contēplatiui.q̄n eis in cōtemplatiōe siue ō gl'ia sctōrum.siue de maiestate diuinitatis aliq̄ reuelāt

¶ Subsermo primus. XVI

Claudi ambulāt Uiso de primo signo nūc restat de secūdo.qđ ē mētis ad diuine voluntatis expletionē expedita dispositio.qđ notat̄ in claudoꝛ ambulatiōe cū dicit̄ [claudi ambulāt] ¶ Pedes animе sunt eiꝰ affectꝰ. qbꝰ ꝑm Aug. aīa gradit̄ sicut corꝑ pedib⁹ Isti pedes aīe ex defectu bōi sibi ꝑ si relinquat̄ sunt tardi.imo claudi ad gradiēdū in via diuine voluntatis. iuxta illud Roma.ix. Nō est volētis nec currētis currere sz miserētis dei. Qđ ꝓtigit ex triꝰ causis sūptis penes tria q causant naturaliꝑ pedū corꝑis claudicatē Primo enī claudicatas ꝓtingit ex vitiis motiue destitutione.vt patet in languidis Secundo ex

neruoꝝ opilatione. ratione cuiꝰ membrū aliqꝺ nō suscipit influxū spirituū vitaliū. vt possit exire in opationē suaꝫ. vt patet in paliticis. Tertio ex pedū vel tybiarū incuruatiōe. vel aliqua alia corpis indispositiōe. vt patꝫ in ꝓtractis. Hōm hec tria possumꝰ accipe spūaliter tria que claudicatē causant in aīa signata in tribꝰ claudis curatis. de qbus legimꝰ in scriptura. quoꝝ vnuꝫ curauit chriſtꝰ. aliū petrꝰ. et tertiū paulꝰ ¶ Primū inducēs claudicatē in aīa. est virtuꝫ mentaliū destitutio. qꝺ puenit ex languida virtusqꝫ hoīs deiectione. qñ videlicet hō ꝑ accidiaꝫ tanto torpore ⁊ tedio afficit. q; ab omi virtuoso exercitio deijcit. vt dicit Greg. in ome. Accidia inquit est de virtutū laudabili exercitio virtusqꝫ hoīs languida deiectio Hoc signatū est i illo languido claudo Joh. v. q iacuerat ad ꝓbaticā piscinā. xxxviij. annis. q ita fuit viribꝰ destitutꝰ. q; nō potuit venire in aquā qñ mouebat. etiam cū adiutorio alteriꝰ. qn alius ꝑ or intrasꝫ ¶ Secundū est vena; spūaliū obstructio. qꝺ puenit ex terrenoꝝ ꝑoccupatione qñ videlicꝫ vene qbus diuinꝰ influxus habet deriuari in animam ꝑoccupant ꝑ interpositionē desideriorꝝ et curaꝝ temporaliū. Quia vt dicit beatꝰ Bern. sermone. lxxiij. Torea occupatū q̄pe secularib⁹ desiderijs animū. ōlectatio fcta declinat. nec misceri poterunt vana veris. eterna caducis. spūalia corporalibꝰ. sūma imis. vt piter sapias q̄ sursum sunt et q̄ sup terrā. qꝺ signatū fuit p illū claudū. Actuū. iij. qui mēdicabat a ñ porta speciosaꝫ. cuius baſes ⁊ plāte erāt imbecilles et teneres ꝓpt defectū spiritui. Uñ post subdit. Et ptinꝰ cōsolidate sūt baſes eiꝰ et plāte Sicuti dedisti temporalibus. nō recipiūt influxū eternoꝝ. Et si qñ isti aliquo motu qualicūqꝫ p alios adiutiferunt in deū. hoc faciunt ex cupiditate ꝓpalium. sicut iste claudꝰ baulabat q̄dem q̄tidie a ñ foreꝫ templi. nō vt intraret templū. sꝫ vt faceret q̄stū ¶ Tertiū est affectuū carnaliū oblectatio. qꝺ puenit ex puersa nature incuruatōe. Deꝰ quippe rectꝰ fecit hominē rectū. qz ad imaginē suā. Cui etiā attestat statura corpis erecta. vt videlicꝫ mēs tem debeat habere erectā ad celestiū ꝓtēplatiōz Sed ipse se incurvat ad fedā carnalis spurcicie voluptationē. ad modū claudi cōtracti Uñ Bernardꝰ sup Cañ. sermone. xxvij. Quid indecentius q̄z curuū recto corpe gerere aīm. puersa res est ⁊ feda. luteū vas qꝺ est corpꝰ de terra. oculos habere sursum. celos libere suspicere. celoꝝqꝫ luminaribꝰ oblectare aspectus. spūalē vo celestem qz creaturā suos ecōtrario oculos. ad est. mēs ꝙ sensus atqꝫ affectꝰ deorsum trahere in terrā. ⁊ q debuit nutriri in croceis. herere luto tanq̄z vnā ꝺ sub⁹ āplexariqꝫ stercora. Erubesce aīa mea diuinā in porcinā. alias pecorinā. cōmutasse similitudinē. Erubesce volutari in ceno q̄ de celo es. Hec Bern. Tales designant ꝑ illū claudum q̄ fuit in listris. de quo legit Act. xiij. q̄ erat curuus ⁊ cōtractꝰ ⁊ repedauit in terra. Uñ et dixit paulꝰ. Surge sup pedes tuos rectꝰ. Fuerāt aūt isti duo imediate dicti. claudi ab vtero matris sue. quia tā ꝑ aliū cupiditas q̄z carnalis concupiscēte deciuitas nobiscū nascuntur a natura.

¶ Sed verbū eternū veniēs in mētē. hāc triplicē claudicatē repellit et mentē recte ambulare facit. imo et exilire et deū laudare. Hec enim tria legunt de quolibet istoꝝ claudoꝝ. scz q; ambulabant. exiliebāt. et deū laudabāt Quoꝝ primum magis ꝓprie referri potest ad ꝓmos. secundum ad secūdos. et tertiū ad tertios ¶ Primos facit ambulare in via charitatiue actionis p exercitium vite actiue. Uñ chriſtꝰ sanauit illum languidum i porticu salomonis circa piscinaꝫ. vbi ꝓpter multitudinē languentū erat q̄si hospitale. in quo opa misericordie exercent. Ite aqua piscine ꝑ tpe per angelū mouebat. qꝺ sibi ꝓprie tinet ad vitā actiuā que in motu cōsistit. Ite chriſtꝰ dixit illi: Surge tolle grabatū tuū ⁊ ambula. In quo etiā bonoꝝ opeꝝ dat intelligi exercitiū. Uñ Beda Quid est dicere. surge ⁊ ambula. nisi a torpore et ignauia in qbus ꝓus iacebas erigere in bonis opib⁹ ꝓficere stude. Tolle grabatū tuū. et ꝓximum tuū a quo portaris. et ipse patiēter tolera. Bern. in quoda ſmone. Quotiēs suggestionem boni opis censeris in corde tuo. da bonoꝝ deo ⁊ age reuerentiā vbo. cuius vox sonat i auribꝰ tuis ¶ Secūdos facit exilire in via diuine cognitiōis p exercitiū vite contemplatiue. Unde ille claudꝰ cū petrꝰ ipsum eleuasset. statī intrauit in templū. ambulans et exiliens ⁊ laudans deū. Per templū intelligit interni mētis vbi cōtemplatio ꝓficitur. Ad illud templuꝫ ille quādiu claudus fuerat intrare non potuit. nec baulabat in templū. sꝫ extra ad portā speciosaꝫ p quā humanitas verbi intelligit ſm Bedam. Joh. x. Ego sum hostiū que dicit speciosa. iuxta illud psal. Speciosus forma ꝑ filijs hominum Per hanc ergo portā intrat in templū. quia p manuductionē humanitatis puenit ad cōtemplationē deitatis. que vt dictū est. ꝓficitur i templo mentis rationalis. vbi veri adoratores adorant patrē in spiritu ⁊ veritate Joh. iiij. Ubi etiam verbi eterni cōceptio celebratur Sed in hoc templū non ingrediuntur claudi de quib⁹ hic loquitur. Quia vt dicit Greg⁹. v. moral. Pēs

nostra nullo modo ad vim intime cõtemplati/
onis rapitur. nisi studiose pus a terrenoꝝ desi/
deriorum tumultu sopiat. In cuius figura phi
bitum fuit in lege. ne claudus introiret in tẽplũ
Leuit. xxi. Soli aũt pfecti intrare possunt istud
templũ. et hoc p portã speciosaz. Psal. Hec por/
ta domini. iusti intrabũt in eam. Bene autẽ dicit
q claudus iste cũ intrasset templũ. non solũ am
bulauit. sed et exiliit. Quia cõcepto verbo eter/
no. mens cũ summo tripudio salit et exilit. cum
sup seipsam in cõtemplatione transcẽdit. Unde
de aduentu verbi in mẽtẽ dicit Cant. ij. Ecce iste
venit saliens in montib⁹. transiliẽs colles. Ver/
bum enĩ eternũ nõ venit claudicãdo. tardo pas
su incedendo. quia nescit tarda molimina spi/
ritus sancti gratia ꝑm Ambr. sed venit saliẽdo
Unde ꝛ mentẽ salire facit. Salire inqz in monti
bus et trãsilire colles. Per montes intelligunt
summi cõtemplationis modi. de qbus dicit in
psal. Montes excelsi ceruis. id est. summi con/
templationũ modi cõpetunt magnis contem/
platoribus. Per colles vero intelligunt parui
ꝛ cõmunes cõtemplationũ modi. Verbum igit
eternũ veniens facit mentẽ salire in montibus.
id est. in summis eleuationib⁹ graduũ contem/
plationis semetipsam transcẽdere. facit etiã eaz
transilire colles. id est. cõmunes modo contem
plationis in mẽtis eleuatione excedere. De hoc
saltu itelligit illõ Esa. xxxv. Tunc saliet sicut cer/
uus claudus. Ceruus cum sit animal gressibile
naturalẽ habitationẽ habet in terra. sed cuz sal/
tat eleuatur vltra terminos sue naturalis habi/
tationis. Sic anima verbigena ꝑm Richardũ.
dum saltãdo in ꝓtemplatione a semetipsa excu/
titur. dum supra semetipsam ire mẽtis alienati/
one vrgetur. nature possibilitatis terminos trãs
gressa videt. G Tertios facit ire et deũ lau
dare in via volũtarie passionis p virtutẽ patiẽ/
tie. Et hoc signatur in curatiõe tertij claudi quẽ
paulus sanauit in ciuitate listris. de quo Actu.
xiiij. sic legit. Et quidã vir listris infirmus pedi
bus. sedebat claudus ex vtero matris sue. q nũ/
qz ambulauerat. hic audiuit paulũ loquentẽ. q
intuitus eũ ꝛ videns. quia fidẽ haberet. vt saluus
fieret. dixit magna voce. Surge sup pedes tuos
rectus. Et exiliuit ꝛ ambulauit laudans deum.
Claudus iste qui vt est dictũ. designat mentez p
carnales affectus incurvataz. ad ꝑsentiam vbi
eterni qõ audiuit a paulo. curat listris. qõ inter
ptatur vtilis tribulatio. quia tali menti omnis
tribulatio est vtilis et cõsolatoria. et eo magis eq/
nimiter nunc tolerat aspera. quo prius admise/
rat blanda ꝛ lubrica. Imo talis mens in omi eo
qõ sustinet deũ laudat. Unde Chryso. super illo
psal. Voluntarie sacrificabo tibi. dicit sic. Volũ
tarie deo sacrificãt qui ĩter angustias passionũ
deo gratias agunt. H Ex ꝓdictis colligit.
q mens a triplici clauditate ꝓdicta curata. cõce
pto verbo eterno. ambulat triplici via. s. actiõis
cõtemplationis. et volũtarie passionis. Sed qõ
istoꝝ sit melius ꝛ nobilius respõdeo. Actiua vi
ta est difficilioꝝ quia laboriosioꝝ ꝛ piculosioꝝ. sed
ꝛ fructuosioꝝ. ac p hoc magis meritoria. ceteris
paribus qz cõtemplatiua. Sed cõtemplatiua
est suauioꝝ ꝛ delectabilior et securioꝝ qz actiua.
sed minus meritoria ceteris pib⁹ qz actiua. Sz
diceres. nonne maria melioꝝ ptem elegit. ergo
magis meritoriã. Dicendũ est q verũ est meli/
orem. quia fini vltimo ppinquioꝝ. cum sit qua
si inchoatio future beatitudinis. Vel ꝓtempla/
tiua dicit melioꝝ p quanto includit et presuppo
nit actiuã. ꝛ vt sic bene est magis meritoria. ꝛ iõ
ceteris pibus. Vita vero passiua qua videlicet
quis voluntarie ꝛ patiẽter patit omnia mala p
sentis vite. ppter deũ. est quietioꝝ aliis duab⁹ tã
actiua qz cõtemplatiua. distinguẽdo ad ꝑsens
vitam passiuã ab actiua. licet alias pati aduersa
ad vitã actiuã ptineat. Qz autẽ hec sit qetioꝝ ali
is patet. Quia actiua quidẽ tota plena est labo
re ꝛ inquietudine. vt patet dse. Contẽplatiua eti
am licet quieta sit in actu ipso cõtemplatiõis. q
momẽtaneus est. cum tamẽ mens ad seipsaz re
dierit tristis efficit ac si cacabo bullienti subtra/
xeris ignẽ. vt dicit Bern. Et sic semp tristis anxia
ꝛ inquieta est donec iterum rapiat in idipsum.
Hec vero quã voco vitã passiuã. semp quieta ẽ
p quãto videlicet mẽs sancta omia mala suscĩ/
pit quasi bona. vt dicit Greg. v. moral. Si mẽs
inquit forti intentione in deũ dirigit. qcqd ĩ hac
vita sibi amarũ fit. dulce estimat. omne qd affli/
git requiẽ putat. Et inde est q sole ille mentes vi
te passiue. dicunt possidere seipsas. In patientia
inquit vestra possidebitis animas vestras Lu.
xxi. Possidebitis inqz. et hic pacifice ꝛ qete. Qz
vt dicit Grego. in omel. dum nobisipsis p patiẽ
tiam dñari discim⁹. incipimus possidere qõ su/
mus. Z Et hec omnia tria habuit beata vir
go in summo. Et colligunt ex illo euangelio Ex/
urgens maria ꝛc. Nam ipsa ambulauit p viam
vite actiue. Unde dicit ibi. Exurgẽs abiit ꝛc. Sz
quo ꝛ ad quid. Certe ad Elizabeth vt ei impẽde/
ret humanitatis obsequia ꝑm Ambr. Itẽ ipsa
exiliit p viam vite ꝓtemplatiue. qd innuit cuz dr
Abiit in montana cũ festinatione. qõ quasi idẽ
est cum eo qõ supra dictũ est. Saliens in mon/
tibus. Et hec etiã iocũditas cõtemplatiõis inue

batur in saltu gaudiosi tripudij Johannis. cuz in vtero matris exultauit Luc.j. Item ipsa deuz laudauit eundo p viã vite passiue. cum doloris gladius suã animã ptransiuit. nec tamẽ mẽtem ipsi9 vulnerauit. q2 quãtũcunq3 exterio2 bõ dolore cõpassionis cõcuteret. mens tamẽ ei9 nũq3 deiecta fuit. Vñ est q fidẽ nunq3 amisit. sed semper diuine volũtati ꝓformata. nõ dubiũ quin ĩ omnib9 deũ laudauit. Vñ in ꝑdicto euangelio cãtauit. Magnificat aĩa mea dñm ꝛc Qđ canticum: nõ dubiũ quin ĩ tota vita sua sp cordi suo impressum fuerit Certũ itaq3 signũ aduẽtus verbi in mentẽ est claudoz̃ ambulatio. Hoc signum sensit in se Berñ. cũ dixit sup Cañ. sermone. lxxv. Mor vt verbũ intus veniat expergefecit dormitantẽ aiã meã. Et hoc q̃ntũ ad sanationẽ p̃me clauditatis. Et subdit: Mouit z emolliuit z vulnerauit cor meũ. Et hoc q̃ntũ ad sanationẽ secũde clauditatis. Et subdit. Cepit quoq3 euellere z destruere. edificare z plãtare. necnon mutare prauа in directa et aspera ĩ vias planas ita vt bñdiceret aĩa mea dño z oĩa que intra me sunt noĩ sancto eius. Et hoc q̃ntũ ad sanationẽ tertie clauditatis.

Subsermo secundus XVII

Leprosi mundantur

Visso de p̃mo z de secũdo signo. restat nũc de tertio signo aduent9 verbi eterni ĩ mentẽ. qđ est defectuũ culpabiliũ omnimoda depuratio. qđ notat in leprosoz mũdatione. cum dr [Leprosi mundant] Sum9 ãt naturaliter triplici defectu culpabili respersi. q̃si triplici lepra p̃m tres animе vires videlicz lepra ignorãtie in rõnali. extollẽtie in irascibili. et ꝓcupiscentie in ꝓcupiscibili. Et hec triplex lepra aggenerata fuit p̃mis parẽtib9 in paradiso p̃ p̃muz peccatũ. a cq̃escendo suggestioni serpẽtis. q̃ promisit sciam boni z mali q̃ntũ ad p̃mũ. equalitatem dei. Eritis sicut dij q̃ntũ ad scõm. Et ostendit pulcritudinẽ z suauitatẽ pomi q̃ntũ ad tertium. Et sic ꝓsentiẽdo ꝓcussi sunt lepra in omib9 viribus aĩe q̃ mũde create fuerãt a deo. ppter qđ sunt eiecti extra paradisum z extra societatẽ angelorum. z extra omnẽ grãm diuinã ad instar leprosorum. Hoc sciẽs ille sapiẽs salomon petiuit se ab his trib9 mũdari. Ecc. xxiij. Bñe de9 z pater vite mee. ne derelinq̃s me. ne accrescant ignorãtie mee. q̃ntũ ad p̃mũ. extollentiã oculoz meoz ne dederis mihi q̃ntũ ad secundũ. aufer a me cõcupiscentiã q̃ntũ ad tertiuz. ℣ Et illi tres cõtagiosi defect9 veteris hoĩs figurati sunt per tres leprosos veteris testamẽti Prim9 in lepra moysi. de quo legit Exo. iiij. Qz ei petenti signum dictũ est a dño. Mitte manũ tuã in sinũ tuũ. Quã cũ misisset in sinũ. ptulit leprosam Et q̃3diu in sinu eã tenuit fuit sana. Hz cuz extra sinum eã ptulisset apparuit leprosa. Et cum iussu dñi iterz retraxisset manũ in sinũ sanata est Per sinum intelligit cõtinentia sacre scripture. vl gremium sancte matris ecclesie in quo fouent fideles filij ecclesie Unde psal. exprobrans hereticis dicit: Ut quid auertis manũ tuã. et dexterã tuã de medio sinu tuo ĩ finẽ. In hoc sinu q̃3diu mẽs immorat sana est z dõ accepta. sed quãdo extra producit lepra erroris maculat. Hic beat9 Augustin9 q̃3diu manũ intelligẽtie sue tenuit extra sinũ sacre scripture. lepra heresis cõtaminat9 fuit. Sed mox. cũ ad vocẽ ad eũ factaz. Tolle lege. tolle lege. manũ mẽtis ad liberũ misit. mũdatus est. Unde Gregori9 Nõnulli dũ plus exq̃runt cõtemplando q̃z capiũt. vsq3 ad puersa dogmata erumpunt. et dũ veritatis discipuli esse humiliter negligũt. magistri erroris fiũt. Tales sũt q̃ sacras scripturas despiciũt dicentes eas esse cutes vitulinas. q̃ ꝑm sensũ suũ errores z fantasias hereticas fingũt vel inuẽtas sequunt. Cõtra q̃s est cõstitutio extra de hereticis. ad nostrũ. in clementinis. Hos spõsus iubet capi a doctoribus Cañ. ij. Capite nobis vulpeculas que demo. vi. ℣ Secũdus defectus cõtagiosus animе signatur in lepra marie sororis moysi. de qua legitur Numeri. xij. q cũ ipsa et aaron iurgarent cõtra moysen indignãdo dicẽtes: Nõne z nob sicut z moysi locut9 ẽ dñs. Quasi diceret. Quare vult moyses ꝑ esse nobis. quia locutus ẽ ei dominus. Qui sup hoc reꝑhensi a dño in nube audierũt. Ut qđ detraxistis moysi quasi vos ei pares ficatis. Et recessit nubes. z ecce apparuit maria leprosa. Ergo marie lepra fuit ei ex superbia et extollentia sua. q volut se parificare moysi. Sic hodie sunt multi tali lepra infecti. Unde dicit bernardus ꝑmone. lxvij. Septẽpliciter inquit occupauit nos lepra superbie. In ꝓprietate possessionum. In gloria vestiũ. In voluptate corporum In ore quoq3 dupliciter. similiter z in corde. In ore cũ in aduersis murmuram9 z in prosperis arrogãter cõmendamus. In corde ꝓpria volũtas et ꝓpriũ consiliũ. Hec Bern̄. ℣ Tertius in naaman syro. iiij. Reg. v. Naaman interpretatur cõmotio. syrus humect9. et significat fomitẽ cõcupiscentie quo humectat carо. et generatur quedã cõmotio in carne cõtra rõnem Et licet talis humectata cõmotio fomitis tollatur in baptismo. quantũ ad culpã originalẽ peccati. remanet tamẽ q̃ntum ad penã. Et quia talẽ

infectio penalis.non solū inficit psonā sed ⁊ natu/
ram.hinc est q cū semine transfundit ad car/
nem aliā ppagandā.qđ innuit in hoc q cū Na
aman mūdatus fuisset a lepra ex septena lotiõe
in iordane.p quē baptismus intelligit.postea le
pra naaman adhesit Iesi qui interptatur semẽ.
quia mūdata culpa originalis peccati in aīma
adhuc tamẽ remanet eius pena in carne ⁊ in ra
dice semiali.vnde gemit dauid.psal.l. in psona
cuiuslibet hoīs dicẽs.Ecce enī in iniq̃tatib⁹ cõ/
ceptus sum ⁊ in peccatis mater mea me abluit.
¶ Sed verbū eternū cum in mente fuerit
cõceptū ab omnib⁹ p̃dictis infectionib⁹ animā
mūdificat ⁊ sanat. Nā infectionẽ rõnalis mun
dificat a lepra ignorãtie et errorꝭ. Infectionem
irascibilis a lepra extollẽtie ⁊ tumorꝭ. Infectio/
nem cõcupiscibilis a lepra cõcupiscentie et lan/
guoris Dominũ patet. Cũ enī verbū eternum sit
ipsa veritas increata.nõ cõpatiet secũ in eadem
mente aliquẽ sensum erroneũ Job.xvj. Cũ autẽ
venerit ille docebit vos omnẽ veritatẽ. Et hoc si
gnatũ est in Simone leproso quẽ curauit dñs.
Nã cũ ipse dominũ hospitio recepisset.dñs eum
intra se hesitantẽ apte instruxit dicens. Simon
habeo tibi aliq̃d dicere Luc.vij. Sic adhuc vbũ
eternũ vbicunq3 in mẽtis hospitio receptum fue
rit.vt dicit Greg⁹ mentẽ monet mouet ⁊ docet.
Monet memoriã. mouet voluntatẽ.docet rõs
nec minimã paleã intra cordis qđ possidet ha/
bitaculũ patit residere. ¶ Secundũ patet.
Cum enī verbū eternū veniẽdo in carnẽ semet/
ipsum exinanuit.⁊ in omnib⁹ opibus suis. nõ
nisi humilitatẽ docuit dicẽs Matth.xj. Discite
a me quia mitis sum ⁊ humilis corde. Constat
qđ elatam ⁊ superbã dedignat inhabitare men
tem. Et hoc signatũ fuit in illo leproso samarita
no mũdato a dño.qui vn⁹ fuit ex decẽ leprosis
mundatis Luc.xvij. Vbi legit de isto.q regress⁹
est cum magna voce et cecidit in faciẽ suã añ pe
des domini gratias agẽs. Sic adhuc vbi quis
certa indicia vere humilitatis senserit.signũ est
eum esse mundatũ.ac p hoc verbũ eternũ cuz cõ
cepisse Quanto enī mens deo plus appropinq̃t
per gratie vnionẽ.tanto plus seipsaz deijcit per
omnimodã sui exinanitionẽ.Exemplũ in abra/
am qui cũ ad diuinũ colloquiuz admissus esset
dixit: Loquar ad dñm meũ cuz sim puluis et ci/
nis.Gen.xviij. Sic ⁊ illa scta femina Elizabeth.
cum beata virgo imo ipsum verbũ eternũ in vi/
gine ad ipsam visitandã venisset ait: Unde mi/
hi hoc.vt veniat mater dñi mei ad me.reputans
se indignã. Sic et ipsa beata virgo.cum verbuz
eternũ cõcepisset.ipsa pus humilis adhuc plus

se humiliauit.qđ patet in eo q inferiorẽ se visita
uit.et in eo q in cãtico.dixit Quia respexit humi
litatẽ ancille sue. Ubi oblita omniũ aliaꝝ virtutũ
ō sola humilitate gloriat̃ ꝑm Aug̃. ¶ Ter
tium patet. Cũ enim verbũ eternũ sit candor lu/
cis eterne ⁊ speculũ sine macula dei maiestatis.
⁊ imago bonitatis illi⁹.vt dicit Bap̃.vij.certuz
est q dedignat inhabitare aīam carnis cõcupi/
scentijs maculatã. In maliuolã enim aīam nõ
introibit sapiẽtia.nec habitabit ī corpore subdi/
to peccatis. Bap̃.vij. Imo mox ad sui p̃sentiaz
mens ab huiusmodi ꝓtagijs depurabit. Unde
Berñ.super Cant.sermone.xxxj. Ignis ante ip/
sum p̃cedet.qui omnẽ cõsumat rubiginẽ vitio/
rum.⁊ ille pparat locũ domino.et tũc sciat aīma.
quoniã iuxta est dominꝰ.cũ se senserit succensã
illo igne scz amoris et sancti desiderij. Et hoc sig̃
tum est per illũ leprosum ō quo Matth.viij.dr
q leprosus veniẽs ad Jesum adorabat eũ dicẽs
Domine si vis potes me mũdare. Et extendẽs
Jesus manũ tetigit eũ dicẽs: Volo mũdare. Et
cõfestim mũdata est lepra eius Et ait Jesus Vi
de nemini dixeris sed vade ostende te sacerdoti.
¶ Ubi primo tria innuunt̃ remedia ex p/
te nostri.que iuuant nos ad mundationẽ lepre
cõcupiscentie carnalis.et deinde q̃nq3 alia ex p/
te dei. ¶ Dominũ igit̃ remediũ ex pte nostri ẽ co/
gitationũ in deũ directio.vt scz q̃s auertat men/
tem ⁊ omnes sensus suos a venereis et alijs ob
lectamentis.et cõuertat se ad cogitandũ de diui
nis.iuxta illud ps. Jacta cogitatũ tuũ in domiõ
Qđ innuit in eo q dicit. Leprosus ille veniens
ad Jesum. Nã in verbo veniens innuit motus
a termino a quo quantũ ad auersionẽ a concu
piscibilibus illecebris.et termin⁹ ad quẽ. q̃ntuz
ad cõuersionẽ ad diuina. Et istud est p̃cipuum
remediũ cõtra carnis tentamẽta. qđ cõsistit in
auertendo et fugiendo.iuxta illud. Cede venus
cedit iuxta magis improba ledit. ¶ Secundũ ẽ
diuini auxilij implo/ratio Non enī ex nobis suf/
ficientes sumus vincere carnẽ. Quia nemo po
test esse continẽs.nisi deus det.vt dicit Bap̃.viij
Unde beatus Aug⁹.x.confes. Imperas nobis
domine cõtinentiã. da qđ iubes et iube qđ vis.
Et hoc innuit in eo q dicit. q leprosus ille adora
bat eum ¶ Tertiũ est verbi diuini et operũ chri
sti deuota meditatio. Inter alios enī effectus vi/
bi dei est iste q mentẽ ⁊ carnẽ diuidere habz ac p
hoc motus carnales repmere. Iuxta illud He/
bre.iiij. Viuus est sermo dei et efficax et penetra
bilior omni gladio ancipiti ⁊ ptingens vsqz ad
diuisionẽ anime et spirit⁹.cõpagũ quoqz ⁊ me/
dullarũ ꝛc Nec minus monent nos christi opa

q3 eius verba. cū etiā omnis ei⁹ actio nostra sit instructio Unde quilibet p huiusmodi meditationes aduitus potest dicere illud Habacuc .iij. Domine audiui auditū tuū ⁊ timui. consideraui opera tua ⁊ expaui scz peccare. Et hoc innuitur in eo q̄ ille leprosus dixit Domine si vis potes me mūdare. Unde hoc sciebat. nisi quia verba eius audierat ⁊ mirabilia sua viderat ¶ Possumus aūt ex verbis illi⁹ leprosi quilibet elicere que homo in temptatiōe carnis positus meditādo debet aduertere ¶ Primo cōsiderare debemus dei in se nobilitatē. a qua nos degeneramus peccādo Qđ innuit in eo q̄ dic̄ Bñe Osee .xij. Dominū derelinq̄rūt in nō custodiē/do. ¶ Secūdo ꝓsiderare debem⁹ dei erga nos benignitatē qua nobis vult omne bonū nostr⁹ Qđ notat cū dicit: Si vis. si pro quia Ipse enim vtiq3 vult quicquid esse vtile nobis cognoscit .j. Thes. iij. Hec est volūtas dei sanctificatio vra. Unde psal. Tenuisti manū dexterā meā. scz per gratiā preuenientez. et in voluntate tua deduxisti me p grām cōcomitantē. et cum gloria suscepisti me p grām cōsummantē Uel sic. Tenuisti manū dexterā meā in bono habito me cōseruādo. ⁊ in volūtate tua deduxisti me. ad pfectū boni non habitu me deducēdo. et cū gloria suscepisti me in bono me feliciter pficiendo. ¶ Tertio consideare debem⁹ dei sup nos potestatē. qua potest nos coronare si vicerimus. ⁊ damnare si in temptatione succubuerim⁹. Non modicuz enī animat certantes cōsideratio pmiorum penarum ve. Sic in militia anime cōtra carnem meditandū est de gaudijs paradisi ⁊ de penis inferni. Et hoc notat cum dicit: Potes. Sap. xvj Tu es domine q̄ vite ⁊ mortis habes potestatē ¶ Quarto cōsiderare debemus nostrā miseriam ⁊ fragilitatē quantū ad corpus. ⁊ nostrā nobilitatē quantū ad animā. Quid enī est homo p̄m corpus. nisi sperma fetidū. saccus stercorū ⁊ cibus vermiū. vt dicit Hugo. Scōm animā vero est substātia nobilissima. incorporea. immortalis. deo similima. imaginem habēs creatoris sui. vt dicit beat⁹ Aug⁹. Hec si mediteē quis hora temptatiōis. pudebit eū vtiq3 sequi concupiscentiā carnis fetidissime ⁊ deserere aiam tā nobilem. Un dicit Bernū. Cur homo animā vilipēdis ⁊ ei carnē pponis. dominā ancillari ⁊ ancillam dñari magna abusio est. Hoc cōsiderās ille generosus Seneca licet gentilis dicebat epla lxvj. Maior sum ad maiora natus sū. q̄z vt mācipium sim corpis mei. cōtemptus sui corporis. certa libertas est Qđ innuit in eo q̄ dic̄ me. De in q̄z corpore fragilē sed aīa generosum ¶ Quinto consideare debem⁹ peccati in se turpitudinem ⁊ vilitatē. ⁊ precipue peccati carnalis. qđ vt dicit Innocētius de vilitate cōdicionis humane. non solū maculat animā sed fedat personaz semp precedūt ardor ⁊ petulātia. semp comitat fetor ⁊ immūdicia. semp sequit dolor ⁊ penitentia. Hec cōsiderans Seneca dicebat: Si scirez deos ignoscituros ⁊ homines ignoraturos zc. Et hoc notat in eo q̄ dicit Mundare. scz a lepra peccati. Unde psal. Miserere. Amplius laua me ab iniquitate mea ⁊ a peccato meo munda me. Et causam hui⁹ lepre subiungit dicens: Ecce enim in iniquitatib⁹ cōceptus sum zc. ¶ Bernardus innuunt quinq3 ex pte dei q̄bus mundamur ¶ Primū est cōmunis auxilij porrectio. Qđ notatur cū dicit: Et extendēs Jesus manū. idē. cōmune aduitorū gratie p̄uenientis. qua monet liberū arbitriū ad bonū ⁊ preseruat a malo De qua manu dicit in psal. Cū ceciderit non collidetur. quia dominus supponit manū suā ¶ Secūdum est gratie habitualis collatio. Qđ notatur cum dicit: Tetigit eū scz cōferendo ei gratiā habitualem qua posset resistere inclinationi fomitis. de quo tactu gloriat sponsa Cant. v. Dilect⁹ meus misit manū suam per foramen. et venter meus cōtremuit ad tactū ei⁹ Ubi p tactum manus intelligit gratia habitualis. per foramen intelligitur illa potentia qua aīma capax est diuine inspirationis. per ventrē memoria intellectualis que ad huiusmodi tactū cōtremiscit. vt homo semp timeat peccare ⁊ deū offendere ¶ Tertium est singularis instinct⁹ inspiratio. quādo videlicet de⁹ alicui singulariter inspirat bñplacitum sue volūtatis Qđ notat in eo q̄ dixit Volo mūdare Unde .j. Thes. iiij. Hec est volūtas dei vt abstineatis ab omni fornicatiōe. vt sciat vn⁹ quisq3 vestr⁹ vas suū possidere in sanctificatiōe ⁊ honore. Hāc voluntatē suā singulariter instillauit siue inspirauit de⁹ virginib⁹ sanctis. etiaz cōtinentib⁹. ꝓpositū castitatis firmantibus voto. ¶ Quartū est mūdane glorie ꝓhibitio. Qđ notat in eo q̄ subdit. Vide nemini dixeris. Nō enī placet deo castitas sine humilitate Unde p̄m parabolaz euā gelij. virgines ille fatue gliam hūane laudis appetētes. excluse sunt a nuptijs spōsi. Un beat⁹ Aug⁹. sup Matth. Audeo dicere. superbis cōtinētibus expedit cadere. vt in eo ipso in quo se extollūt humilient. Quid enī pdest cōtinētia si regnat superbia ¶ Quintū est sacramētalis remedij adhibitio. Qđ notat cū dr: Vade ostēde te sacerdoti Nā sicut p sacramētū baptismi tollit originale pctūm. sic p sacramētuz pnie tollit actuale. Et nō modicū remeduz est cōtra

incentiua fomitis. frequēter cōfiteri pcā sacer/
doti. Tū ex vi sacramenti. qō semp in aliquo di/
minuit fomitē. Tū ex erubescētia ꝓfitentis. qua
multi retrahunt a peccādo. Tū ex instructiōe sa
cerdotis oñdentis grauitatē pcī ⁊ magnitudi/
nem pene gehēnalis. etiā fructū digne pnīe. que
omnia faciūt ad restrictionē. pnitatis peccandi
Ūñ dicit beat⁹ Aug⁹ in li. de pnīa. Cōfessio ē sa
lus anime. ⁊ dissipatrix vitioꝝ. restauratrix vir/
tutum. oppugnatrix demonū. Quid plā. Obstru
it os inferni. portas aperit paradisi. Et sic ptz tertiuz
qualiter scz verbū eternū in mēte mūdificat cō/
cupiscibilē a lepra ꝓcupiscēte ⁊ languoris. Sic
mūdata ⁊ omnimode depurata fuit illa beata
Siliter ⁊ in alio ps. Oculi nostri ad dñm deus nostr donec misereat nostri. Itē donec consenestatis ego sum. nō q postq̄ illi senuerūt de⁹ nō eēt. Item ⁊ istud Matth. vlt. Ecce ego vobiscuz sum vsq; ad cōsūmationē seculi. nō q post cum eis non sit. Et hoc est q dicit glo. in decre. xxvij. q. ij. prius q̄. q hic pri⁹ vel ante nō notat ordinez Et est silr q dicit lex. ff. de euictōe. Si seru⁹. Ubi dr q si seruus añq; euicat mortu⁹ fuerit. stipulatio nō cōmittit. Nec inde sequit q postea euincatur. quia hoc eēt impossibile. Idr dictū etiā verbū. Et non cognoscebat eam donec pepit. intelligi pōt. non de cognitiōe cōiugali. sed de cognitione discretiua siue quo ad sensū siue q̄ ad intellectum. Quo ad sensū sic. Quia sicut dicit glosa Joseph manā facie ad faciē videre nō poterat. quia spūssanctus a cōceptiōe eā penitus impleuerat. Et iō non cognoscebat facie ad faciē quā desponsauerat scz ppter claritatē vultus ei⁹. q̄ radiabat donec vterus eius euacuarēt. Unde dic Hylari⁹ in ome. Si moy si cū do loquētis glorificata est facies. vt non possent intēdere in euz filij israel. quāto magis maria cognosca vel intueri nō poterat. que dñm in vtero habebat. Id⁹ ptū aūt a ioseph agnita iuenit specie faciei. ñ tactu libidinis. Quo ad intellectū vo sic Quia vt dicit Chrysо. vere nō cognouit eā añ cui⁹ fuerat dignitatis. sed postq̄ pepit tūc cognouit eā. q̄ speciosior ⁊ dignior facta fuerat q̄z tot⁹ mūdus quia quē totus mūd⁹ capere nō poterat. in angusto cubiculo uteri sui sola suscepit. Ex De inde a pit modū ipgnatōis cū subdit [de spūscō] Beatus Aug⁹. ait. Qui scripsit tabulas lapideas sine stilo ferreo. ipe grauidauit mariam spūsancto. Et Chrysо. dicit. Q, diuitas introiuit i virginē mariā p semine. Circa qđ obicit. Si spiritussanctus grauidauerit virginē ⁊ fuit ibi p semine quare christus nō dr filius spūssci. Rndo Esse aliquid d aliquo dr tripliciter. Uno modo substātialiter vt filius de patre. Alio mō materialiter vt filius de matre sm assumptiōem carnis. Tertio mō ptātiue sic omnia ex deo. Et hoc modo christus dr conceptus de spūscō. quia de opatione et ptāte spūssancti virgo fuit grauidata. Ad istud de semine est dicēdū. q in semie sūt duo scz potentia effectiua respectu eius q̄d generat. ⁊ potētia materialis. Quātū ad potentiam effectiuā. imo sm potentiā pmā verū est q spūssanctus fuit p semine. non aūt sm potentiā materialem Quare christus ibi dr eē ita de spūssancto q tñ non dr eius filius. Et hoc est q dic Hugo de sacramentis li. ij. pte. j. c. viij. Cōcepit iquit maria de spūscō. nō q de substātia spūssancti semen ptus accepit. sed q̄ p amorē et opationem spūssancti ex carne virginis diuino ptui natura substātiā ministrauit. nec ipe spūssanct⁹ iō pater christi dicend⁹ est quia ei⁹ amor cōceptiōez virginis opatus est. q̄ non de sua essentia virgini semen ptus tribuit. sed ipi de carne ppria virgini p amorē suū atq; virtutē substātiam ministrauit. Hec ille. Notādū aūt q spūssanctus quattuor fecit in beata virgine. Idumo cōsecrauit vterū. ps. Sāctificauit tab. su. altis. Hec cūdo formauit puerpū. nā statim ad cōsensuz virginis formatum est corpus christi. Tertio extinxit tyrannū qui sm legē cōmunē regnat i omnibus scz fomes peccati ppter pmi parētis trāsgressionem. Uñ ap⁹ Ro. vij. Uideo a liaz legez in mēbris meis ⁊c. Sed in btā virgine fuit extinctus iuxta illud iob. xliij. Nonne ardor ēe refrigerabit vos. Quarto stabiliuit eius animū intantum q post cōceptionem nec venialiter peccare potuit. Ex Dubitaret forte aliquis vtrū ioseph nouerit q maria cōceptus fuerit de spūsancto. Et videt q sic p istam lrām. Sed contra si sic. quare voluit eā occulte dimittere. Rndeo dicēdum q hec lrā. [inuēta ē in vtero habēs de spūscō] legi pt dupliciter. Uno modo diuisim sic. [inuenta est] [scz a ioseph] [habēs in vtero] ⁊ ibi fiat punctus. Quod aūt sequit [de spūscō] hoc euangelista adiunxit ex pte sua. ⁊ sic legit glo. d. Inuenit ioseph in vtero eā habere. scz non de spūritu scō sciebat eē. cū postea vt dubius deliberaret dimittere eā. Euāgelista aūt hoc addit ne interim surripet suspitō lectori. Alio modo pōt legi cōiunctim Et sm h oportet dicere. q hoc q fuit impgnata virtute spūssācti nouerat ioseph vl p inspirationem vel p miraculum. Et hoc videt sentire Chrysо. cum dicit. Omnib⁹ documētis quib⁹ fornicatō mulieris intelligi et argui solet deficientibus. sola remanebat apud eū estimatio gratie dei. Et p hec omnia estimauit eaz habere in vtero de spūsancto. Et si obijcit. Cuz habere in vtero magis indicet q hoc sit de viro q̄z de spū sancto. quo poterat moueri ad credulutatem q maria haberet i vtero de spūsancto. Ad hoc dicēdū sm Chrysо. Q, licet sm legem communē impgnatio magis insinuet cōceptionez de viro q̄z de spūsācto. tñ ppter magnā cōstantiam quā ioseph habuit de pudicicia virginis. credidit magis castitati eius q̄z vtero eius. ⁊ pl⁹ gratie q̄z nature. Cōceptionem manifeste videbat ⁊ fornicationē suspicari non poterat. Possibilius eē credebat mulierem sine viro posse cōcipe q̄z mariam posse peccare. Ideo. n. virg⁹ castitatis in ea relucebat. q etiā vsq; ad alios ex-

debatur ⁊ trāsfundebaī. ita q̄ etiā in alijs oīs motus carnalis cōcupiscētie extinguebaī. Sic enī ex ple virtus castitatis redūdauit in matrez sic ex ipsa redundauit in oēs ipam intuētes Añ dicūt iudei. q̄ cū maria pulcerrima fuerit. a nullo vnq̄z potuit cōcupisci. Et ratio est q̄ virt⁹ sue castitatis cūctos eaz aspicientes penetrabat. et omnē in eis cōcupiscētiam expellebat Hinc est q̄ ipsa cōparaī cedro. Quia sicut cedr⁹ odore suo serpētes interficit. sic eius virtus in alios irradiabat ⁊ oīno motus in carne serpentinos saltim quo ad se penitus extinguebat. Unde ioseph cōcupiscere eam nō potuit nec suspicari aliq̄d carnale de ipa. Sed tūc remanet dubitatio. Cur ergo eā voluit occulte dimittere. De hoc patebit in sequētibus.

¶ Expositio secunde partis euangelij.

LIII

Ioseph autem uir ei
us cū esset iustus. et nollet eam traducere. voluit occulte dimittere eam. ¶ A De terminato de modo cōceptiōis christi qui est inusitatus et supnaturalis. hic inducit eius pbationē Potest aūt hec ps ꝑm diuersuz modum exponēdi dupliciter introduci. Uno mō p modū dubitātis. Alio modo p modū testificantis. Et ꝑm pmū intellectuz tria tanguntr circa ioseph. scz eius iusticia q̄ apparuit in hoc q̄ volebat innocētē ab infamia p̄seruare Item eius pietas in hoc q̄ nolebat eam ppalare. Item eius prudentia in hoc q̄ volebat eam occulte dimittere. Dicit ergo ⌊Ioseph autem vir eius ⌋ Scōm Isido. ix. ethymo. c. vij. vir serum signat. nō cōiugium nisi adieceris ei⁹. vt hic ⌊Cum esset iustus ⌋ Ecce pmum. Que iusticia apparuit in hoc q̄ voluit eam ab infamia et pena legis p̄seruare. Sed diceres si ioseph habuit cōsciam criminis. quō in celando ipam iustus fuit. Celando nanq̄z crimen videt q̄s crimini cōsentire. Ro. j. Non solum qui faciūt sed et qui facientibus consentiunt digni sunt morte. Ad hoc p̄t dici dupliciter. Primo q̄ iustus q̄s dr dupliciter. Uno mō stricte a iusticia ꝑte dicta que distinguit in cōmutatiuam ⁊ distributiuam. Alio modo large a iusticia legali qua iustus idem est vniuersaliter q̄ virtuosus. Et hoc modo ꝑm Chrysō. Joseph hic dicit iustus. id est mitis ⁊ benignus. Et ideo voluit ex benignitate occulte dimittere eam. q̄ nō solum traductio nū est. ppalatiōi. sed etiā pene ꝑm legem obnoxia credebaī. Sed cū ioseph vtrūq̄z remisit quasi supra ipsam legem. id est. legis rigorem vixit.

Aliter p̄t dici q̄ non habebat pfectā cōsciam criminis. ⁊ ideo nō tenebaī diuulgare. fluctuabat autem mens eius ad vtrāq̄z ptem. quia cōsideratio sue pudicicie ipm de ea malum pfecte suspicari nō sinebat. Sed cōsideratio cōceptionis plenā estimationē innocētie de ea nō p̄mittebat. Et ideo ꝓpter fluctuationē p̄dictam non tenebaī eam diuulgare. Imo etiam q̄ factuz fuit occultum. etiam si plenā suspitionē criminis de ea habuisset. adducī ipam ppalare nō debuisset. Quod patet p beatuz Aug⁹. q̄ ptractās hoc idem verbū in libro de verbis dñi sic dicit Si solus nosti q̄ frater tuus peccauerit in te. et eū vis arguere coram oīb⁹. non es criminis correptor sed pditor. Et ponit. xj. q. j. Si peccauerit Ex quo patet q̄ si eam ex illa suspitione ppalasset. iuste fecisset. Et ideo dicit Chry. Quid iustius est. iustum iuste euadere. q̄z iustum iniuste pire. Qre⁹ ⁊ si semel euaserit p̄t iterū pire. innocēs aūt si semel perierit iam non p̄t amplius reuocari

¶ B Sequit ⌊Et nollet eam traducere ⌋ Ecce scōm. scz pietas ioseph. Ubi notandū q̄ ℔ verbum traducere habet significationē duplicem. Uno mō idem est qđ in publicū ducere ⁊ diuulgare vel ppalare. Quod enī ppalaī quasi de tenebris ad lumen trāsducit. Alio modo traducere idem est qđ sponsam ad assiduam sponsi cohabitationē ⁊ cōmune cōsortiū transducere. Et cōponit a trans ⁊ duco. quia puella de domo ⁊ ptāte pentū trāsducit in domū ⁊ ptātem accōsortiū viri. Et hoc duplex significatū buius verbi ponit alexander nequā. d. Ad tua cū ducas spōsam traducis eandem. Uel qđ diffamat hoc et traducere signat. Et in vtraq̄z significationē accipitur hic. Accipit enī p ppalare. Uñ glo. interli. hic p traducere habet ppalare. Et est sens⁹ ⌊Noluit eam traducere ⌋ id ē ppalare vel publice diffamare. ne scz vt adultera lapidaret ꝑm glo. Item ⌊noluit eam traducere ⌋ in alio significato. i. in suum consortiū familiare cū solennitate nuptiali accipe ne scz ipe pticeps criminis videretur. Et hunc vtrūq̄z sensuz tangit beatus Aug⁹. in sermone de natiuitate dñi. Joseph secum estuabat dicēs et disputans. Quid faciam. Si prodo aut taceo. Si prodidero. crudelitatem incurro. q̄ ꝑm legem eam lapidandā eē cognosco. Si tacuero. malo cōsentio. ⁊ cū adulteris porcionē meā pono. Quoniam ergo malum est tacere adulterium. prodere peius est. dimittam eam a conubio. Et hoc est q̄ subdit ⌊voluit eam occulte dimittere ⌋ Ecce tertiū. scz prudentia ioseph. Prudenter enim elegit viaz mediā vt vitaret vtraq̄z p̄dicta extrema. Ex quo habet documētū vt dic

Ambr. Quid facere debet iustus homo cū vxoris dēprehenderit oppbrium vt incruentū ab homicidio.castuz ab adulterio pſeruare se debeat. ¶ Sed queritᵉ quare voluit dimittere eam Ratio vna patet ex iā dictis quia vt vitaret vtrūqz incōuenientium p̄dictoz. Alia ratio forte pōt eē.qz verecundabat̄ ioseph sponsam ducere pregnantē.hoc enim valde oppbriosum est Tertia ratio est.ppter reuerentiam magnifici sacramēti.Et hec est ratio ſm lectur̄ aliā que sequitur. ¶ Aliter ista ps introducat̄ p modū testificantis.ita qᵈ ad pbationem modi cōceptionis christi inducatur hic testimoniū ioseph.Et sic legendo in quattuoz ptes diuidit̄ ſm quadruplicem pbationez q̄m euā gelista inducit. Quia p mo pbat modū cōceptiōis christi p testimonium ioseph.Et hoc facit hic.Sēdo pbat hoc p testimoniū angeli.Ibi| Hec ā eo cogitāte |Tertio p testimoniū verbi pphetici.Ibi| Hoc ā totum factū est vt adimpleret̄ qđ dictū est a dño p pphetaz dicētē.Ecce virgo in vtero habebit & pariet filium ꝛc |statim post finem p̄nus euāgelij.Quarto p testimonium diuini miraculi in apparitōe scz stelle ibi| Cum ergo natus esset ihesus ꝛc |Sed p̄me due ptes solū sūt p̄nus euāgelij. ¶ Circa p̄mam ptem est sciendum.Q, ioseph nullatenus de maria dubitauit.nec crimen de ea suspicari potuit.Legerat enim vt dicit Remigius.Ecce virgo ꝛcipiet.Nec diffidebat hanc pphetiam in ea esse implendā.Et vt habitum est supra autoritate Chryso.& scribit̄ in euāgelio nazareoz.potius ioseph credebat vginez sine viro posse cōcipe q̄m mariam posse peccare. p̄sertim quia post cōceptionē facies eius ita resplenduit diuinitate.vt ioseph eam facie ad faciem videre non posset.vt dictū est supra p Orig. & hylarium.Et ideo nihil sinistrū de ea suspicari potuit.Vñ videns eam p̄gnantez.credebat qđ diuinum esse factum in ea ppter qđ ap p̄primare illi stupebat p̄ magnitudine sacramenti.Et ē sensus illius lr̄ē ſm Orige.Q, cū ioseph esset vir iustus in verbo.iustus in facto.iustus in legis obseruatiōe.iustus in gratie inspiratiōe p q̄m mysterium cōceptiōis ex reuelatiōe cognouit.noluit eam traducere.id est cum solennitate nuptiaz ad suū consortium accipe.sed voluit occulte dimittere eam.quia ppter mysterij virtutem et magnificum quoddam sacramentū.qđ in ea cognoscebat.se indignum ad eius consortiuz estimabat.Ex humilitate ergo sua et ex reuerentia quā habuit ad virginem.se a tanto sacramento elongare disposuit.sicut fecit petrus Luc.v. cuz diceret.Recede a me dñe q̄z hō peccatoz sū.Et in hō testimoniū suū attollit̄ a tribus. Primo enim testis iste cōmendat̄ a rectitudine opationis.qa dicit̄ esse iustus.Secōo a puritate affectionis.qz noluit.i.non p̄sumpsit eā traducere.i.sibi solemniter copulare ad assiduā cohabitationez.qz indignū se reputās vt dictū est.Vel etiā traducere. id est ppalare Quia vt dicit Hiero.hoc testimonium marie ē.q ioseph sciens illius castitatē et admiras qđ euenerat.celat silentio cui⁹ mysteriū nesciebat.Tertio ab humilitate reputatiōis.quia voluit eam occulte dimittere Et sic legendo plana est solutio ad dubitationē supius motā. Si ioseph fuit iustus & non suspicabat̄ crimen q̄re ergo voluit eam dimittere.patet ex dictis q̄ cogitauit non esse se dignum cohabitatione eius. ¶ Aliter etiā hoc verbuz |voluit occulte dimittere eam |exponit̄ in decre.xxvij.q.ij.pusqz Vbi subditur autoritate Iohis os aurei. Neqz enim expellere eam de domo voluit sed dimittere Vbi dicit glo.dimittere id est nō accedere ad eam Et tūc eēt sensus q ioseph nō intendebat eaz dimittere a se extra domum.sz dimittere id est relinquere in domo.nō tñ familiari cōsortio ad eam accedere.siue ppter cōscīam criminis ſm vnaz lecturā.siue ppter reuerentiā mysterij ſm aliaz lecturam. ¶ Ad euidentiā p̄missoz q̄ dicta sūt circa verbū illud |añqz cōuenirēt |Et verbū illō traducere. Est sciendū. q ſm iura .iste est ordo inter sponsum et sponsam.Primo cōtrahunt̄ sponsalia quod fieri debet p parentes tātū Nō enim est virginalis pudoris eligere sibi maritos. vt.xxxij.q.v. Nō ois.Deinde cōtrahūt p verba de p̄nti exp̄mendo cōsensuz mutuū animoz in quo cōsistit verū matrimonium.Deinde more antiquoz sponsa adducebat̄ in domū sponsi ſm Chryso.Et hoc fiebat sine solennitate nuptiali.nec adhuc cōueniebant assidua cohabitatione ſm Remig.añ solennē videlicet nuptiarum celebratiōez.sed solū vt interum eēt sub custodia viri vt dicit glo.Et isto modo maria fuit in domo ioseph añqz cōuenirēt vt hic dicit.Deinde sponsa a pentib⁹ sponso tradit̄ cum solennitate nuptiaz.Et sic ipa ad assiduā viri cohabitatōez traducit̄.Et de hac solenni traductiōe intelligit qđ hō| & nollet eā traducere |Facta vero huius modi traditiōe & traductiōe.ꝓueniūt assidua cohabitatiōe & familiari cōsortio.Et ppter hoc dicit ꝓuētio.i.adunatio vt supra dictū ē. Et ex tūc si volūt p̄nt rite & licite carnalit̄ cōmisceri qđ p⁹ añ.s.p̄dictā traductionē nō licebat.imo ſz leges si qs desponsatā sibi.nō tñ traditā & traductam cognoscit.vim facit & raptū ꝓmittit.vt. C. de raptu vgis.l.vna.Licet lex illa demittet ſm canonem

extra de raptu. Cū cā. Be ꝓdicta aūt cōuentiōe
pōt intelligi qđ dicē Ambr. Q, cōiugia sponsali
cōuentiōe iniciant. ⁊ corpoꝝ cōmixtiōe ꝑficiunt
Ex q̄ patz q̄ cōuentio fit añ carnis cōmixtionez
Et sine ea celebrari pōt. put fuit in ioseph ⁊ ma/
ria. Cōuentio autē ꝑexigit traductionem. qua/
re vtrūqz postea fieri potuit exclusa nihilomin⁹
carnis cōmixtione.

Expositio tertie partis euangelij LIIII

Hec autem eo cogi
tante. ecce angelus domini in
somnis apparuit ei dicēs. Jo
seph fili dauid. noli timere accipere ma
riam coniugem tuam. Quod enī in ea
natū est. de spiritu sācto ē. Pariet ām filī
um. et vocabis nomen eius iesum. Ip/
se enī saluum faciet populuz suū a pec/
catis eoꝝ. Pars ista dupliciter con/
tinuat ad ꝓcedentia ſm duplicem lecturam pre
missam. Primo sic. Supra euangelista posuit
dubitationem Joseph de conceptione saluato
ris. hic ponit ipius certificationem et veritatis
ꝓbationem. Alio modo ſm aliā lecturā sic. Po
sita ꝓbatione modi cōceptionis christi ex testi/
monio ioseph. hic ponit ꝓbatio p testimoniuz
angeli. Et ꝓsequēdo primo ſm primam lecturaz
Circa istam ptem euangelista quattuoꝝ facit. Primo p̄mittit dubitantis dispositio.
Secūdo subdit certificātis cōdicio. Ibi. Ecce
angelus dñi. Tertio ponitur ipsius certifican/
tis āmonitio. Ibi. Joseph fili dauid. Quarto
subdit ipsa certificatio. Ibi. Quod enīz in ea.
Dispositio dubitātis p̄mittit cū dr. Hec aūt eo
cogitāte. i. ipso ioseph in tali negocio maturē ⁊
prudē deliberāte. quo videlicet ita pietatē serua
ret q̄ tñ a iusticia non recederet. In q̄ ſm glo. no
tat animꝰ sapiētis. q̄ nihil temere vult incipe. Et
docemur ꝑ diu deliberādū eē. maxime in his q̄
respicūt mortē alicuiꝰ. Notat etiā ſm Chrys.
māsuetudo ioseph. qz nulli narrauit suā suspica
tionē sz in se cogitabat. Et statim subdit cōdi
cio certificātis. Ecce angelus dñi. Qui descri/
bit ꝓmo quātū ad ꝓmptitudinē appēdi. cū dic.
Ecce. Solet enī scīs angelica cōsolatio in du/
bijs ꝓmpte subuenire. qz fidelis deꝰ nō patit su
os tēptari vltra q̄z pñt sustinere. j. Cor. x. Secō
quātū ad psonā apparētis cum dic. āgelꝰ dñi.
Secūm beatū Aug. iste fuit gabriel. q̄ pꝰ vginez
de incarnatiōis mysterio edocuerat. Qui bñ an/
gelꝰ dñi dr. qz a dño missus. ⁊ qz dñi occultū my
steriū ptractabat. Tertio quātū ad ptātē appen
tis cū dic. appuit. Nā ꝑ verbo appuit ſm glo.
signat ptās apparētis. q̄ qñ vult ⁊ qđo vult se ex
hibet videndū. Quarto q̄ntū ad tps ⁊ modū ap/
paritiōis cū dic. in somnis. Forte ex cogitatu ⁊
anxietate animi oppressus somno illi visio āgeli/
ca apparuit. ℣ Hic q̄ri pōt ꝺ ser. Primo
q̄ de cā angelꝰ appuit ioseph. Ad ꝑ Chrys. red
dit tres rōnes. Prima ē ne iustꝰ hō inuitā rez
faceret ignorās ⁊ ex ꝓposito iustꝰ. Secūda ē ꝓpter
honorē matris. Nā si dimissa fuisset. ⁊ si nō apd
fideles tñ apud infideles turpi suspitiōe nō caru
isset. Qz vt dic Remig. Si eā dimisisset ppauci
ēent q̄ nō magis autumarēt eā cē meretricē q̄z
virginē. Idcirco repēte cōsiliū ioseph. diuio mu
tatū ē ꝑ filio. Tertia rō ē vt intelligēs ioseph scāz
cōceptionē. diligēcius se custodiret ab illa q̄z pri/
us. Quarta rō pōt addi ſm glo. Ne vltꝰ pre
meret illū dubietas quē cōmēdauit eētas. ♦ Itē
queritꝰ q̄re eo dubitante et cogitante appuit. ⁊ nō
prius añ cōceptionē vginis vt nō dubitaret. Ad
hoc rñdēs Chrys. reddit silīter quattuoꝝ rōnes.
Prima est ad vitandū culpā infidelitatis in io
seph. ne pateret q̄ passus est zacharias. Incredi/
bilioꝝ enī erat res virginē posse cōcipe q̄z anum
Secūda ad astruendā maiorē fidē verbis angeli.
Bū enī ioseph audiuit ab angelo q̄ intra se co/
gitauerat. indubitabile signū erat q̄a deo mitte
rēt cuius solius est scire secreta cordis. Tertia est
vt insuspicabilioꝝ eēt sermo euāgeliste. demon/
strās ioseph passū qđ ꝓbabile ē virū pati. Quar
ta est vt eo magis vigo oēm malā suspitionem
effugeret q̄ vir q̄ zelotypiā passꝰ erat eā suscepit ⁊
pꝰ ꝓceptionē seruauit. ℣ Itē q̄ri cū maria vi/
deret sponsū suū dubitantem. q̄re ipa eū nō certifi
cauit. exponendo sibi modū cōceptiōis sue. Ad
hoc ꝓma rō est ſm Chrys. Qz virgo nō estima/
bat sibi credita sponso ⁊ maxime iam in suspitiō/
nē adducto. Alia rō pōt eē. vt hoc factum sit ad
maiorē certitudinē ⁊ euidentiā facti ⁊ amotiōez
oīs nostre dubitatiōis. vt ioseph pr⁹ dubitaret
⁊ dubitās certitudinē reciperet. Sicut de sancto
Thoma dicit. ℣ Itē queritꝰ quare in vgine hoc
factū nō ē. vt post cōceptiōez ei angelꝰ annūcia
ret. Ad hoc rō est ſm Chrys. Ne virgo i turba
tione et angustia poneret. Qz si verū nescisset co
gitasset de se aliqđ incōueniēs. Oportebat autē
extra ībatōez eē illā mrēz q̄ dñm pacis ⁊ gaudij i
se recepit. Alia rō pōt eē. qz ꝓueniēs fuit ⁊ cōso/
nū rōni. q̄ pꝰ ꝓsefꝰ vgis pcurare q̄z ipgnare vt
oñsū ē supra i ꝓncipio euāgelij. Missꝰ ē ℣
Itē q̄ritꝰ q̄re āgelꝰ nō manifeste extra somnū
apparuit Joseph sicut apparuit virgini. zachare
⁊ pastoribus. Ad hoc sūt q̄ndqz rōes. Prima ꝑz
glo. interlu. In somno apparuit non manifesta

visione.quia ipse dubietate animi premebatur velut somno infidelitatis. Secūda ratio est ſm Anſ. vt sopitis sensibus exterioribus .liberius ꝓcipet diuinitus annūciatū.quia aciem mētis plerūq; retundunt corpei sensus. Tertia ratio ē ne si in vigilia appuisset ei putaret eē vir.q; astuta deceptione virginem excusare niteret. Quarta est ſm Chrysо. vt quēadmodū dormiēte adā creauit mulierem.sic et isti dormiēti cōsignaret diuinitus vxorez. Quinta rō est ſm eūdē Chry. quia valde fidei erat Ioseph et nō indigebat visione sensibili.tāq; parat⁹ optime ad spūs trāspositionem. Pastores autem indigebant corporali apparitiōe quasi rudes.et zacharias sicut minus credens. Beata vero virgo quasi ꝑmo de maximis instruēda ⁊ vt vigilās rīderet ⁊ cōsensum fidei verbis exꝑmeret. Item queritur qualis fuit ista visio in somnis. Ad hoc dicēdū ſm Raba.q; quēadmodū iacob scalam vidit ꝑ imaginē quādaz oculis cordis oīsam.sic fuit hic. Vnde inde cum dicit Ioseph fili dauid ponit euāgelista veritatis certificatiōem. Et tria facit. Qz ꝑmo tangitur angeli familiaris allocutio. Secūdo subdit angelica cōfortatio. Ibi noli timere Tertio subūgitur ipa veritatis certificatio. Ibi Quod enī in ea natuz ē In familiari allocutione exꝑmit ⁊ ꝓprīū nomē et genus. In eo q̄dem q; ꝓprium nomen exꝑmit quasi notū et familiarem eum sibi ostēdit ſm glo.interli. In eo vero q; gen⁹ cōmemorat ſm Chrysо.reducit eū in memoriā ꝑmissionis facte dauid de ipo christo. Quasi diceret ſm glo. Recognosce ꝑmissionem factam eē dauid.de cui⁹ stirpe tu es ⁊ maria.⁊ vide impletum in ea. Deinde subditur angelica confortatio ꝑ quam timorem ioseph excludit Noli timere In quo ſm Chrysо. ostēdit eum timuisse ne offenderet deum.si illā teneret quā adulteram estimabat Dicit ergo Noli timere quasi diceret.hoc nō est mortis causa sed vite.illa enim que vitaz ꝑturit .nō mereī occidi Et nota hoc q; dixit Noli timere cognitorem se cordis eius ostendere voluit. vt ꝑ hoc futurorz bonorum que de christo dictur⁹ erat faceret fidem. Nota etiaꝫ q; ꝓprium ē spirituum bonorz timorem mentis expellere. Econuerso mali semp faciūt. Et notandum q; quia timor impedit cognitionem.ideo ille angel⁹ volens virginem de incarnatiōis misterio edocere.ꝑius ab illa timorem expulit.d. Ne timeas maria. Sic etiam nunc a sponso matris christi ꝑmo timorem abiecit.quatenꝰ intelligat diuia secreta. Dubitaret autem aliquis. Cum ioseph iam actu habuerit mariam in domo .nec eam dimiserit.qūo ei dicitur Noli timere accipere Ad hoc dicendū dupliciter. Uno modo ſm Chrysоstо.exponitur accipere.id est.ant⁹ retinere. Iam enim eam mente ⁊ ꝓposito dimiserat. Alio modo exponī ſm Raba. noli timere mariam accipe nuptiali cōuentu ⁊ assidua cohabitatione. Et ſm hoc accipe hic idez est quod traducere ſm supra ꝓhabita. Et sic ꝓtinenter angelus locutus est ad ꝓpositum. Dictum enī fuerat q; Ioseph noluit eam traducere. Vñ dicit ei angelus Noli timere eā traducere. Et sic nullum dubium. Item dubitaret aliquis qūo dicit mariam cōiugem suā cum fuerit sibi solum desponsata. Coniuges vero dicunt a cōiunctione que est copula carnalis,vel a iugo q; nubentes inuicem subiici solent ſm Isido. Ad quod dicēdū. q; ſm Isido.ix.ethymo.c.vij. Coniuges verius appellant a ꝓma desponsationis fide quā uis inter eos adhuc ignoret coniugalis cōcubitus. Sic maria ioseph cōiunx vocat. int̄ q̄s nec fuerat carnis vlla cōmixtio . Cōiunx ergo erat vt dicit glo.non cōcubitu sed affectu.nō cōiunctione corporum sed animorū . Unde sic dicitur in decre.ſm mentem Aug̃.xxvij. q.ij. ca. Iuxta hanc. Sicut ioseph pater domini dictus est nō effectu geniture sed officio ⁊ cura puiden di.sic et coniunx matris eius appellatus est.non cōiugij effectu sed subministratione necessario ruz et indiuidue mētis affectu Et nota ſm Chrysоstо. Qz ita nunc angelus copulat virginē spōso sicut eam postea ipse christus in cruce cōmēdauit discipulo.iubens illi vt recipet eam in suā Et ponit̄.xxvij.q.ij. Si enim. Ubi videtur velle glosa.q; viuente etiam ioseph sepata est vxor ab eo. Quod est contra magistrum in historijs q̄ dicit.q; ioseph mortuus erat tpe dominice passionis. Sequitur Quod enī in ea Ubi ponitur ipa veritatis certificatō testimonio angeli.quod consistit in duobus. Quia ꝑmo certificat de ꝑterito. Secūdo annunciat de futuro Ibi Pariet aūt filiū Certificat aūt de ꝑterito exprimens modum conceptionis et dicit. Bene dico. Noli timere Quasi diceret. Ne suspicieris q; hic interuenerit hūana conceptio Qđ enim in ea natum est id est conceptum ⁊ factū de spūsancto est id est virtute spūssancti ē cōpletum. Ubi notandum ſm glo.q; aliud est nasci in ea et aliū de ea. Nam de ea nasci est ī lucez ꝓferri. In ea autem nasci est cōcipi. Et ſm hoc dicitur q; duplex est natiuitas scz in vtero et ex vtero. Quomodo autem hec ineffabilis natiuitas fuit ꝺ spūscō habes supra ī euāgelio Diss⁹ ē Deinde cū dicit Pariet aūt filiū ānūciat ꝺ

futuro.⁊ sūt tria q̄ angelus pꝛ betice annūciat. Primo ānūciat ptus edicionē.d. Pariet aūt filiū ⁊ iō eris necessarius pcuratiōi.quāuis non sis necessarius conceptiōi ſm Anſ.vt nō solum sis tutor femineę fragilitatis ⁊ testis sue virginitatis.sed et nutritius sis tante.plus. Ex quare ñ dicit.pariet tibi filiū.sicut zacharie Luc.j. Ex dic absolute ⁊ indiffinite.pariet filiū. Ad hoc Chryso. reddit duas rōnes. Prima est qꝛ mulier que ex viro cōcepit marito suo filiū parit.quia magis ex illo est q̄z de ipa. Hec aūt que non de viro cōcepat.non viro filiū peꝛit ſz sibi tantūmō. Alia rō est.vt oñdat q eū nō vn homī peperit.ſz oꝛbi terrarū vniuerſo. G. Secundo annūciat nois impositionem dicens Et vocabis nomē eius ieſum Dicit aūt vocabis.non ipones ſm Raba.Quia ab eterno impositū est. Hoc eniz benedictum nomen fuit ab eterno p̄ordinatuz. a patriarchis desideratum.a ꝓphetis ꝓphetatū ab angelo p̄nūciatū virgini et ioſeph.a fidelibꝰ veneratū. Tertio annūciat futurā redempti onem que qꝛ scit ex ipa rōne nois iō subdit exp̄ mens rationem p̄dicte noiatiōis.⁊ dicit. Nā di co q vocabit ieſus id est ſaluatoꝛ. Ipſe enim saluum faciet.nō quēcūq.ſz ꝓpl'm suū ei ſcz p fidez adherentem et ipsum bonis opibus imitantez. Et quibus aūt saluet ostendit.qꝛ a peccatis eoꝝ Fatui enī iudei sūt qui expectant chriſtuz vt saluet eos ab hostibus visibilibus et exteriorꝫbus Sed chriſtus est saluatoꝛ q̄ ab omni hoſte liberat ⁊ p̄ncipaliter a peccatis. Non aūt saluet armis pugnando ſz pctā relaxādo.vt dicit Remigius. Et p hoc notat verus esse deus .quia soliꝰ dei est saluare a peccatis. Dicit aūt eoꝝ ſcz que ex eis sunt ſm glo.interli. Nihil enī est nostruz nisi peccata.iuxta illud Osee.xiij. Perdicō tua iſrael ex te tantū.ex me autē auxiliū tuū. Nondum aūt q nō debet videri modicuz saluari a peccatis .quia nulla seruitus miſeriꝰ q̄z seruitus peccatis ⁊ hoc ꝓp̄ vilitatē ipoꝝ Vñ Hiere.iij. Leua oculos tuos in directo ⁊ vide vbi nunc pſtrata sis.i.q̄z vilit p peccatū delecta. Itē nulla seruitus diuturnioꝝ. Nō tenā seruꝰ aliqñ fugere dominū suū.ſed peccatū sequit fugientē. Vñ btūs Augꝰ.sup Job. Nō fugit ſeꝝpam inquit mala cōſcientia.nō enī qđ erat sequit.imo nec recedit a ſe. Itē nulla seruitus verecundioꝝ. Magna verecundia est q nobilis anima seruituti obnoxia fit Ro.vj. Quē ergo fructum habuiſtis in illis ſcz peccatis in quibus nunc erubeſcitis. Itē nulla seruitus infelicioꝝ. Cum enim aliarum seruitutum sit aliquod p̄emiū desiderabile.illius tamen nulla merces est niſi moꝝs eterna Vñ Ro. vj. Stipendia vero peccati moꝝs est. Aliter vero pſequēdo passū istum ſm lectiram aliam qua dicit ioſeph non dubitasse.pbatur hic modus cōceptionis chriſti p testimonium angeli. Et duo facit. Primo ponit ipſius ioſeph p angelum cōfortatio. Secdo subdit explicita sibi facta reuelatio ibi Quod enī in ea natum est. Quātū ad p̄mū dicit sic euangeliſta Hec aūt eo cogitāte ſcz q̄liter ab illa se retraheret ex humilitate tā q̄z indignus.⁊ quō eā ita p̄udenter dimitteret.ne ex hoc apō alios quos res tanti myſterij latebat aliqua nota infamie ſuboꝝi poſſet ecce angelus dñi in ſomnis apparuit ei totū expone sicut supꝛa. Apparuit autem angelus nō ad auferendū dubitationez. ſz ad confortandū eum in admiratione ſuſpēſuz ⁊ coꝝde humiliatum. Quod semp dñs cōſueuit facere ſuis. Iuxta illud p̄s. Coꝝ cōtritum ⁊ hūiliatū deꝰ non deſpicies Joſeph inq̄t fili dauid de genere dauid eum eē commemoꝝauit quatenus eum magis animaret.ne se a sacramento retraheret.quod in ſtirpe dauid implendū erat Noli timere accipe mariam cōiugem tuam Timebat enī ioſeph timoꝝe cuiuſdā reuerentie Sicut moyses cū videret rubū ardēte timuit p̄pius accedere. Non appꝓpies inquit huc Exo. iij. Sic hic. Sequit Quod enim in ea natum est Vbi ponit explicita reuelatio facta ipſi ioſeph. Antea enī nouerat implicite qđam diuinum eē in cōceptu virginis vt supꝛa dictum est p Chryſo. Explicite tñ neſcuit factum et modū myſterij cōceptionis.ideo hec explicite sibi reuelant p angelum. Et tūc exp̄one ſingula ſic supꝛa

Sermo de eodem LV

Cum eſſet deſponſata mater ieſu maria ioſeph Ad explicandum virginei p̄tus myſteriū obmuteſcit lingua .obſtupeſcit intellectus.⁊ deficit oīs ſenſus. Admiruz qnīā hoc angelꝰ ānūciās āmiraī.virgo ipa audiens pturbaī Elizabeth ꝓpendēs ex reuerētia reuerberaī Joēs in vtero plentiēs iocundatur ⁊ ipe ioſeph iuſtꝰ ſe idignū virginis p̄ſortio meditaī. Quid plā.Celū ſtupet naīa non ſuſtinet.q̄ vna puella deū i pectoꝝe suo capiat ⁊ hoīez veꝝ in vtero suo clauſo p̄iat. Hoc cōſiderās btūs Ber. i quodā ſmōe d̄ natali sic exclamat.d. O natiuitas illūmata ſcītate bonoꝝabil'.mōdo amabil'. hoīb collati magnitudie bñficij iuestigabil'.et ā gel'ſacri.pfunditate myſterij. Et in his oībus admirabilis ſingulari excellentia nouitatis .vtpote q̄ nec Primā ſil'em viſa est.nec hē sequētē Dui

ita qz ineffabilis mysterij modū et ordinē euangelista in hodierno euangelio describit ita exordiens in hrā. ¶ Christi inqt generatō sic erat ¶ Et tūc subiungit vba ppositā. ¶ Cū eēt desponsata mater ihesu maria ioseph. ¶ In qb⁹ qdē vbīs ꝓdicō vgis pietis describit. q ad tria. ¶ Primo q ad ei⁹ misticā desponsationē. ¶ Cū eēt desponsata ioseph ¶ Secūdo quo ad eius mirificā fecūdationē. ¶ mater ei⁹ ¶ Tertio quo ad eius typicā noiationē. ¶ maria ¶ Quātū ad ꝓmū est sciendū q desponsatio virginis bñ dicit mystica ꝓpter plura mysteria. ꝓpter que dicit fuisse desponsata sm varios doctores quoz rōnes sūt supra in expositione. euāgelij ¶ Missus est. sup verbo. desponsatā viro. ¶ Nec etiā caruit mysterio q fuit despōsata tali viro scz ioseph. Cuius rōnes habes quasdaz supra in euāgelio missus est. Et alias rōes ad idez habes supra in expositione euangelij hodierni. ¶ Preter quas rōnes ad pñs pōt assignari vna rō. quare beata virgo fuerit despōsata. videlicet ꝓpter designationē mysterij vt scz daret intelligi. q aīa fidelis verbū eternū mentaliter ꝓceptura debet esse desponsata deo patri p amoris castissimi indissolubilē vnionē. Et hoc patebit infra in sctō pcessu ¶ B Quātū ad secūdū sciēdū q fecundatio virginis bñ fuit mirifica. qz nō ex virili semine sed ex mystico spiramine fuit celebrata. put aptus exꝑmit hrā sequēs. Quia añqz cōueniret. in uēta est in vtero habēs de spūsancto z sic iam fuit mater cōcipiendo que postmodū facta est mater piendo. ¶ Pater inquā ei⁹ Orig. Cui⁹ ei⁹. ¶ Pater dei vnigeniti. digna digni. immaculata scī. vna vni⁹. vnica vnici. Et sequit Eius qui in celis est sine matre et in terris sine patre. ¶ Plura verba Orige. de omel. habes supius in expositione euāgelij. ¶ Est autē notabiliter aduertendum. q hec mater ꝑ ceteris matrib⁹ ꝓ iulegiata est in multis. ¶ Primo in sua conceptione. Et hoc in quattuor. ¶ Nam alie matres ō cōmuni lege oēs cōcipiunt cū pudore. cū corruptione. cū pollutione z cū cōcupiē rōez absorbētis oblectatione. ¶ Hec aūt mater ecōuerso cōcepit cū pudore l' cū pudicicie honestate. q angelica salutatiōe. cū claustri virginei integritate q celica irroratione. cū illibata corpis puritate. q spūssancti supuentione. cū limpida rōnis pspicacitate. quia i sūma cōtemplatiōe. Et hec quattuor tangit btūs Bern. in sermōe de vigilia hodierna sic. d. ¶ Intuere obsecro quale sit illō q̄z nouum q̄z mirabile q̄z iocūdū. Quid enī pulcrius q̄z generatio casta. Quid generosius q̄z sincera z sancta cōceptio in qua nihil est pudoris. nihil corruptiōis vel sordis. Et subdit. ¶ Implet ꝓ gratiam q cōcupiam nescit vt spū supueniēte altissimi ꝓiat filiū q virū dedignat admittere ¶ Secūdo in puulo in vtero gestatiōe. Et hoc in trib⁹ Cetere nāq matres gestant cōceptus suos cuz labore z corpis aggrauatiōe. cū animi deꝑssiōe et cū appetitus z moz alteratiōe. ¶ Hec aūt econtrario gestauit cōceptū suū cū corpis agilitate. cū animi hylaritate. cū appetitus et moz equalitate. Et hoc patet in eo q gestauit cōceptuz ascēdens in montana cū festinatiōe. in quo ostēdit corpis agilitatem. Et fecit hoc festina ꝓ voto. leta pbñficio vt dicit Ambr. In quo patet animi hylaritas. ¶ Ministrauit aūt ibi elizabeth. In q moz equalitas. ¶ Tertio in ptu. Et hoc similit in trib⁹. ¶ Alie enī matres ꝑiūt cū dolore. cū merore et cū languore. ¶ Hec aūt mater pepit econuerso cū deliciosa suauitate. cū gaudiosa alacritate. z cū vigorosa in colūitate. Unde btūs Augu. in ser. de natiuitate btē marie vginis. Exultauit maria. z matrē se leta mirat. z de spūsctō se ꝓtulisse gaudet. nec quia pepit innupta terret. sed qūia genuit cū exultatiōe mirat. ¶ Quarto in ple. Et hoc similiter in tribus. ¶ Nam aliarū matrum nati cū sint puri hoīes. nascunt cum miseria humane cōdicionis. cum macula originalis infectionis. et cum penuria habitualis ꝓfectionis. ¶ Sed istius matris gloriose nat⁹ fuit de⁹ et homo ac ꝓ hoc exemptus fuit a lege culpabilis miserie. a fomite carnalis illecebre. z a fece naturalis inopie. ¶ Istas exemptiōes filij simul z plures cōmendatiōes matris pulcre tangit Orige. sup Cant. sic dicēs. ¶ Nulla mat electa excepta ista n̄lla ipūta excepta ista ¶ Dīs mat amās ista amor ¶ Dī matri displicet aliq dī filio vl' sm ñ habitū vl' sm min⁹ habitū vel sm cōmissum. ¶ Huius aūt filius eo placuit quia omnia habuit. nihil amisit. nihil cōmisit. nihil neglexit. ¶ Omīs mat adulto filio supplicat hec impat ¶ Nulla mater inquā tū mater sup omnē hominē. hec sup omēs āgelos z hoīes. Ecce igitur qualis sit mater ¶ C ¶ Quantū ad tertium est sciendum q hoc venerabile nomē maria habet quadruplicem vel etiam sextuplicem interpretationez sm diuersa liguarum idiomata. ¶ Primo maria hebraice interpretat stella maris vel illuminata seu illuminatrix. ¶ Stella quidem dicitur pro quāto hodie radiuz eterni luminis est enixa. ¶ De hac stella ꝓphetatum est ¶ Mane. xxiij. ¶ Orietur stella ex iacob. Quod verbum pertractās btūs Ber. dicit sic. ¶ Ipsa est preclara z eximia stella. ex iacob orta. Cuius radius vniuersum orbē illuminat. cuius splendor prefulget in supnis z inferos penetrat. Itez dicta est stella maris pro quanto ꝑ

mare huius seculi nos dirigit ad portū pnīe p/
ducendo. In cui⁹ etiam signū in natiuitate chri
sti stella magis apparuit. que eos ad natum in/
fantem perduxit. De hac maris stella sic dic̄ In
nocen. Quibus auxilijs pūt naues p tot pricula
ptransire vsq; ad lit⁹ patrie. Certe inquit p duo
p lignum et p stellam. id est. p fidem crucis ⁊ viz
tutez lucis quā pepit nobis stella maris maria
Item maria interp̄tat illuminata p quāto ipsa
p ībabitationē filij dei veri solis luminis grē to
taliter pfusa est. Unde Apoc. xviij. Vidi angelū
dei descendentē de celo habentē ptātem magnā
et terra illuminata est a gloria ei⁹. Angelus iste
est filius dei. qui est magni cōsilij angelus. a cu/
ius gloria terra id est beata virgo illuminata ē
p gratie plenitudinē. intātū q; ipsa p redundan
tiam accepti luminis totum orbem vlterius il/
lustrauit. Unde etiam illuminatrix interp̄tata
est. p quanto videlicet ipsa splendore gratie ⁊ ex/
emplis sue sanctissime vite. mundū illustrauit.
Unde de ea canit ecclesia. Cui⁹ vita inclita cun/
ctas illustrat ecclesias. Hinc ait Bern̄. Tolle h̄
corpus solare quod illuminauit mundum. vbi
dies. Tolle mariam hanc maris stellam q̄d nisi
caligo inuoluēs ⁊ vmbra mortis ac densissime
tenebre relinquunt. Item maria syriace interp̄
tatur domina. p quāto ipa domina exstit. non
tantū hominum in terra. verum etiam angelo/
rum in celo. ⁊ demonum in inferno. Est quidez
dña hominum tam iustor̄ q̄z peccatorū. mū/
do. Unde deuotus ille Anſ. ad eam exclamat.
O domina magna cui gratias agit contio leta
iustor̄. ad quā territa fugit turba reor̄. Ad te p
potens domina ego peccator̄ anxius cōfugio.
Te dña magna ⁊ valde magnā vult cor meum
amare. Te cupit os meum laudare. te desiderat
venerari mens mea. Te affectat exorare anima
mea. quia tuitioni tue se commendat tota sub/
stantia mea. Est etiam domina angelorum in
celo. Unde beatus Aug⁹ ipam alloquens sic
ait. Si te celum vocem altiores. Si matrē gen/
tium direrim p̄cedis Si dñaz angelorū nomi
nem p omnia esse cōparis. Si formam dei ap
pellem digna exstis. Est p̄terea dña demonū in
inferno. Unde ipa dr̄ eē eis terribilis vt castror̄
acies ordinata Cant. vj. Ō verbum ptractans
beatus Bern̄. dicit sic. Non tātū timent hostes
visibiles quālibet multitudinem castrorū copi
osam. sicut aeree potestates Maria vocabulū
progatiuum et exemplum fluunt et peunt sicut
cera a facie ignis vbicunq; inueniunt crebram
hui⁹ nominis recordationem. deuotaz inuoca/
tionem ⁊ sollicitam imitationem Item ma/
ria latine deriuat a mari. p quāto in ipa est con/
fluentia omnium gratiarū. sicut omnia flumi/
na confluunt ad mare. Hoc patet inducendo p
singulos gradus ⁊ ordines angelorum et scōrū
Hiero. Ceteris ppter p̄stat gratia. in maria⁊
vero se totam infudit gratie plenitudo. Item ma/
ria hebraice deriuatur a mara quod est amara
latine. p quanto ipa in filij passiōe amaritudine
et dolore plena fuit. quādo gladius doloris ip̄s
us felicissimam animam ptransiuit Luc. ij. Un
de ipa potuit tunc dicere illud Ruth. j. Non vo
cetis me noemi. id est pulcram sed vocetis me
mara boc est amaram. quia amaritudine val/
de repleuit me dñs. Unde Aug⁹ dicit. Illa pia
mater imam dolore iubilans pectora delicata
contundens ita ipsius viscera omniaq; fatiga/
uerat membra. vt incessu deficiens. vix puenire
potuisset ad christi fun⁹ Item maria latine et hy
mologizando vtrāq; deriuationem iam imme
diate dictā simul comp̄hendit. dicendo sic Ma/
ria quasi mare amarum. Et hoc conuenit ei p/
quāto mare p̄sentis seculi in tota vita sua fuit si
bi amarum ⁊ insipidum. ppter desideriuz vidē
di filium in regno suo. Si enim Paulus desi/
rio patrie flagrans cupiebat dissolui et eē cum
christo. Quid putamus beatam virginez mul/
to ampliori desiderio estuasse. vt dissolueretur
⁊ esset cum filio suo. Unde legitur q; post ascen
sionem domini. p aliquali sua consolatiōe. loca
omnia filij sui scilicet locuz baptismi. ieiunij. pas
sionis. sepulture. resurrectionis ⁊ ascensionis q̄
aduixit deuotiōe sedula visitabat. Igitur quia
istud venerabile nomen maria est tante virtu/
tis et gratie. Inuocemus eam orantes deuote
cum beato Bern̄. supmissus est et dicentes. O
virgo virga sublima. O vere celestis plantatio.
O vere lignum vite quod solum fuit dignum
portare fructum salutis. p te accessum habem⁹
ad filium tuum. O benedicta inuentrix gratie.
genitrix vite. mater salutis vt p te suscipiat nos
qui p te datus est nobis. Excuset apud ip̄m in/
tegritas tua culpam corruptionis nostre ⁊ hu/
militas tua deo grata nostre veniam impetret
vanitati. copiosa caritas tua coopiat multitudi
nem peccatorum nostrorum ⁊ fecunditas glo/
riosa fecunditatem nobis conferat meritorum
Domina nostra. mediatrix nostra. aduocatrix
nostra. tuo filio nos recōcilia. tuo filio nos com
menda. tuo filio nos rep̄senta. fac O benedicta
p gratiam quam inuenisti. p̄rogatiuam quaz
meruisti. p mirificor̄diaz quā pepisti vt q̄ media/
te te dign⁹ eē fieri pticeps ifirmitatis ⁊ miſie nr̄ē
te q̄z intercedēte pticipes faciat nos glie ⁊ btitudis

sue. Quod nobis pstare dignet ꝛc.

Subsermo de eodem LVI A

Cum esset desponsata mat̃ iesu maria ioseph] Ubi supra. Sicut dicit Aug⁹ in li. de v̄ginitate. felicior ẽ ptus spūalis q̄z carnalis. Beatior enī fuit maria ꝓcipiẽdo christū mẽte q̄z carne. Materna enī ꝓpinq̃tas ei nihil pfuisset. si ñ felicius ipm fide q̄z carne gestasset. Añ cū mulier illa in euãgelio. Lu. xj. dixisset. Beatus venter qui te portauit. Rñdit iesus. Quinimo. beati qui audiũt verbū dei. Quasi. d. fm beatũ Aug̃. Mater mea quã appellas felicez. inde felix est. q verbū dei audiuit ꝛ custodiuit. non quia in illa verbum caro factū est. Expositis ergo v̄bis premissis de bt̃a virgine put mater dñi fm carnez. Restat ea nūc exponere de eadem gloriosa v̄gine ꝛ p consequẽs de qualibet aĩa fideli put ẽ mater verbi eterni fm mentẽ. Ad cui⁹ euidentiam est sciendū q̄ sicut in matrimonio carnali ad ℔ q̄ aliqua fiat legitime mat̃ fm leges ꝛ canones. tria requruntur. scz legitima desponsatio. nuptialis solennizatio ꝛ dotis debita assignatio. Sic spūaliter vt aĩa fidelis efficiat̃ mater verbi eterni. tria bis silĩa exigunt̃ que tanguntur in verbis p assumptis. Primū est anime deuote cum deo desponsatio amorosa [Cum esset desponsata] Secundū est ipsius anime desponsate fecũdatio generosa [mater eius] Tertium est ipsi⁹ fecundate dotatio gratiosa [Maria] B

Quantū ad ꝑmum est sciendum q fm iura desponsatio est legitima ꝓiunctio animorum maris et femine p verba de ꝓsenti expressa. Et est matrimoniū verū ꝛ ratum quãuis nondum carnali copula cõsūmatum. quale matrimonium fuit inter mariam ꝛ ioseph. Futq̃ illo sacramentū institutum in statu innocentie. et tunc significabat vnionem anime ad deum p amorez vnitiuū ꝛ castissimū. Nūc autem post lapsum carnali copula subsecuta. significat etiã ꝓiunctionem christi ꝛ humane nature vel christi ꝛ ecclesie. Sed ad banc scd̃az significationẽ ptinent ea que dicta sunt in ꝑmo ꝓcessu. Nūc vero loquẽdum est de ꝑma significatione ꝓ quãto hoc sacramentum desponsatiõis vel matrimonij spiritualis. quo anima vnit̃ deo. ut̃a anima v̄bigena qdammodo reintegrat̃ ad statū innocentie. Que quidem desponsatio habet fieri p amorez vnitiuū et castum. Iste autem amor castus req̃rit tria attributa. vt videlicet sit sūmus. singularis ꝛ vnicus ad instar sponse castissime sponsũ suum diligentis. Que tũc sūme eum diligit. q̃ nullũ alium tanto desiderij ardore diligit. Tū gulariter diligit. quãdo nullum alium ad illuz finez diligit. Unice vero diligit. quãdo sine illo nihil diligit ita q̃ si q̃d aliud diligit in illo ꝛ illi et ꝓpter illum diligit C Primo ergo dico q ad amorem castum exigit̃ q̃ sit sūmus. vt videlicet anima deo desponsata ita eum summe diligat. q̃ nihil aliud tanto desiderij estu intensiue diligat vel vnq̃z dilexerit. Quod pulcre ꝺclarat Rich̃. li. v. de cõtemplatione. c. xvj. Cogita inquit q̃d̃q̃ sit quod in vita tua ardentius dilexisti. anxius cõcupisti. quod te iocundius afficiat ceteris omnibus pfundius delectabat. Considera ergo si eandem affectionis violentiã. delectationisq̃z abundantiaz sentis q̃ñ in summi dilectoris desiderium inardescit. quãdo in eius dilectione requiescit. ꝛ si ardor desiderij et dilectionis animam tuam in diuinis affectibus minus penetrat. tepediusq̃z exagitat q̃z in alienis affectibus aliq̃n solebat non summe deum diligis.

B Secũdo requirit̃ q hmõi amor sit singularis. vt videlicet anima ita singulariter i deo finem sue dilectionis constituat. q̃ in nullo alio delectationez et consolationẽ aliquã querat vel recipiat. Quod sic declarat idẽ Richar. subdẽs post verba ꝑmissa. Q⁹ si inquit tantam prorsus forte validiorem dilectiõis vel delectatiõis violentiã in ĩtimis tuis circa diuĩa senseris. q̃z alias vnquã expta fueris. Aũd si adhuc forte aliquid aliud sit in quo delectari vel ꝓsolari possis. Certe si alienã aliquã consolationem queris aut recipis. deum tuum quãuis fortasse summe. non tamen singulariter diligis. C Tertio req̃rit̃ q huiusmodi amor castus sit vnicus. vt videlicet anima ita vnice deum diligat q̃ nihil aliud diligat. quod non in illo ꝛ illi ꝛ ꝓpter illuz diligat. Unde beatus Aug⁹. iiij. cõfeß. Minus te dñe amat q̃ aliq̃d tecũ amat qd̃ ñ ꝓpt̃e te amat Ad istuz amorẽ hortatur animam Hugo in de arra anime sic. d. O anima dilige illum. scz sponsum tuum. dilige te ꝓpter illum. dilige dona illius ꝓpter illum. dilige illuz vt fruaris illo. dilige te q̃ diligeris ab illo. dilige in donis illius q̃ donata sunt ab illo. Illum tibi et te illi dilige dona illius ab illo tibi et ꝓpter te. Et subdit Hec pura et casta dilectio. Hoc casto amore estuabat sponsa cum dixit Cant. ij. Dilectus meus mihi ꝛ ego illi. Et Rursus Cant. vij. Ego dilecto meo ꝛ ad me conuersio eius. Et signanter sponsa appellat sponsum dilectum suum. nulluz aliud ei nomen imponẽs. sed absolute vocat eũ dilectuz suũ ĩnuẽs q̃ nullo alio noĩe magis ꝓprio ꝛ amo

n suo magis accommodo possit eum explicare
¶ Quātū ad scōm est sciendū. q in oi fecū
datiōe vel generatione est cōsiderare duo exptē
pncipij actiui scz ipm generās. z virtutem q̄ ge
nerat Et similiter duo alia exptē pncipij passiui
videlicet subiectum cōcipiēs z virtutez qua cō
cipit. ¶ Patet hoc primo in generatione corpo
ralium. ¶ Nam in generatiōe generās est pater.
virtus generatiua est virtꝰ illa formatiua que
est in semine. ¶ Subiectum recipiēs vel cōcipiēs
est mater. virtus cōceptiua est fecūditas mater
na. que non ē aliud nisi naturalis dispositio seu
receptibilitas illius actiōis. qua generans impꝫ
mit formam suam pducendo sibi simile i natu
ra. ¶ Idem etiā patet in generatiōe ignis. cū ignis
generat ignem. vbi generans est ignis. vīus q̄ē
forma siue virtꝰ illa activa qua ignis potest for
mare sibi simile in natura. ¶ Subiectum recipiēs
est materia ignibilis vt lignum vel aliqd hmōi
virtus vero receptiua actiōis hmōi est natura
lis dispositio in ligno qua est in potentia ad for
mam igneam. ¶ Hoc etiam patet in generatione
eterna qua deus pater generat filium. vbi perso
na patris est generans. virtus generatiua ē po
tentia qua pater est fecundus actiue ad cōcan
dū formam suam. ¶ Subiectum vel habēs se ad
modum subiecti est intellectus paternus. quiē
quasi subiectum de quo pater generat formam
suam. intelligendo se ipsum. ¶ Virtus cōceptiua
est naturalis dispositio ipsius intellectus diui
ni. qua fecundus est. q. passiue ad formam de ip
so pducendam siue ei impmendā. Et fm istum
intellectum. intellectus diuinus dicit habere ra
tionē veri. ¶ Juxta illud ps. Ex vtero ante lucifer
genui te. ¶ In tali enī vtero sapiētia genita dicit se
conceptam esse. ¶ Prouerb. viij. ¶ Nec dum erant
abyssi z ego iam cōcepta eram. Ecce materna fe
cunditas in generatione diuina. ¶ G Sic
etiam in fecundatione aīe in cōcipiendo verbū
eternū est eadē quattuor cōsiderare. videlicz ge
nerās. z hoc est tota trinitas. cū opa dei ad extra
sint indiuisa. licet spēaliter attribuat spūisancto
clementie et bonitatis que attribuit spūisancto
¶ Virtus qua aīam fecundat est verbum dei qō
habet. q. vice seminis. ¶ Juxta illud Luc. viij. Se
men est verbuz dei. ¶ Unde z de beata virgine dr
in hymno. ¶ Intacta nesciēs virum verbo conce
pit filium. Et intellige hic p verbum dei virtutē
imissam a deo p verbum siue pdicatum siue in
spiratum siue meditatum. ¶ Nam verbuz dei ha
bet virtutem fecundatiuaz. ppter quod fm Au
gustinū compat pluuie fecūdanti terram. ¶ Ñ
Amb. sup illud ps. Eloquiū tuū viuificauit me
Hec est enim inquit aīe nostre mentalis substā
tia. qua alitur pascitur z fecundat. ¶ Nec q̄cq̄z alu
ud q̄ viuere faciat animam rōnalem q̄z eloqui
um dei. ¶ Quō autē verbum dei actiue fecundet
animam docet Bernū. sup Cant. sermone. lvij.
sup isto verbo. En dilectus meus loquitur mi
hi. Si inq̄t ammonitus fuero vel foris ab hoīe
vel intus a spū de faciēda iusticia. siue de alijs q̄
buslibet virtutibus seu quocūq̄z sermone q̄ edi
ficet ad pietatem. ¶ Istius modi salutaris suasio
ent mihi pfecto pnuncia immīnētis aduentus
sponsi. z pparatio quedā ad digne suscipiendū
supnū visitatorem. Et q̄ non solum hmōi vbā
pnunciet ad modum simplicis nūcij. sed z acti
ue fecundet docet idē Bernū. in alio sermo. ibidē
dicens. Querit anima verbum quo illuminet
ad sapiētiam. cui maritet ad fecundationem. vi
uus enim est sermo dei et efficax Hebr. iiij. Et ꝫ
duo tenentia se ex pte pncipij actiui in fecundā
do aīam. tanguntꝰ Luc. ij. de fecundatione beate
virginis vbi dicit. ¶ Spūssc̄us supueniet in te. q̄n
tum ad ipsum generās. z virtus altissimi obum
brabit tibi. quātum ad virtutem generatiuam i
fluxā diuinitus verbo angeli nūciātis. ¶ Hinc ē
quod dicitur. q̄ ipsa angelo nūciante concepit.
¶ Subiectum vero concipiēs est ipa aīa
fm supmam et nobilissimam portionem mētis.
vt patuit supra in sermone. Exultauit. ¶ Sed vir
tus cōceptiua est fides caritate formata. Unde
z beata virgo dicit fide cōcepisse Luc. j. Btā que
credidisti. Unde Bernū. ¶ Dia pdicta quattuor si
mul de beata virgine pstringens in sermone d̄
natali sic dicit. O vere noua mirabilia angelus
annūciat. virtus obumbrat. spūssanctus su
perueniet. virgo credit. fide concipit. ¶ Nequaq̄z
enim beata virgo verbo concepisset si non ver
bo fidem adhibuisset. Unde sicut verbum dei
quod nūnciabatur per angelum habebat sibi i
fluxam virtutem generatiuam. sic fides infusa
virgini habebat sibi inditam virtutem cōcepti
uam. Sic ergo in proposito materna fecundi
tas qua anima est verbi eterni conceptiua est fi
des formata que est quedam dispositō. imo ha
bitus quidam quo anima est susceptiua diuini
influxus et spiritualis generationis. qua deus
imprimit menti formam suam. dando ei simili
tudinem dei formem. ex qua impressione aīa
concipit verbum eternuz. ¶ Q̄ autem huiusmo
di virtus conceptiua sit fides. sic est videre. Cuz
enim verbum essentialiter sit noticia cum amo
re fm beatum Augustinum. xv. de trinitate.
sine noticia non est conceptibile. ¶ Nunc autem

Quia vt dicit Ouge. Nulla hystoria docet btāz mariā ex hac vita gladij occisione migrasse pcipue cū non aīa sed corpus ferro soleat interfici. Et ideo dicit Ambz. hoc intelligendū de gladio spūs qđ ē verbū dei. Epb. vj. Viuus. n. ē sermo dei et penetrabilior oi gladio ancipiti. ptingēs vsqz ad diuisionē anime z spūs Heb. iiij. Et q; beata virgo nō fuit ignara mysterij celestis imo noticiaz optime habuit pfundor mysteriorz p mōis diuī. nō dr gladius aiam eius ptrāsisse. Et pōt dica p̄m Bernz. Q; ille gladius maxime fuit illō verbum diuinū christi in cruce dicētis. Mulier ecce filius tuus. Illo enī verbo cognouit se separari a christo et infelicem cepit p filio suscipere cōmutationem. Unde Bernz. O qualis inquit cōmutatio. seruus p dño. discipulus p magistro. homo purus p dei filio traditē Aliter etiam dicitur z magis cōmuniē q nō intelligit de gladio corporalis passionis sed de gladio cordialis cōpassionis z doloris quē virgo habuit in filij sui passione intātum ac si ipamet pependisset in cruce Unde Bernz. in pſona virginis filiū alloquens sic dicit Si pateris patior. si morieris morior. si cruciaris crucior. Item Bernz. vginē alloquēs sic inquit. Dū pforat lancea ille tuus ihesus. omniū quidem sed spēaliē tuus. ipius aiam nequaqz gladius ptrāsiuit. quia iā expirauerat. sz tuā Unde te plus qz martirem p̄dicam. Unde Hiero. dicit. Q; quia mēte virgo passa est pl; qz martir fuit Dicit etiā Bam. Q; dolores qs pariēs effugit tpe passionis sustinuit. Itē dicit Aug; in p̄mōe q legit feria tertia in pasca. Illa inqt pia matbtā virgo inmani dolore eiulans pectora delicata cōtundens. ita ipa viscera oiaqz fatigauerat mēbra. vt iam in excessu deficiens. vix puenire potuisset ad christi funus. Sed cōtra istā expositiōez instat sic. Cum enībtā virgo maria nouerit omnia mysteria dñice passionis. puta q erat p hoc humanū genus redēptur; z q erat resurrectur; zc. nō videt q tātū dolorem habuerit marie cuz tanta passio nō cadat in animū tā cōstantem z virtute pfectissimū. sicut fuit anim; btē vginis. Nō enī est dubiū ipam attigisse tertiā z quartā etatem spūalem hoīs interioris. Unde habes infra in sermone de septuage. Et ideo picture que de hoc solent fieri qūo btā virgo ploret z plāgat capillos trahat z quasi cadēs teneat z hmōi vident vane. Cū euāgelium dicat eaz stetisse iurta crucem. Cum tū plorātium z merentū potius sit sedere vtpote resolutus virib; ex dolore z spiritibus vitalib; recurrētibus ad cor exterioribus mēbris relictis. Unde dicit in ps. Sup flumia babilonis illic sedim; z fleuim; Ad qđ respondet Ouge. in omel. hui; euā gelij. Q; licet ygo nō dubitaret christū sicut dei filiū ppria volūtate mori z mortem ipam eē deiecturū. Ex sua tū carne pcreatū nō sine doloris affectu potuit videre sic ignominiose tractari z crucifigi Hec tū dolor ille cōpassiuus ita rōnem ei; obfuscabat vt q̄cqz inordinatū in gestib; suis oīderet. Unde ad id qđ obijcit de pictura pōt dici sic dicit Oratius. Dictoribus atqz poetis qlibet addendi semp fuit equa ptās. Nec tū vane z false sunt tales picture. Tant; enī dolor in sui natura habet tales extēsiones mēbrorz z casū inducere. z huic rūdet pictura. sed virtutis imēsitas talem impetum moderat. Et sic intelligēdū est qđ btūs Augustin; dicit in libro de qstionib; veteris z noui testamenti. Aut enī q virgo stupore quodam in morte dñi dubitauit. videns dei filiuz sic vsqz ad mortē crucis humiliatū. z sicut gladi; ptrāliens iurta hoīem timorē facit. nō pcutit. ita z dubitatio mestitiā fecit nō tū occidit. q; nō sedit in aīo sz ptransijt quasi p vmbrā. Hec btūs Aug; Ex oībus his cōcludit q btā virgo dolorē q̄dez magnū habuit p̄m hoīem exteriorē sz vsqz ad interiorem hoīem dolor ille nequaqz puenit q etiam interior homo dolorē insensualitate repressit z tpauit intātū. vt nihil in verbis vel factis suis oīderet qđ eēt irrōnabile aut indiscretum Et nota q verbū dubitatiōis non accipit ibi beat; Aug; p hesitatione in fide. cum fides in ipa spe illesa pmansit. sz accipit p quadā timorosa trepidatione sicut ibi i orōe. Respice qs dñe sup zc. p qua dñs noster nō dubitauit manib; tradi nocentū Aliter nota q multiplex est gladius. Primus ē peccatorū. ps. Gladū euaginauerūt pctōres. Et hic subdistinguit. Est. n. gladius rancoris in corde. ps. Gladi; eorum intrat in corda iporz. Itē detractiōis in ore. ps. Lingua eorū gladius acut;. Itē psecutiōis in opere Exo. xv. Euaginabo gladiū meū. interficiet eos manus mea. Itē est gladi; hereſis diuidens ab vnitate fidei. Prouerb. v. Lingua eius acuta quasi gladius biceps. Hcōs est gladi; iustorum Cant. iij. En lectulū salomonis zc. Et post. Omnes tenētes gladios. Et hic subdistinguit. Est enī gladius doctrine Heb. iiij. Viuus ē sermo dei z penetrabilior oi gladio. Itē mortificatiōis carnis Exo. xxxij. Donat vir gladiū suuz supfemur suū. ite et redite de porta vsqz ad portā per medium castroz z occidat vnusqsqz fratrē suuz z amicū z primū suum. i. sororē. z familiarez voluptatem. Itē compassionis caritatis Ezech. v. Tactibi gladū acutum radentē pilos. Et seqt. Et duces eum p caput tuū z barbā. Hic gladi;

est caritas qua supflua radūt et pauperib⁹ erogant. Jtē ē gladi⁹ discretiōis siue iudicij Apoc.j. Ex ore eius gladi⁹ ex vtraq3 pte acutus exibat. Item diuisionis hūani desiderij Mat.x. Nō veni mittere pacē sz gladiū. ¶ Tertiꝰ est gladius platoy. ps. Exultatiōes dei in gutture eoy. z gladij ancipites ī manib⁹ eoy. Et hic subdistinguit Est enī gladi⁹ vindicte ad terroꝛē. ij. Mach. xv. Accipe gladiū sāctum munꝰ a deo in q̄ deijcies aduersarios ppli mei israel. Item tutele ad pte/ctionē. j. Mach. iij. Protegebat castra gladio. Item auctoritatis ad executionē Ro. xiij. Nō sine causa gladiū portat. Jtez cōdescēsiōis Mat. xxvj. Mitte gladiū tuū in vaginam. ¶ Quartus est gladius diuinꝰ quē dñs vibrabit ad cōmunationem maloy. ps. Gladiuz vibrabit. Jtez exacuet ad interfectionē dānatorū Deut. xxxij. Si acuero vt fulgur gladiū meum z arripuerit iudiciū manus mea. reddā vltionē ꝛc. Item elevabit ad gloriam beatoy Ibidē. xxxij. Scutum auxilij tui z gladius glorie tue deus tuꝰ. Gladius ꝑmus scz pctoꝝ locū hic habet q̄ aiam christi de vitā eius corpalē ptrāsiuit in sua passione et aiam virginis in cōpassione ¶ G Sequī vt reuelent Vbi symeon subdit q̄dā ex ꝑmissis consecutū. Ex eo enī q̄ christꝰ positus ē in ruinam z in resurrectionē et in signū z passionem vt dictū est cōsecutū est ꝛ q̄ multoy cogitatiōes sunt manifeste. Et hoc est q̄ dicit vt reuelent er multis cordibus cogitatiōes. Et nota q̄ ly vt nō ponit hic causaliter. Nō enī ꝓpter hoc ꝓncipaliter pati voluit christus vt reuelarent cogitationes hoīm. Sed ly vt tenet hic cōsecutiue. Qz ꝛ q̄ est reuelari cogitatiōes secutū est ad passiōez christi. Sicut si dicerē. Exiui ad campos vt caperer ab hostibus. Capi ab hostibus nō fuit deintentiōe mea sz q̄dam cōsecutū ad exitū meum Et est silis modꝰ loquēdi cū dicit sepius in euāgelio. Hoc factū est vt implerent scripture. Hec enī nō fuit ꝓncipalis intentō christi q̄ talia fecit vel passus est vt implerent scripture. Sed post q3 talia euenerūt cōsecutiue scripture sūt implete. Nō enī ꝓphetia est cā euētus rei sz ipa res est cā ꝓphetie ¶ Notādū aūt q̄ occulta cogitationū reuelata sunt p christū multiplicit. Uno mō sicut p opꝰ patz cogitatio. Nā in hoc ope cōtradictiōis z passionis christi. patuit malicia sacerdotū odium iudeoy. duricia ppli. inconstantia pylati. auaricia iude. pusillanimitas petri z aliorum a ploy. militū nequicia. christi cōstantia et patiēcia et sic de alijs. Alio mō q̄ intentiōes antiquoy patrū de christo que latebant in scriptis. tūc patebāt videlicet q̄ qō expectabāt tūc manifestum fiebat. Tertio mō sic. q̄ maliciā phariseoꝝ christus sua ꝓdicatione detexit. d. Mat. vij. Attendite a falsis ꝓphetis ꝛc. Quarto q̄ meditatiōes discipuloy nō recte opinātū de christo tūc fuerūt reuelate z emēdate. q̄ñ post ambiguitatē supuenit eis certitudo christo resurgēte z eis dicēte Luc. vlc. Videte manꝰ meas z pedes meos quia ego ipe sū. Quinto q̄ ꝑm Ouge. cogitatiōes male hoīm reuelate sūt tpe passionis vt occideret eas ille q̄ p nobis mortuꝰ est. q̄z diu enī occultant nō pūt sanari. Et si nos reuelaueri mus pctā nostra nō solū dōz etiā his q̄ possūt mederi vulneribꝰ nostris delebunt pctā nostra Sexto quia p christum cogitationes oīm revelabunt in iudicio. j. Coy. iiij. Veniet dñs q̄ illūinabit abscōdita tenebray. z manifestabit cōsilia coꝛdium.

¶ Tertia pars euāgelij. LXXXII

Et erat anna ꝓphetissa filia phanuel de tribu aser. hec ꝓcesserat ī die bꝰ mltis. et vixerat cū viro suo ānis septem a virginitate sua. Et hec vidua vsq3 ad ānos octogitaquattuoꝛ erat. que nō discedebat a templo. ieiunijs et obsecratiōib⁹ seruiēs die ac nocte. Et hec ipsa hora superueniēs cōfitebatur domino. et loquebatur de illo oībus qui expectabāt redēptōz israel ¶ Tertia ps euāgelij in qua ponit Anne de christo ꝓphetica locutio. Ubi notandū q̄ decebat christū testimoniū habere ab omni genere psonarū. vt inexcusabiles sint qui nō credūt euāgelio. Unde christus habuit testimoniū diuinū. angelicum. z humanū. Et quātū ad simplices z pfectos in vtroq3 sexu. vt ostēdat q̄ vterq3 sexus ad redemptionē spectabat sicut vterq3 ceciderat. Unō vt nihil desit ad firmitatē testimonij. christꝰ natus habuit testimoniū mtlīo⁹me scz a nata diuina Matth. iij. z xvij. z Mar. j. z Luc. iij. Hic ē filius meus dilectus. Jtem a natura supcelesti. s. angelica Luc. ij. Facta ē cū angelo multitudo celestis Jtē a natura celesti scz stella Mat. ij. Vidimus stellā ei⁹ in oꝛiēte. Jtē a natura subcelesti scz humana. Et hoc de oī statu. De statu quidez simplici z virili sapiēte vt magi Mat. ij. Ecce magi ab oriente venerūt Jtē de statu senili masculino vt symeon Luc. ij. Et venit in spū in tēplū. Jtē de statu senili femineo. vt hic de anna. Jtē de statu infantili vt pueri q̄ nō loquēdo sz moriēdo euz ꝓfessi sūt Mat. ij. Occidit multos pueros Disigit natura. oīs sexꝰ et oīs etas christo

nascenti testimoniū phibuit. qz ipse debebat re/parare oia. Uñ z pueris in tēplo clamantib9 et pharisēis reclamātib9. dictū ē Lu. xix. Si tacuerint hi lapides clamabūt. Igit de testimonio hꝰ sancte femine tria hic describunt. Primū est pphetātis auctoritas. Scōm est testificātis sanctitas. Ibi Et vixerat cū viro suo. Tertiū est testimonij celebritas. Ibi Et hec ipa hora. Auctoritas aūt pphetātis cōmēdat a qnqz. Primo a nomīe gratie. Unde dicit Et erat anna que interptat in qua est grā. Et ve gratiosa fuit hec mulier. qz vna de tribꝰ mulieribꝰ que legunt de christo pphetasse. Uñ aut Amb. Prophetauerat copulata coniugio. s. elizabeth, pphetauerat virgo scz maria. debuit etiā vidua pphetare. ne cuiusqz cōfessio deeēt aut sexus. Secdo cōmendat a pphetie dono. Uñ dicit Pphetissa Et B est magnū donū. Et p illo tpe iudaicꝰ ppls nullum habuit ppham nisi hāc feminā. Tertio cōmēdat ab origine qz filia phanuel qđ interpta tur facies dñi. Et ipsa vidit faciē dñi quā desiderauerat videre ppha. d. Ondē faciē tuā et salui erum. Quarto cōmēdat a tribu seu pgenie qa de tribu aser qui inter patriarchas fuit octauus. z significat bītudinē resurrectiōis que erit mūdi etate octaua. Uñ et aser interptat beatitudo. De quo Geñ. xlix. Aser pinguis panis eius z pbebit delicias regibus. Quito cōmendatur a venerāda senectute cū dicit Hec pcesserat ō virtute in virtutē i dieb9 multis glo. i. puecte etatis erat. Et sicut pcesserat etate tpis. ita z maturitate morꝫ Prouerb. xiij. Justoꝝ semita quasi lux splēdēs pcedit. z crescit vsqz ad pfectū diez Sed cōtrariū videmus in aliquib9 qui postqz senescunt efficiunt sicut pueri moribus z vitijs De quibus Esa. lxv. Puer centum annorum morietur z pctōr centū annoꝝ maledictus erit. Et vere maledictus qa senex in annis dū pecca re nō potest tum oribꝰ peccādi materiaz tribuit. Ibi Et vixerat describit testificātis sanctitas q ad duo. Primo q ad statū cōiugalem. Secdo quo ad statū viduales Ibi Et hec vidua erat Quo ad statū cōiugalem cōmendat eius sāctitas a quattuor cōdicionibꝰ pmēdabilibꝰ i mrīmonio Primo ei dz eē int cōiuges pacifica cōuersatio. Uñ Ecc. xxv. In tribꝰ placitū est spū meo que sūt pbata coraz deo z hoībus. Concordia fratrū z amor primorum z vir z mulier sibi bñ cōsentientes. Tale fuit matrimoniū istius scē mulieris dz q dicit Et vixerat cū viro suo. quia si nō fuisset int eos pax et cōcordia nō fuisset vita sed mors. Unde Ecc. xxv. Cōmorari leoni z draconi placebit. qz habitare cū muliere nequā. Et hoc idē intelligendū est de viro. Secda cōdicio matrimonij est fides thori vt mulier nulli alij misceat. Unde de muliere frangente fidē thori dicit Ecc. xxiij. Mis mulier relinquēs virū suū z. erit dedecus eius eo q nō intellexit timorez dei. Iz de ista scā muliere dz q vixerat cū viro suo nō alienis Tertia cōdicio matrimonij est fedus ppetuū. qđ non soluit nisi morte interueniente. j. Cor. vij. Mulier alligata est legi quāto tpe vir eiꝰ viuit. Qz si dormierit vir eius liberata est a lege viri. Imo ex quo matrimoniū cōsūmatū est. dato q cōiuges separent ab inuicē licentiati ad religionis ingressum. semptū matrimoniuz manet inuiolabile. Ita q viuente altero nunqz pōt eoz alijs alteri copulari. Tale fuit matrimonium istiꝰ sācte mulieris. de qua dicit q vixerat cū viro suo septem annis Quarta cōdicio decoraās matrimoniū est carnis integritas. Licet enī vidua possit nubere. tñ nō est ita decor matrimoniuz sicut virginis. Uñ nō dat eis annulꝰ aureꝰ. nec bñdicūt eoz nuptie. nec vir ducens corruptā pt pcedere ad sacros ordines. Sed matrimoniuz istius scē mulieris habuit carnis integritatem. Unde dicit a virginitate sua glo. i. a tpe amisse vginitatis. Deinde cū dicit Et hec vidua erat describit testificātis sanctitas quo ad statū vidualez. In q pmēdabilis ondit in septē pditionibus. que requirunt ad pfectionem status vidualis. Prima est vt speret in deo. Mulieres enī desolate maritis plūmas cōsueuerūt pati molestias. de quibꝰ ad nullū pñt nec debēt recurrere nisi ad solum deū. q̄ suscipit pupillum z viduā. z viā pctōrum dispdet. Uñ. j. Thy. v. Que vere vidua ē z desolata speret in dñm. Talis fuit hec mulier ō qua dicitur Et hec vidua erat subaudi vera. Secda pdicō est q debet habere etatis maturitatem. Uñ. j. Thymo. v. Uidua eligat nō minꝰ qz. lx. annoꝝ que fuerit vniꝰ viri vxor. Et hoc ideo. quia piculosum est cōuersari cū viduis adolescētibꝰ. Uñ aplꝰ pcepit thymotheo dicēs. Adolescētiores aūt viduas deuita. j. Thymo. v. De ista aūt scā muliere dicit q erat vidua vsqz ad annos octogīta quattuor Tāto enī tpe pmansit in viduitate. Qz cū ipa fuerit septem annis in cōiugio. Et qñ matrimonio copulabat saltum habuit. xij. annos. Et sic patet q erat annoꝝ centū z quattuor. Tertia cōdicō est q vidua debet frequētare ecclīam. Est enim quasi media monacha. Qđ demōstrat ligatura capitis vestiū color obscurꝰ z cetera mlta. p q̄ ondit se ex magna pte renūciasse delicijs mundanis. Talis enī erat hec scā mulier ō qua dicit

qꝫ nō discedebat de tēplo ¶ Moraliter ꝑm glo. Anna nō recedebat de templo. cū fidelis aīa semp studet castum ⁊ īmaculatum templū sui corꝑis custodire. Hinc ꝑcipit sacerdotibus veteris testamenti vt tpe ministrationis iugiter maneant in sanctis. q̄tenꝰ aīa que deo ministrare cepit nō quiescat a bono. ¶ Q, aūt dicit nō discedebat ad lrām nō est intelligēdū ꝑm glo. q ad horam nō discesserit. Nō enīz ibi dormiebat de nocte. sed hoc dicitur quia frequens ibi erat.

¶ Quarta condicio est. q vidua debet vacare ieiunijs ⁊ fugere mūdi delicias. cōtra libidinē carnis. exēplo iudith. que habebat supra lūbos suos cilicium ⁊ ieiunabat oībus diebꝰ vite sue. Judith. viij. Naz vt dicit apl's. j. Thy. v. Vidua que manet in delicijs viuēs mortua est. Ista āt scā mulier vacabat ieiunijs vt ħ dicit. ¶ Quīta cōdicio est q vidua debet orōnibꝰ insistere Vñ j. Thymo. v. Vidua instet obsecratiōibus die ac nocte. Est aūt obsecratio orō cū obtestatione vel aduratiōe ꝑ sacra. Sicut cuz dicimꝰ. ℙ Per crucem ⁊ passionem tuā libera nos dñe. Et iterz cū dicimus. ℙ Per dñm nostrz ihesū christū ꝛc. Et est talis oratio efficacissimū genus impetrandi Tali mō hec scā mulier orauit. Vñ dicit [obsecrationibꝰ] [Forte obsecrauit aduentum christi in carnē. quēadmodū orauit Moyses Exo. iij Obsecro dñe mitte quē missurus es. ¶ Sexta cōdicio est q vidua debet eē obsequiosa indigentibus in opibus vite actiue. Unō. j. Thy. v. Vidua eligat ꝛc. in opibus bonis testimonium habēs. si filios educauit. si hospicō paupes recepit si scoꝝ pedes lauit. si tribulationem patientibus sumministrauit. si omne opus bonū subsecuta est. Talis fuit ista scā mulier de qua dicit. q erat [seruiēs] q nō tātū intelligit de dei ꝑfute que est religio. sed etiā de ea q̄ est pietas. q̄ ad oīa vtilis est vt dicit aplūs. j. Thymo. iiij. ¶ Septima cōdicio est q vidua debet in bonis tpalibꝰ contenta manere. quia mulieres nupte cogitāt que sūt mōdi ⁊ quō placeāt viris suis. j. Coꝝ. vij. Quare go libera ē ab illa lege viri. talis debz die ac nocte meditari in lege dñi et exercitari in opibꝰ suis pra dictis. Sic fecit ista scā mulier de qua dicit q agebat oia bona supra dicta die ac nocte. Sic non fecit Thamar vidua her filij Jude. Que licet aliquo tpe in viduitate pmansisset. depositis vestibus vidualibus induta est teristro. id est. velamine quo vtunt mulieres arabie. ⁊ cōmisit incestum vt legit Geñ. xxxviij. Sed ista scāz vidua annā Orige. de ꝑdictis virtutibꝰ cōmēdās ac ꝓbo alias instruēs sic ait. Neqz enī inq̄t spiritussanctꝰ fortuito habitauit in ea. Bonū enīz est ei et pium si qua pōt virginitatis grām possidere. Si aūt hoc nō potuerit sz euenerit ei vt p dat virū. vidua pseueret. Nō quidē nō solūz pꝰ mortē viri. sz etiā cū ille viuit debet habere ī aīo vt etiam si nō euenerit volūtas ipius ⁊ ppositū a dño coroneť. Et dicat hoc voueo. hoc ꝑmitto si mihi humanū aliq̄d qđ nō opto cōtigerit nihil aliud faciam q̄z incōtaminata ⁊ vidua pseuerem. Juste ergo scā mulier spūm ppbetandi meruit accipe. quia longa castitate longiseqz ieiunijs ad hoc culmen puenerat. Hec Ouigenes

¶ Deinde cum dicit [⁊ hec ipa hora] ꝓdꝰ cōmendationē pone ꝓphetātis ponit testimonij eius celebritas. Jō enīz ꝑm Ambꝝ. Talis hec mulier inducit ⁊ stipendijs viduitatis et moribus vt digna fuisse credat nūciare redemptorez oīm venisse. Et tangunt hic tria. ¶ ℙrimo premittit huiꝰ religiose mulieris inopinata supuētio cum dicit [Et hec ipa hora] qua scz symeon loquebat de christo tenens euz in vlnis [supueniens] [Forte et ipa venit in spū in tēplū sicut et symeon. Et aduerte qūo saluatoris laudes icul cant. Quoniā añq̄z rumor vnius desinat. succedit noua laus et gloria. Anteq̄z enī angelꝰ natū christum nūciasset pastoribus. facta est cum angelo multitudo celestis exercitus laudantium deum. Et añq̄z pastores ad ptū virginis accederent. auditum est canticū nouū in celestibꝰ. Et añq̄z pastorum rumor cessaret ecce magi venerunt ab oriente. Et dum adhuc plena erant hominū ora loquētium de nouitate magorū. ecce symeon adorat infantem ℙNō dum ille ꝛba finierat. ⁊ ecce hec religiosa mulier supueniens confitebat dño. ¶ Secdo ponit eius religiosa cōfessio cum dicit [Cōfitebat dño] Et erat hec cōfessio laudis et grāzactionis q ipa meruit videre christum natum. ℙDe tali cōfessione dicit in ps. Confitemini dño quoniā bonꝰ. Et Luc. x. Confitebor tibi pater celi et terre quia abscondisti ꝛc

¶ Tertio subdit eius ꝓphetica locutio cū dicit [Et loquebat de illo ꝛc] [Forte nunciauit eū ee saluatorem ⁊ hūam generis redemptoē quez expectabāt filij israel Hoc est q dicit [oībus qui expectabant redemptionē israel] ¶ Nota istius mulieris singulare ꝓuilegium quo ad duo. Tum quia loquebat in templo cū dicat aplūs ℙMulieres taceant in ecclesia. nō enim ꝑmittit eis loqui. j. Coꝝ. xiiij. Tum etiam quia publice loquebat oībus ꝛc. Symeon aūt ꝓuate locutus fuit ad mariam solum. ¶ Nota etiam q euangelista nō specificat quid loqueret. sed satis ptz q ex quo loquebat his qui expectabant redēptionē israel. nō aliud loquebat nisi q ipe erat ille

diu desiderat⁹ qui eos redimere deberet ¶Dos set etiam dici q⁹ symeonis testificatio explicite ꝺscribit̃ et ꝑ modum ꝓdicationis. ¶Anne vo ipli/cite ⁊ ꝑ modū cōfessionis. hoc forte ideo q⁹ do/cere in ecclesia nō est mulierū sed viroꝝ. j. Thy. ij. ¶Attamen q⁹ ista mulier locuta est in tēplo. fuit ex ꝓuilegio singulari. sed ꝓuilegia paucoꝝ nō facit legem. ¶De cōmuni enī lege mulieres in eccle/sia tacere debēt ¶ Et ¶Moraliť nota q⁹ iopina/tus cōcursus istaꝝ ꝑsonarum de quib⁹ fit men tio in p̃nti euāgelio nō sine mysterio diuino in stinctu factus est. ¶Propter quod festū purifica tionis dictum est ypapanti id est obuiantiū q⁹ Symeon et Anna obuiauerūt marie ⁊ Joseph sine aliqua cōuocatiōe. Et ideo in die illo vniuer saliter fit ꝓcessio. Et nos sp̃aliter in mēte debe/mus istaꝝ quattuoꝝ ꝑsonarū ꝓcessionē celebra re. ¶Per Symeonem qui interp̃tat audiēs qui ⁊ respōsū audiuerat a spūscō mentali scz reue/latione signat̃ verbi dei studiosa auditio. ¶Per Annam que interp̃tat grā ⁊ que nō discedebat de tēplo ⁊c. signat̃ crebra oro. ¶Per Joseph q⁹ int̃ p̃tat appositio vel augmentū qui ⁊ sollicitaꝝ cu/ram habuit de puero christo. intelligit̃ bonoꝝ operū continua appositio. ¶Per mariam vero q⁹ interp̃tat illuminata que et christum portauit in vtero signat̃ diuine cōformitatis pfectissima vnio. ¶De aūt quattuoꝝ ꝑsone christum offeren tes in mente debēt portare quattuoꝝ luminaria Symeon portat lumen scē meditatiōis. Anna gestat lumen interne deuotiōis. Joseph defert lumen virtuose pgressionis. ¶Maria vero por/tat lumen supne cōtemplatiōis. ¶Hec quattuor innuunt̃ in ps. ¶Memor fui dei et delectatus sū et exercitatus suꝝ et defecit spūs meus. Et patēt referendo singula singulis.

¶Quarta pars euangelii.

LXXXIII

¶Et ut perfecerūt om/nia secūdū legē domini reuer si sūt in galileā in ciuitatē suā na/zareth. ¶Puer aūt crescebat et cōfortaba/tur plen⁹ sapientia et gratia dei erat in illo. ¶ ¶Quarta ps in qua innuit̃ chri/sti pueri sub lege humilis subiectio. Ubi cōside randum q⁹ licet christus eēt sup omnem legem ipe tñ voluit subijci. ⁊ subiect⁹ eē triplici legi. vi/delicet legi cerimoniali. legi naturali. ⁊ legi mo/rali. ¶Primo igit̃ euāgelista ostendit christū sub iectum fuisse legi cerimoniali. ¶Scdo ostendit ꝟ idem de lege naturali Ibi ¶Puer aūt crescebat. Tertio ostēdit hoc de lege morali Ibi ¶Cum fa/ctus eēt iesus annoꝝ. xij. ¶In euāgelio sequēt⁹ dñice. ¶Quantū ad ꝓmū ostendit eum fuisse subiectū obseruantie legali pfecte ⁊ complete. q⁹ dic̃ ¶Et vt pfecerūt oia ¶Et dic̃ signanť pfecerūt quia nō quocūq⁹ mō mater christi impleuit le/gem. sed pfecte mandatū eius opans. nō omit/tens nec apicem. ¶Io dicit ¶pfecerūt ¶Quoniam necessitas est seruare legem. sed pfectu⁹ est face/re legis p̃cepta bis q⁹ sunt supra legem. Et q⁹ btā virgo erat supra legem. ⁊ tñ eam impleuit. ideo dicit q⁹ ¶pfecerunt oia ¶que erant tria scz oblatō pueri ad templū. ¶Redēptio eius quia ꝓmoge/nitus erat. ¶Uñ offerebāt ꝓ eo par turturuz aut par colūbarū. Et hec fecerunt ꝑm legem domi/ni. ¶Quib⁹ expletis reuersi sūt scz maria ⁊ ioseph cum puero in galileā in ciuitatē suam nazareth ¶Dicit̃ aūt nazareth ciuitas sua q⁹ ibi cōceptus ⁊ educatus ¶Et nota ꝑm glo. ¶Bedā ⁊ haymo/nem. q⁹ lucas hic ꝓmittit fugam eoꝝ in egyptū de qua dicit ¶Matthe⁹. ¶Uñ ꝑm eos nō fuerūt ꝓ nunc statim reuersi de hierusalē in nazareth. ¶Ex monitu angeli descēderūt in egyptum. Et p⁹ se/ptem annos mortuo herode redierūt in galileā monitione angelica. ¶Sed alij dicūt q⁹ causa q⁹ re btā virgo ⁊ ioseph de nazareth pfecti sūt in be thleem fuit ratione descriptionis totius orbis Et quia ibi pepit. non potuit eaz ioseph reduce re añ tps purificatiōis expletū. ¶Sed eo expleto ⁊ oibus que ad oblatiōez spectabant rite perfe/ctis vt hic dicit̃. reuersi sūt statim in galileaz. nec expectauerūt ad hoc monitionē āgeli. sed vltro ad patriam quasi libentius ibi cōuersantes re/dierūt Et post erinde monitu angeli in egyptuz fugerūt ¶Matth. ij ¶Dubitaret aliquis qua/re christus subiugari voluit legali obseruatiōe Rñdeo dicēdū q⁹ ad hoc assignat̃ multiplex rō. ¶Primo hoc voluit vt legem veterez approbaret. ¶Secundo vt eam seruando in seipsum cōsum maret et termīaret ostēdēs ex hoc ad q⁹ ipsū erat ordinata. ¶Tertio vt iudeis calūniandi occasio/nem subtraderet. ¶Quarto vt homines a seruitu/te legis liberaret ꝑm illud Gal. iij. ¶Misit de⁹ fi/lium suum factū ex muliere. factum sub lege vt eos q⁹ sub lege erant redimeret. ¶ ¶Deinō cum dicit ¶Puer aūt crescebat ¶ostēdit euz sub iectum fuisse legi naturali in eo videlicz q⁹ ad mo/dum alioꝝ pueroꝝ successiue creuit p augmē/tum mēbroꝝ. ⁊ confortabat in vigore corporis. Nam licet potuisset ex ipso vtero immēsuram cōplete etatis ⁊ pfecti roboris ꝓdire ꝑm corpus sicut in vtero fuit format⁹ in instanti nō succes/siue. tñ sic nō voluit eē. ne crederet fantasma esse ⁊ nō verū corp⁹ qō sic subito ꝓdiret ex vtero taz

magnū. Uñ nō ſempet in oībus miracula face re volebat. ſz etiā legi naturali fragilitatis hūa/ ne ſubiici voluit. ꝓter ꝙz ī his que ſūt culpe. Uñ ſic dicit leo papa in ſmone de epiph. Sicut fide lia erāt teſtimonia q ipm dei filiū arguebant ita pbatiſſimū eē debebat ipm veraz noſtre car nis ſuſcepiſſe naturā. Jō ſibi nihil de puerilibus cōdicioībus deficere debuit. ſed in oībus talib⁹ debuit aſſiſtari fratrib⁹ Heb. ij. Ne vero ꝙs ima ginet ita eū creuiſſe ſm aiam ſicut creuit ſm cor pus. Ideo ſubdit q erat plenus ſapiētia quā/ tum ad pfectionem intellectus ⁊ grā dei erat ī illo quātū ad plenitudinem affectus Nota ſm Bedā q quia in chriſto habitat oīs plenitu do diuinitatis corpaliter. Jō puer ille erat plen⁹ ſapiētia. Nec ſm hoc indiguit augeri nec cōfor tari vtpote verbū dei et deus. Sed inquātū fuit hō erat in eo gratia. Magna emz grā illi homi/ ni chriſto donata eſt. vt exꝙ homo fieri cepiſſet perfectus eēt et deus. Et nota q ſm doctores tri pler gratia ponit in chriſto ſcz grā vnionis que aiam chriſti diſponit ad vnionem. De qua iam dixit Beda. Grā ſingularis pſone que aiaz illā aſſiſtat deo faciēs eam deiformez. Et grā capitis qua chriſtus caput eccleſie influit in mēbra. Et quelibet iſtarū eſt gratia creata. Sed an hec tri pler gratia ꝛmporꝛet vnū et eūdē habitū ſola ra tione differentē. vel ſint plures et diuerſi habit⁹ nō eſt pūtus ſpeculatiōis. Utrū aūt aliꝙ modo poſſit dici chriſtus creuiſſe in ſapiētia et gratia. dicēt in euāgelio dñice ſequētis ſcilicet ifra octa uam epiphanie.

Sermo de eodem LXXXIIII

Puer autem creſce bat ⁊ cōfortabat Quia in rebus humanis nihil adeo eſt pfe/ ctum q̄n plus poſſit pfici. Uñ Hie rony. in quadā epla aut Hec eſt ī boībus ſola pfectio pfectio ſue impfectiōis. Cui cōcordat qđ dicit btūs Aug⁹. Hec ſūma pfectio chriſtiane re ligionis eſt vt quātū cūqz hō in hac vita pficiat ſemp ſibi putet ſupeſſe qđ querat. Cui⁹ ratio eſt Quia ſtatus pūtis vite non eſt niſi quedaz via qua ad patriā pgimus ſm Greg. ſed via nunq̄z pficit niſi adepto termino. quare ꝛc. Hinc ē q to tus decurſus pūtis vite eſt in creſcendo. Uñ ꝓ ꝛpe oīs cremēti auctor qui ſolus pfect⁹ ē creſce re voluit corpaliter vt nos creſceremus ſpūalit. Et hoc eſt q dr. Puer aūt creſcebat Uiſū eſt aūt ſupra in ſermone ſecūde miſſe natiuitatis q̄ liter verbū naſcat in mente. Nūc vero videndū qualiter creſcat. Creſcit quidē verbū eternū na/ tum in mente quotidie nec vnq̄z hmōi cremen/ tum cōſūmabit niſi in patria. Dicit aūt verbuz in nobis creſcere ꝓ quātο nos in eo creſcim⁹ et pficimus. Sciēdū igit q ſm triplicē ſtatum tripliciter debet hō creſcere. Aliter emz creſcere habēt incipiētes. Aliter pficiētes et aliter pfecti. Et iſte triplex ſtatus innuit in trib⁹ verbis pro themate ppoſitis. Nam ſtatus incipientiū no/ tat in eo q dicit puer ppter puerilis ipfectiōis ruditatem. Status pficiētiū notat in eo q dicit creſcebat ppter virtualis crementi continui tatem. Sed ſtatus pfectorum deſignat in eo q addit cōfortabat ppter ſpūalis roboris vigo/ roſitatem. ✦ Et nota q licet creſcere ⁊ pficere ſo lum videat cōpetere pficiētib⁹. cōuenit tñ cuili/ bet ſtatui. Uñ dicit Caſſ. ſup illud ps. Perfice/ greſſus meos. Nemo incipit vt ſtet. ſz ad hoc ī cipit qui incipit vt pficiat amplius. Nemo pfi/ cit vt ſtet ſz ad ꝫ pficit vt pficiat. Adhuc nemo p ficit vt ſtet ſed ad hoc pficit q̄ pficit vt amplius pficiat. In quolibet ergo ſtatu oportet creſcere.

Debēt aūt incipientes creſcere triplicit videlicet in ſimplicitate doctrine. In ſedulitate obediētie. Et in auſteritate vite. Primo inquā in ſimplicitate doctrine. Cū enī incipientes ſint adhuc rudes. indigent ab aliis erudiri et in via dei dirigi quā ignorāt. Et iō ꝓmus pfectus inci pientium eſt in audiēdo verbū dei. Quia vt dic Gre. in omel. Uia dñi ad cor dirigit. cū vitatis ſmo humiliter audit. Nec cōpetit eis doctrina quecūqz. ſed ſimplex et cōmunis ſm cōuenien/ tiam capacitatis eoꝝ. Uñ aplus loquēs talib⁹ incipientib⁹ et nouiter conuerſis. j. Cor. iij. dicit Tāq̄z puulis in chriſto lac vobis potū dedi nō eſcam. Et ad Heb. v. Facti eſtis quib⁹ lacte op⁹ ſit nō ſolido cibo. Per lac intelligit ſimplex do/ ctrina tracta ab vbere matris eccleſie. q̄ ppor/ cionat incipiētibus ꝛ ipfectis. q̄ tali lacte multuz pficiūt atqz creſcunt. Quib⁹ dr. j. Pet. ij. Quaſi mō genīti infantes ꝛc. lac cōcupiſcite vt in eo cre ſcatis in ſalutē. Secundo in ſedulitate obediētie. Quid enī pdeſſet verbū dei audire. ſi verbo nō velis obedire. Uñ Bern. Auris bona eſt q̄ libenter audit vtilia. prudēter diſcernit au/ dita. ⁊ obediēter opat intellecta. Sic fecit paul⁹ qui ſtatim vt cōuerſus ē dixit. Dñe quid me vis facere Act. ix. Unde Origenes. Fateor me nūq̄z tātū defeciſſe caſu pctōꝝ quātū pfecti obediētia cōuerſoꝝ. Uñ cōſulit ſapiēs Ecc. ij. Fili accedēs ad ſeruitutē dei. Inclina aurē tuā et ſuſcipe ver ba intellect⁹. Et ſeqt. Ut creſcat in nouiſſimo vi ta tua. Tertio in auſteritate vite. Licet enī incipiētes in pncipio ſint teneres ⁊ molles

ppter qđ eis lacte opꝰ ẽ. tã quo ad doctrinaz q̃z quo ad obseruãtiã. debẽt tñ successiue crescere ⁊ opibus mãdatoꝝ dei. ⁊ durioribus et austerioribus exercicijs insistere vt estũ praue cõcupiscẽtie valeant cunare. Qua sicut dicit Cassi. in epistola. Natura bũana sicut duris laboribꝰ ĩstruitur. ita pocia torpẽtia fatuaẽ. Et pcipue ꝫ est in incipiẽtibus ppter pnitatẽ poris cõsuetudinis quãtũ ad cõuersos. Vel ppter vehementiã passionũ ⁊ inexperientiaz cautele quãtũ ad iuuenes innocẽtes. Exemplũ .iij. Reg. iij. De filio mulieris sunamitis de quo legiẽ. Creuit puer. ⁊ cum quadã die egressus eẽt ad messores dixit Caput meũ doleo. Et ductus ad matrẽ in sinu matris mortuꝰ ẽ. Sunamitis interp̃tat captiua. Et significat aiam a diabolo captiuã vinculis peccatorum. Huꝰ filius ẽ ipamet aia vt noiter cõuersa. Que cũ in statu incipiẽtiũ durioribus exercitijs crescere debeat. Si qñ ab hmõi exercitio torpẽs ⁊ ociosa tpe estus a seipa ad mundi oblectamẽta egrediat. feruore cõcupiẽ plerũq; pcussa. caput rõnis dolere incipit. Et sic reuersa ad matrẽ. i. ad pstinã peti captiuitatez. de qua extracta fuerat. in eius sinu voluptuose ꝺelcẽs moritur. Et hoc ẽ qđ dicit Beñ. q̃ mollicies ⁊ torpor bonoꝝ operꝝ. q̃ accidia dicit. est sentina oĩm malarũ cogitationũ et tẽptationũ. Vñ poeta. Querit egistus quare sit factus adulẽ. In pmptu cã est desidiosus erat. Ex ecõtra legit̃ de dauid. ij. Reg. iij. Qđ ibat pficiẽs ⁊ sp seipo robustior fiebat.

Subsermo primus. LXXXV

Super est videre. scdo quo verbum eternũ crescere habeat in pficiẽtibus vel qualit̃ ipi pficiẽtes pficiãt in verbo. Nam deipis apprime ꝺr̃istud. ps. Ibũt de vtute in virtutẽ. Debent aũt crescere tripliciter videlicet in operꝝ misericordie sedula exercitatiõe erga primũ. In tẽptationũ vigili reluctatiõe quo ad seipm. In aduersorũ libenti ppessiõe ppter deũ. Primo iquaz debẽt crescere in operꝝ misericordie sedula exercitatione erga primũ. Ad qđ hortat aplus Eph. iij. Veritatẽ faciẽtes in caritate crescamꝰ. id est in opibus caritatis. Et aduerte q̃ differt ille modus virtuose exercitatiõis a pcedenti incipiẽtium modo tertio. Nã incipiẽtes in qñãtũ hmõi habẽt exercitia opposita. siue ad satisfaciẽdũ ꝺ peccatis. siue ad repmendas cõcupiscẽtias prauas. Ex pficientes insistũt opibus bonis ⁊ vtuosis ppter vtutẽ in se ⁊ vt p ea tendũt ad pfectionez. Sic creuit scũs iob. ꝺ. Ab infantia mea creuit mecũ miseratio Job. xxxj. Quasi diceret. Sicut in etate in memetipso sic creui in virtute misericordie erga primũ. Ex beu qđã nõ sic sed oppposito crescũt de virtute in viciũ. Sicut q̃ in iuuentute sunt benigni ⁊ mites vt agni. postea efficiũtur feroces vt lupi. Prius fuerũt misericordes dando sua. postea crescẽtes vel verius decrescẽtes fiunt crudeles et rapiũt aliena. Isti crescunt sicut spina q̃ in pncipio est mollis nõ valẽs pungere. Ex quãto magis crescit tãto ꝺurescit amplius ⁊ pungit crudelius. Sic isti. Boni aũt pficientes crescũt sicut oliua cuiꝰ cortices fructus ⁊ folia oĩa sunt medicinalia. Sic bonus pficiẽs in oĩ qđ dicit aut agit fructificat opa misericordie. ⁊ redolet odorameta virtutum. vt possit dicere illud ps. Ego aũt sicut oliua fructifera in domo dei. Sic crescebat ysaac de quo legiẽ Geñ. xxj. Creuit puer et ablactatus est. fecitq; abraam grande conuiuiũ in die ablactatiõis eius. Ysaac interp̃tat gaudium dñi vel risus. Et significat gaudiũ mẽtale pficiẽtium qđ habent in exercitio virtutum. Cũ enĩ isti ex habitu operẽt opa virtuosa. cõstat q̃ in omni actu virtutis habẽt delectatiõez et risum mẽtalẽ. Vñ ex cõfluẽtia hmõi actuũ ⁊ habituũ virtuosoꝝ fit grande cõuiuiũ in mente. Ex qua delectatiõe et gaudio seu risu mentali. oĩa opa quecũq; alias sint difficilia. eis reddũntur facilia ⁊ gaudiosa. Tale aũt cõuiuiuz tũc ꝺemũ habet locũ postq̃z puer fuerit ablactatꝰ. i. postq̃z bõ pmũ statũ sez incipiẽtiũ supgressus ⁊ a lacte molliciei auulsus solido cibo. id est opibꝰ arduis et difficilibus fuerit deditus ⁊ in eis habituatus. Vñ et ꝺe eo ꝺẽ isaac subdit. c. xxvj. Ibat pficiẽs atq; succrescẽs donec magnꝰ vehementer effectꝰ est. Secũdo debẽt pficiẽtes crescere in tẽptationũ vigili reluctatiõe quo ad seipm ⁊ cõtra diabolũ. Proficientes enĩ debẽt eẽ multum vigiles cõtra impugnationẽ diaboli q̃ipi eum plus torquẽt ⁊ cruciãt. Quod sic patet. Cuz enĩ bona opa in caritate facta a tota spẽ aduersentꝰ diabolo ppter eius obstinationem in malo. cõstat q̃ quãto plus homo bona opa multiplicat tãto amplius diabolũ impugnat. imo qõlibet bonũ opus est q̃si quedã tela que cor diaboli pforat et trãsfigit. Qđ signatũ est in ismaele de q̃ legit̃ Geñ. xxj. Creuit puer et factꝰ est sagittarius. Eo enim ipo q̃ quis in virtutũ exercitio constituit. sagittarius cõtra diabolum efficit̃. ⁊ quãto plura opa ex caritate elicit. tãto plura iacula in cor diaboli trãsmittit. Et iõ oportet pficientem omni hora eẽ valde vigilem ⁊ circũspectũ ne ipe diabolus iacula sue temptatiõis in euz dirigat ⁊ sic eum circũueniendo pternat. Naz vt dicat

Greg. xxiiij. moral. Hostis noster q̃nto magis nos sibi rebellare cõspicit. tanto amplius expugnare cõtẽdit. Eos enĩ pulsare negligit qs quieto iure se possidere sentit. Quia ergo pficientes plus hosti rebellant. imoeum plus ledũt atq; torquent vt dictum est. Ideo ipe eos seuerius infestat. Et quia crescẽte inimicicia. crescere debz vigilantia et cautela. Jõ isti maxime cauere sibi debent ab insidijs diaboli. Sicut btũs petrus hortat. j. Pet. v. Sobrij estote et vigilate. q; aduersarius vester diabol⁹ tanq̃z leo rugiẽs circuit q̃rens quem deuoret cui resistite fortes in fide. Tertio debẽt pficientes crescere ĩ aduersitate libenti ppessione ppter deum. Sicut enim dicit Greg. vj. moral. Electorũ desideria dũ premunt aduersitate pficiunt. Sicut ignis flatu p̃mittit vt crescat. q; vnde quasi extingui cernitur inde roborat. Exemplũ b⁹ ẽ in filijs israel q̃ q̃nto magis oppimebant ab egyptijs tãto magis multiplicabant et crescebãt. vt legit Exo. j. Vñ Cant. ij. Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Spine vẽto agitate pũgunt lilium. Sic sm glo. Mali dũ a flatu diabolico mouent pũgũt bonos. Vñ patet q; psecutio qua mali psequũt bonos est diabolica. Adhoc enĩ diabol⁹ eorum manũ mouet q; linguã. Sed sicut lilium inter spinas crescẽs licet sepe pungat a spinis flatu vẽti vt dictũ est. tñ vt dicit glo. cãdorẽ suum retinet et maiorẽ effũdit odorẽ. Sic boni quãuis pũgantur a malis. tñ ex hoc candidi efficiunt̃ q; eo maiorẽ odorẽ scẽ cõuersatiõis et bone fame diffundunt. Vñ Bern. sup Cant. sermõe. xlix. alloq̃ns fidelẽ aiam sic ait. O candẽs lilium. O tener et delicate flos. incredule et subuersores sunt tecum. Vide qõ caute ambules inter spinas. Plen⁹ est mũdus spinis. in terra siũt. in aere sunt. ĩ carne tua sunt. Versari in his et minime ledi diuĩe potẽtie est non virtutis tue. Sed confidite inq̃t quia ego vici mundum ꝛc.

Subsermo secundus LXXXVI

Per autem crescebat. Viso qõ verbũ eternũ mẽtaliter natũ crescit in incipientibus q; proficientibus. Restat nũc videre qõ crescat in perfectis. Ostensũ est aũt supra q; ptus verbi mentalis pficit in glorie pgustatiõe. Ita q; q̃ mens verbigena pgustationẽ glie adept⁹ fuerit tũc dicit verbũ eternũ pepisse. Et quia q̃quid mens in hac vita de diuina dulcedine pgustare potuit. modicũ vel nihil est in cõparatione illius suauitatis glorie. Jõ oportet ptũ illũ tanq̃z puerulũ adhuc crescere vsq; ad pfectionez glorie. sicut et pt⁹ verbi sm carnẽ crescebat corporaliter vsq; ad pfectionem etatis. Crescit aũt verbũ natũ in mẽte ẏbigena tripliciter videlicz. Ad modus granigerminãtis quod crescit in arborem consũmate pfectiõis. Ad modũ lucis radiantis q̃ crescit in meridie clare visiõis. Ad modũ fontis salientis q̃ crescit in fluuiũ plene fruitiõis. Primo inquã verbũ eternũ crescit ad modus granigerminantis. Ad qd̃ accedit illud qd̃ dicit Luc. xiij. vbi sic dicit saluator. Cui simile est regnũ dei. Simile ẽ grano sinapis. qd̃ acceptũ bõ misit in ortũ suũ q; creuit q; factũ est in arborem magnã q; volucres celi requeuerũt in ramis eius. Bũ regnũ dei qd̃ incipit intra nos pp̃gustationem glorie in partu ẏbi. assimilat̃ grano sinapis. Quod quidẽ est puũ et bũle. Qr nõ nisi in pua et bũli mente nasci dignat̃. Qr etiã modice hic in pgustatione attingit̃. q; vir in pũcto sm beatũ Augustinũ cõfeß. Sed idem granũ est valde magnũ ĩ efficacia q; virtute. Qd̃ apparet si teratur. Sic mens verbigena sm Ambr. si atteratur aduersis. gratiaz sue virtutis effũdit. Qr sm Gre. Virtus que latet in psperis patet in aduersis. Nam q; sic ẏbũ in carne natũ puũ quidẽ fuit q; humile. Mat. xj. Discite a me quia mitis sum q; humilis corde. Sed attritum in passione vim sue virtutis effudit qua nos redemit. Et extunc in resurrectione q; ascensione virtutem diuinitatis ostendit. Unde dicit Ambr. Qr christus fuit granum in passione. at vbi resurrexit et ascẽdit factus est arbor. Istud nãq; granum id est verbuz eternum acceptum q; missum in ortum fidelis aĩe id ẽ in mẽtem fecũdam. De quo ortu dicit Cant. iiij. Hortus cõclusus ꝛc. Crescit non quidem in se sed menti p quãto mentem in hmõi pgustatiõe sui crescere facit Col. j. Verbũ dei fructificat q; crescit. Ubi dicit glo. Nemo est ita perfect⁹ qui nõ amplius crescere possit. Sed qũo q; unquid crescit. crescit ĩ quam in arborem cõsummate pfectionis. Perfectio enĩ mentis in hac vita est ex pte que cõsummatur in gloria. Unde gloria dicit gratia cõsummata. Et hoc est q; dicit. q; granum sinapis crescit in arborem magnã. Hec arbor est consũmata pfectio fidelis anime quam cõsequi non põt in hac vita. consequet̃ autem eam in patria. Ubi mens fructu diuine dulcedinis hic plenitudine et ex parte pregustato pfecte et pleno gustu perfruetur. Et qõ hic pregustauit in spe. ibi tenebit in re. Huius arboris fructum degustauit illa beata sponsa Cant. secundo. Sicut malus. Et ifra. Fructus illius dulcis gutturi meo. Quod sm vnã expositioñ intelligit̃ de fructu

celestis pmij. Uñ glo. dicit ibi. Postq̃z vmbra eius pterit me. scz i gratia. fructu ei⁹ saturata sũ id est celesti dulcedine in gloria. Et bñ hec arbor dr magna quia attingit vsqz ad celũ. Uñ subdit̃ q volucres celi req̃euerũt in ramis ei⁹. Rami hui⁹ arboris sunt distinctiões mansionum quia multe sũt in illa celesti gloria Job. xxij. In quib⁹ ramis requiescũt volucres celi. id est celestes spũs. s. angeli et aie beate cãtantes z deũ iugiter laudãtes. d. Alleluia Apoc. xix. De hac arbore põt intelligi illud quod dicit Dañ. iij. Videbã et ecce arbor in medio terre. z pceritas ei⁹ cõtingens celum. folia eius pulcerrima et fructus eius nimius et esca vniuersor in ea. Subter ea habitabãt bestie z i ramis quersabant volucres celi. Singule cõditiões pdicte optime cõueniunt arbori nostre. de qua sermo. z patẽt

¶ Secũdo verbũ natũ in mente crescit ad modum lucis radiãtis. Lux enĩ crescit ab impfecto ad pfectuz. Incipit enĩ in aurora et semp crescit vsqz ad meridiem. Sic hic. Uñ Prouerb. iij. Justorũ semita quasi lux splendẽs pcedit et crescit vsqz ad pfectã diem. Ubi sciendu z q hec pfectio cõceptionis z ptus verbi in mente. nõ ẽ via vel strata cõmunis hominũ mũdanor. Sed est quedã semita p quã ppauci id ẽ soli pfecti graduunt̃. Mat. vij. Arta est via que ducit ad vitaz z pauci inuenĩũt eam. Et hoc maxime est verũ de via pfectiõis. q iõ semita dr ppter cõpendiuz singularis pfectiõis. Hec aũt semita dr eẽ quasi lux splendẽs. qz claritas diuina circũfulget mentem ambulantem in huiusmodi semita vt dictũ est supra in sermone scõde misse natiuitatis. Nec tamẽ vnq̃z hec semita pficiet̃ nisi in termino q ẽ in patria. Sicut z lux splendẽs hic in mente z eã circũfulgẽs nõ est pfecta sed sp pcedit et crescit vsqz ad pfectum diẽ. i. vsqz ad meridiem clare visionis in patria. ij. Pet. iij. Crescite i gratia z cognitione dñi nostri iesu christi z saluatoris iesu christi. Ipsi gloria et nũc et in diem eternitatis. Ad hunc meridiem pcessit Abraã de quo legit Genẽ. xij. Prorexit abraã vadẽs z vltra pgrediens ad meridiem. Abraam interptat̃ pat̃ multitudinis. vel pater vidẽs multitudinem Et significat deũ patrẽ q gignendo verbuz in mente est origo totius multitudinis pfectionũ. Et pstum illius multitudinis de qua dicit ps. Quam magna multitudo dulcedinis tue. quã ab. ti. te. Nã in illius dulcedinis pgustatiõe nascit̃ verbum. qđ semp crescit in eum sdẽ dulcedinis multitudine in infinitũ donec plene mens gustet dulcedinem glorie. Quia oĩs dulcedo hic pgustata q̃n tũcũq̃z multiplicet̃ in infinituz. nũq̃z tñ adequabit dulcedinem glorie. sicut punctus p q̃cũq̃z crementũ nũq̃z attinget pfectionem linee. Et h̃ est q dicit̃. Q, abraam perrexit vadẽs z vltra pgrediens ad meridiem. Et hoc maximuz z infinitum crementũ p̃dixit ei dñs Genẽ. xvij. d. Esto perfectus z faciam te crescere vehementissime. Ad hũc meridiem clare visiõis aspirabat sponsa. d. Cant. j. Indica mihi quẽ diligit aĩa mea. vbi pascas. vbi cubes in meridie. Uerbũ enĩ eternum qđ est dilect⁹ aĩe in illa beatitudiẽ pascit electos suos. vultus sui iocũditate. z cubat in eis eterne quietis sacietate. Et hoc in meridie. id est. in beate visionis claritate.

¶ Tertio verbũ mẽtaliter natum crescit ad modũ fontis salientis qui crescit in fluuiũ plene fruitionis. Uñ Hester. x. Fons puus creuit in fluuiũ magnũ. Iste fons ẽ verbum natũ in mente qđ est puũ quidẽ mole sicut z fuit puulus natus in carne. Paruũ etiã quia pua est illa pgustatio respectu glorie vt dictum est. Dz iste quãuis puul⁹ in pncipio. paulatim tñ scaturiendo crescit in fluuiũ magnum id est in plenitudinẽ fruitiõis. que quidẽ fruitio importat sacietatẽ et repletionẽ oũm desideriorũ Fruimur enĩ cognitis in q̃bus volũtas ipis et ppter seipsa delectata q̃escit. Uñ dicit btus Augu. In hac enĩ vita gustare quidẽ possumus de fonte. sed semp magis ac magis sitim⁹ Dz in vita btã bibem⁹ de fluuio z ibi amplius nõ sitiem⁹ Uñ Joh. iij. Qui biberit ex aqua. s. grãz quam ego dabo ei. scz in vita futura. nõ sitiet in eternũ. Et oñdit modũ q̃o dabit illã aquã Q, pmo faciet in mẽte fontẽ z ille saliẽdo crescit in fluuiuz. Et h̃ẽ qđ subdit. Dz aqua quã ego dabo ei fiet in eo fons aque saliẽtis in vitã etnã. Et q de illo fluuio biberit nõ sitiet in etnũ. Qualit̃ aũt oĩa dsideria btorũ ibi replebunt̃ pulcre oñdit btus Hiero. in qđã reuelatiõe ad beatũ Aug̃. Cũ enĩ btus Aug⁹. sic ipe narrat in qđã epla ad Cirillũ. qđã die incepisset scribere epl̃az Hiero. destinãdã. q rẽdo ab eo qđ ipe d gl̃ia beatorum senturet. Ecce subito eidẽ scribẽti aĩa eius dez sci Hiero. q eadẽ hora felicit̃ euolauerat. cũ magna claritate et mira odorus fragrãtia appuit narrãs ei d suo felici trãsitu. Aq̃ cũ idẽ btus Aug̃. int̃ cetera peteret se ĩformari d gl̃ia btorz. Rñ. Hiero. Unũ Augustine noueris q scorz aiẽ i illa etna gl̃ia ĩdo sũt solidate z firmate q nl̃la sibi ĩest alia volũtas nisi dei. qz nihil aliud velle pñt nisi q de⁹ vult. Jõ q volũt obtinere pñt. Et enĩ quecũq̃z volũt de⁹ vult z adipl̃et Nemo q̃pe nostrz mimis suis fraudat̃ desiderijs qz nihil pter deũ aliqs nostrz mime optat. Quoniã vo sp vt volum⁹ deũ habem⁹. nrã sp dsideria sũt plenissime adipleta Hec Hiero.

Et scribit btũs Aug⁹ in epla ad Carilluz. Propt quã reuelationẽ btũs Aug⁹. potuit cõuenienter dicere illud Apoc. xxij. Ostẽdit mihi fluuiuz aq̃ uiue. id est plenitudinẽ glorie beatoz. Et signanter dicit. Ostẽdit mihi fluuiũ. nõ ait potauit me fluuio. Nõdũ enĩ adhuc btũs Aug⁹. de illo fluuio potauerat sicut Hiero. Sed tãtuz de fonte pgustauerat. Propter qõ exarserat ad scribendum de hoc epl'am cupiẽs plenius haurire ill' fonte. De illo felici cremẽto verbi in mẽte pt exponi illud qõ legitur. j. Reg. ij. Creuit puer samuel & dñs erat cũ eo. & nõ cecidit ex omnibus verbis ei⁹ sup terrã. Samuel interpꝛtat exaudi/tio dei. & significat mentẽ verbi genam quã deus exaudit in omnibus suis desideriis postq̃z ill' fluuio pdicto pgustauerit. Unde bene de ea dicit. q̃ deus erat cum ea & non cecidit ex omnib⁹ verbis eius sup terram. Quod cõcordat illi qõ dicit ps. Desiderium aĩe ei⁹ tribuisti ei. & voluntate labioꝛum eius non fraudasti eum. Unde dicit beatus Aug⁹. xiij. de trinitate. Ca. vij. Tunc erit vere quod nunc eẽ nullo mõ põt. vt sic viuat hõ quo vult. Nõ enĩ volet male viuere in illa felicitate aut volet aliquid quod deerit. aut deerit qõ voluerit. Quidq̃d amabit aderit. nec desiderabit quod nõ aderit. Omne enĩ quod ibi erit bonum erit. & summus deus & summũ bonum ibi erit. atq̃z ad fruẽdũ amãtibus psto erit. & quod ẽ omnino beatissimũ ita semp foꝛe certũ erit. Hec Aug⁹. Et sic appet quomõ puer ihesus id est verbum natum in mente crescat pfectoꝛum. quantum ad triplicem crescendi modum pdictoꝛuz. Que simul pstringit Anſ. in psol. sic dicẽs. Oro deus vt cognoscam te. amem te. vt gaudeaz de te. Et si non possum in hac vita ad plenum. vel pficiam in dies vsq̃z dum veniat istd ad plenuz proficiat hic in me noticia tua et ibi fiet plena. Crescat amoꝛ tu⁹ hic et ibi sit plenus. vt hic gaudium meum in spe sit magnũ. et ibi sit in repleũ. Dõ nobis pstare dignet ꝛc.

Expositio euangelij in die circũcisionis domini. LXXXVII

Postquã consũmati sũt dies octo. vt circũcideretur puer. vocatum est nomen ei⁹ ies⁹. Quod vocatuz est ab angelo priusquaz in vtero conciperetur.

Solent in nouo anno munuscula dari. Maioꝛes quidã dant minoꝛib⁹. minoꝛes maioꝛibus nihil tribuũt. sed ad eos ptinet annũciare annũ nouũ. Sic saluatoꝛ noster in carne natus quãuis adhuc puul⁹ et pauperrim⁹ hodie suis fidelibus tribuere dignat⁹ est de nobiliori thesauro suo quẽ in mũdo habuit. mun⁹ vniq̃z acceptabile et gratuitũ videlicet sanguinẽ suuz pciosũ quẽ ipe p nobis in circũcisiõe effudit vt pñs euangelium atteſtat. In quo quidem euãgelio breui quidẽ in lrã sed grandi i sentẽtia ponunt tria maxima mirabilia a seculis inaudita que nobis puer ihesus hodie p nouo anno exeꝛnare dignatus est. Nam ille qui est eternus et interminabilis & nullo tpe claudit hodie octo dierum esse descriptus. Item ille q̃ est ipassibilis & indiminuibilis quia patri ꝙ substãtialis hodie patit diminuit & circũcidit. Itẽ tertio ille q̃ ẽ ineffabilis & a cui⁹ narratiõe deficiunt lingue hodie noiat & nomen ei imponit. Et hec tria tãgũntur in pñti euangelio. Primo enĩ describit verbi eterni circũscriptio tpalis. cuz dicit. Postq̃z cõsũmati sũt dies octo. Secũdo tangit ei⁹ circũcisio coꝛpalis cuz dicit. [vt circũcideret puer] Tertio ponit eius noiatio vocalis cũ subditur. [vocatum ẽ nomen eius ihesus ꝛc] Be primo est sciendũ. q̃ ad lrãm puer iste hodie fuit octo dieꝛz a die natiuitatis sue. Hac enĩ etate infãtes circũcidebant ꝑm legem. Unde Geñ. xvij. Infãs octo dierum circũcidet in vobis. Nñ ei octauũ diem nõ fiebat. ne eẽt piculũ ꝓpter teneritudinẽ carnis. nec differebat vlteri⁹ nisi eẽt a casu. quoniam doloꝛ nimi⁹ fuisset ꝓpter coꝛpis infirmitatem. Semp ergo fiebat octaua die natiuitatis infantis. etiã si illa die eẽt sabbatũ vt dicit Joh. vij

Moraliter pistos octo dies itelligunt octo spũales illuminatiões quas opoꝛtet precedere circũcisionem spũalem in quolibet truũ statuũ. Incipientiũ. pficientiũ & pfectoꝛum & sic octauo die circũcisio celebꝛat in anima vt habes infra in sermone. Deinde tangitur infantis circumcisio coꝛpoꝛalis cum subditur [vt circumcideret puer] B Nota q̃ ꝑm Isido. xj. thymo. ca. ij. Sex sũt etates hoĩs. Prima etas est infantia que ẽ nascẽtis boĩs ad lucẽ & poꝛrigit i septẽ annos. Et dꝛ infans quia tunc fari non põt. i. loq̃ dẽtib⁹ nõdũ bñ oꝛdiatis. Secda ẽ puericia. i. pura & nõdũ ad generãdũ apta tẽdẽs a septẽnio vsq̃z ad. xxij. ãnũ. Tertia ẽ adolescẽtia q̃ poꝛrigit vsq̃z ad. xxvij. ãnos dicta adolescẽtia ad gignendũ adulta vl' q̃a adolet. Quarta ẽ iuuẽtus firmissima' etatũ oĩm. finiẽs i. l. ãno dicta a iuuãdo eo q̃ iuuare pt i ea q̃lq̃z se & alios. Quĩta ẽ senioꝛis. id est' grauitas que est declinatio iuuentutis in senectutem nõdum senectus sz iã nõ iuuẽt⁹. q̃ etas a qñgesimo ãno icipiẽs i septuagesimo ãno terminat. Sexta est senectus que nul

lo annoꝝ tpe determinato finiꝝ. Et postillas q̄n qꝫ etates quātūcūqꝫ vite est senectuti deputaꝝ. Senium aūt ps ē vltima senectutis. dicta q̄ litterminus sexte etatis. Cum igit infans iste non esset nisi octo dierum. tñ euāgelista appellat euꝫ puerū et hoc ppter eius puritatem. Idur⁹ enim fuit coꝛpe quia ex purissimis virginis sanguinibus cōceptus et natus fuit. Purus etiā in aīa quia sine pctō originali et actuali fuit. Dixit et poti⁹ euāgelista puerq̄ infans. q̄ ifās sonat in īpfectionē. puer aūt sonat in virtutem. Sic etiaꝫ Esa. dixit. Puer natus ē nobis Esa. ix.

simi,et nouissimi primi.Et hanc sententiã cõfirmare volens proposuit hãc parabolã. Proponitur autẽ hic duplex sententia que trahit ex hac parabola. Prima est q illi qui fuerunt in vinea ecclesie priores ad laborẽ. in remuneratiõe erunt posteriores. Unde dicit. Sic erũt nouissimi primi ꝛc Quod exponit Uno modo mystice de iudeis et gentibus ꝑm Remigiũ et Origenem. Prius enim fuerunt vocati iudei ad fidem q̃z gentiles.et tamen prius saluãtur gẽtiles q̃z iudei. Et sic iudei de capite vertunt in caudaz nos autẽ de cauda mutamur in caput. Alio modo compando inter maiores et minores sãctos ꝑm eundez remigiũ. Sancti enĩ apostoli nouissimi videbãtur sed relinquendo omnia per humilitatis gratiã facti sunt primi. Sunt etiã plurimi qui post studia bonorũ operũ a bonis operibus deficiunt. Et cum fuerint primi fiunt nouissimi propter culpã. Tertio modo ꝑm Chrysostomũ. vt sit compatio inter senes et iuniores Composita est enĩ hec parabola sicut dicit Chrysostom⁹. vt eos audiotores faceret qui in vltima senectute cõuertunt. ne existimaret se min⁹ aliquid habituros. Quarto ꝑm Origenẽ. vt sit cõparatio inter homines ⁊ angelos. Multi enim hominũ qui a natura nouissimi sunt. efficiũtur per vitã angelicã quibus dã angelis superiores. Et quidã angeli qui fuerunt primi facti sunt nouissimi propter culpã Quinto modo ꝑm Chrysostomũ. vt tollatur omis compatio. Nazideo dicit primos nouissimos futuros.⁊ nouissimos primos. non vt nouissimi digniores sint q̃z primi.sed vt coequentur ⁊ nulla sit inter eos differẽtia temꝑis causa B Secunda sententia additur hic metuẽda valde. Multi enim sũt vocati pauci vero electi Quod ꝑm Chrysostomũ nõ ad superiores sanctos ptinet sed pertinet ad gentes.quoniã ex ipsis gentib⁹ qui multi vocati sunt .pauci sunt eligendi . Unde nota q de omi natione mundi nõ sunt electi nisi christiani. qui pauci sunt respectu alioruz. Sed nec christiani omnes saluãtur. Quia vt dicit Greg⁹. Ad fidẽ plures veniũt.sed ad celeste regnũ pauci perducuntur.pleriq̃z enĩ deũ vocibus sequũtur.moribus fugiunt. Unde dicit saluator Matthei.vij Nõ omis qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnũ celoꝝ.sed qui fecerit volũtatẽ pa.m.ꝛc Boni ergo illi christiani saluabũtur qui christianitatis nomẽ opibus cõprobant.qui quia pauci sunt.benedicit Esaias dño. Esa.ix. Multiplicasti gentẽ sed non magnificasti letitiã C Et nota q ex hac sententia ꝑm Gregoriũ duo pensare debemus. Primũ est vt de se quisq̃z minime ꝑsumat. Quia et si iã ad fidem vocat⁹ est. vtruz ad regnum eligend⁹ sit nescit. Secundũ est vt vn⁹ quisq̃z proximũ suũ quẽ iacere in vicijs cõspicit desperare nõ audeat.q̃ diuine misericordie diuitias ignorat

Sermo de eadem dominica CXXXVI

Simile est regnum celorum homini patrifamilias. qui exijt primo mane cõducere operarios in vineam suam Verba ista spiritualiter exponẽdo dicere possumus q per regnũ celoꝝ intelligitur in hoc loco fidelis anima.que ad similitudinem patrisfamilias preesse habet familie i regno anime. Hec horas distinctis ꝑm correspondentiã sex etatum spiritualiũ . nõ annis sed proiectibus distinctaz egredit. nõ passib⁹ corporalibus ꝛ affectib⁹ spũalibus. Exit aũt conducere operarios in vineaz suã. Vinea aie est ipsa mens diuinoꝝ charismatũ fruge fecunda. que vt producat vnũ ꝓ templatiõis ⁊ dulcedinis interne. diligẽter est colẽda p operarios.i.p sensus interiores ⁊ exteriores ⁊ vires aie vniuersaliter omnes quas tũc aia velut ad opandũ cõducit.q̃ ꝓposita sibi spe mercedis eterne eas ad opationũ suarum exercitiũ incitat ⁊ inducit. Et ꝑm hũc sensum in verbis ꝑmissis tria denotant Primuz ẽ fidelis anime indita cõditio generosa Secũdũ est ipsius in spũalibus ꝓfectib⁹ ꝓuectio gratiosa. Tertiũ est vniuersarũ virium anime in suas opationes ꝓcitatio seu incitatio fructuosa Primum innuit in regni celoꝝ mystica assimulatione cũ ꝑmittit. Simile est regnũ celoꝝ homini patrifamilias Secundũ notat in horaz distincta descriptiõe cũ dicit. primo mane Deinde circa horã tertiã sextã nonã ⁊ vndecimam Tertiũ signat in operioꝝ in vineã typica ꝓductione cũ subiũgit Exijt ꝓducere operarios i vineã suã Quantũ ad primũ est sciendũ. q nobilissima ꝓditio aie attenditur in ℞ q ipsa dr regnuz celoꝝ ꝑ q̃nto est capax dei q̃ ea inhabitat velut i regno suo.ac per hoc dicta est celũ. Cur enĩz nõ agnoscamus eos celos qui facti sunt sedes dei. Juxta istud. Celum celi est sedes sapiẽte. Et hec sedes est in celo vel ipsuz celũ. Psal. Dñs in celo ꝑauit sedẽ suã. Et non solum anima iusti dicta est celum.imo etiã dicit regnũ celoꝝ ꝓ quanto in ipsa ipse deus rex regum regnat ⁊ regit animam et omnem creaturam. Unde est illud Luce.xvij. Regnum dei intra vos est. De quo prosequere . vt habes infra in sermone. Querite

primum regnū dei. secūdo membro primi prin-
cipalis dominica .xiiij. post pētecosten B
Quantū ad secundum est sciendū q̄ in istis
quinq; horis hic descriptis signātur quīq; eta-
tes. presupposita prima etate scz infantili que per
horam p̄cedentē mane ante ortū solis intelligit.
Qua cōnumerata erunt sex etates spirituales.
s̄m sex horas accepte. Quibus sex etatibus s̄m
Augustinū in libro de vera religione distinctis
successibus seu prouectib⁹ gratiarū fidelis aīma
prouehit ad perfectū. Sicut eniz exterior homo
vetus ⁊ terrestris habet suas etates successibus
temporū distinctas. sic interior homo nouus ⁊
celestis habet etates quasdaz spirituales. nō an-
norum successibus sed gratiarū profectibus di-
stinctas Distinguit autē nouus homo a veteri
s̄m Augustinū ibidē in tribus. Primo in eo. q̄r
finis veteris hominis mors est. Unde omnes
etates eius tendūt ad mortē. Finis autem noui
hominis est vita eterna. Secūdo quia vet⁹ ho
mo est peccati. sed nou⁹ est iusticie. Tertio q̄r ve
terez hominē in hac vita quis potest agere sine
nouo. nouū vero nemo agere potest in hac vita
nisi cum vetere. Nā ⁊ cū ab ipso incipiat necesse
est vt vsq; ad visibilē mortē cum illo. quāuis eo
deficiente se proficiente. perduret. Unde etiā nō
nulli huiusmodi hominez qui vetus exterior et
terrenus describitur totū agunt ab isti⁹ vite or-
tu vsq; ad occasum. Nonnulli autē vitam istā
necessario ab illa incipiunt. sed renascunt interi
us. Et tunc talis homo dicit nouus homo inte-
rior et celestis habens ipse spirituales etates su-
as. C Prima etas exterioris hominis est
infantia que nutrimētis corporalibus agit s̄m
Augustinū. Et s̄m hanc accipit p̄ma etas spiri-
tualis qua homo interior p̄mitus de vberibus
matris ecclesie lacte. id est. rudimentis fidei ⁊ do
ctrina simplici nutrit historijs et exēplis. Qua-
les fuerunt illi quib⁹ dicebat apostolus Hebre
orū. v. Facti estis q̄bus lacte opus sit. non solido
cibo. Et hoc respicit incipiētes qui sunt in hac p̄
ma etate. q̄bus conuenit vt tanq̄z puuli et tene-
res. tam in doctrina q̄z in vita simplici⁹ ⁊ lacti⁹
imbuātur donec paulatim p̄ etates succedētes
crescant. Iuxta illud. j. Pet. ij. Sicut modo ge-
niti infantes rationabiles et sine dolo lac cōcu-
piscite vt in eo crescatis in salutē. Est ergo istis
in prima etate cōstitutis lac simplicis doctrine
ministrandū. prout fecit apostol⁹ loquens tali-
bus. j. Corinth. iij. Tanq̄z paruulis lac dedi vob
potum nō escam. Quod est cōtra predicantes
subtilia hominib⁹ rudibus et indoctis. q̄ escam
sublimis doctrine nec masticare nec deglutire
preualent Et ideo potius exhibendū esset eis lac
in potum. Nā sicut grossus cibus infantib⁹ ex-
hibitus eos non nutrit. cū nec eum percipe pos-
sint. sed plerūq; eos propter fauciuz teneritudi-
nem strāgulat ⁊ suffocat. Sic subtilis et alta do
ctrina rudes non edificat. sed plerūq; eos ī erro-
rem mittit. Talia enim subtilia predicāda sunt
iam prouectis ⁊ p̄fectis dicente apostolo Heb.
v. Perfectorū est solidus cibus. eorū qui pro ip
sa consuetudine exercitatos habēt sensus Et ali
bi. Sapientiā loquimur inter perfectos. Unde
reprehēsibiles sunt tam doctores talib⁹ rudibus
sublimia predicantes. q̄z auditores hoc expeten
tes. Unde Augustin⁹ in quodā sermone ad he
remitas dicit sic: Scriptū est fratres charissimi
q̄ non debemus loqui sublimia tāq̄z sapientes
mundi gloriātes. Hoc autē verbuz maxime ad
vos dirigitur qui rusticani estis in siluis habi-
tātes. licet ciues sanctorū et domesticos dei nul
laten⁹ vos esse dubitare debeatis. Et subdit Ue
niant ergo qui vltra q̄z necesse est scire volentes
quos sanctus ille Salomon reprehēdit dicens
Altiora te ne quesieris. et fortiora te ne scruteris
Surgat etiā Paulus columna et lumen orbis
terre et sua voce confundat philosophantes no
men christi portātes. volētes sapere pl⁹ q̄z opor
tet. Non tamen dico fratres mei q̄ omnino nō
queratis. sed questiones in diuinis vos q̄ gros-
si estis multiplicare loqui non debetis. Queri-
te tantū vos qui spirituales estis. quomō prece-
pta dei seruare possitis. quomodo diaboluz in
heremo superare possitis. quomodo patientiā
quā christus docuit amplecti possitis. Hec eniz
seruus dei semper legere et implere debet. Hec
Augustinus. Istis etiā in prima etate conuenit
lac simplicioris et laxioris vite. Non enī repen-
te ad culmen summe p̄fectionis conscendit. sed
paulatiuis profectib⁹ posteriora obliuiscētes ad
anteriora nos extendere debem⁹ cum apostolo
Philip. iij. Unde etiā in primitiua ecclesia no-
uiter ex gētibus ad fidē cōuersis. ab apostol' la-
xiores obseruantie permittebant pro ipsis fidei
rudimentis et inueterata gentilitatis consuetu-
dine et nihil amplius ab ipsis expetebant. nisi
vt ab imolaticijs idoloruz et fornicatione ac suf
focatis et sanguine abstinerēt. vt dicit Johānes
Cass. Similiter etiam in religionibus nouicijs
nonnunq̄z rigoris frena laxantur. B Se-
cunda etas hominis exterioris est puericia vn-
de incipimus aliquid meminisse s̄m Augusti-
nū. Et s̄m huius similitudinē describit Augu-
stinus in hoīe interiore secundā etatē spūalez. q̄
reddit aīam iā obliuiscentē hūana et ad diuina

tendẽtẽ In qua nõ autoritatis bũane tẽdit sinu
sed ad summã ⁊ incõmutabilẽ legẽ passibus ra-
tionis inmutẽ. Hec itaq; etas spiritualis respicit
proficiẽtes. quor quilibet habet dicere cuz apo-
stolo illud Phil'.iij. Que retro sunt obliuiscens
ad ea que prora sunt extendens meipsum. Ubi
ſm glosam p ea que retro sunt vno modo intel-
liguntur terrena ⁊ tpalia. p prora vero celestia
⁊ eterna. Alio modo p ea que retro sunt intelli-
guntur ꝑterita merita acta. per prora vero acq
renda et agenda. In ꝓma igit etate homo interi
or ñ potuit obliuisci terrena. quia tota circa for-
mas visibiles versabat. nec obliuisci potuit ꝑte-
ritor meritorũ. Tũ quia nulla merita in ꝑtere-
rito habuit. cũ adhuc ꝓmo inceperit. Tũ q; nec
meminisse nec obliuisci dica potuit ad modũ in
fantis. In hac autẽ secũda etate homo interior
ĩa fit obliuiscẽs terrena tendẽs ad celestia. Item
obliuiscẽs merita ꝑterita p nullo ea reputãs in
cõparatione acqrendor. ad que se extẽdit p inten-
tionẽ ⁊ desiderũ. vt semp ꝓficiat in melius. Ui-
ta enĩ christiani boni ſm desiderũ est vt dic glo-
sa. Et ponit exemplũ. Sicut enĩ si velles imple-
re aliquẽ sinũ ⁊ nosti q; magnũ est qd dabit. ex-
tendis ⁊ extendẽdo facies capaciorẽ. Sic deus
differẽdo rẽ extendit desiderũ. desiderãdo exten
dit sinũ. extendẽdo facit capacẽ. Desiderem⁹ er
go quia implendi sum⁹. Hec est vita nostra vt
desiderãdo exerceamur. Tantũ aũt nos exercet
sanctũ desiderũ quãtũ desideria nostra ampu
tauerim⁹ ab amore seculi. Et hoc est qd dic apo
stolus. Que retro sunt obliuiscens. Hec glosa.
Alio modo ſm intẽtionẽ Aug̃. vbi supra. Uel
ea que retro sũt intelligunt ea q̃ humane legi sb
jiciunt. qualia sunt ista sensibilia circa q̃ aia hõ
occupat. q̃ nõ capit que dei sunt ſm apostolu z
Uel ꝓra intelliguntur ea q̃ incõmutabili lege re
guntur.

¶ De hac lege tria dicit Aug⁹. Primo q hec lex ñ est mẽs humana sed ẽ supra mẽ
tem nostrã. Mẽs enĩ nostra mutabilitati subie
cta est. q; erroriẽ patit põt. Et tñ cõcessum est talẽ
legẽ videre posse. eo q facta sit ad imaginẽ ⁊ simi
litudinẽ dei. Secũdo q hec lex vitas dr. ⁊ est ipse
de⁹ apud quẽ nõ est trãsmutatio. vbi est prima
vita. ꝓma essentia. ꝓma sapia. Tertio q hec lex ẽ
lex ⁊ regula omniũ artiũ ⁊ ars omnipotẽtis ar-
tificis. ſm quã oĩs aia rõnalis iudicat quicquid
recte iudicat. imo et ipse de⁹ pater ꝓpsam sz nõ
de ipsa. nõ enĩ min⁹ est q̃z ipse. Hinc dicit aplus
j. ad Corinth̃. ij. Spũalis hõ iudicat oĩa ⁊ ipse a
nemine iudicat'. i. a nullo hoĩe. sz a sola ipsa lege
ſm quã iudicat oĩa. Est aũt spũalis q exuto ve-
teri ⁊ animali hoĩe trãsita iã ꝓma etate ad hanc
secundã etatẽ puenit a visibilib⁹ ad inuisibila. ⁊
a tempalibus ad eterna cõscendẽs. Et hic dr spi
ritualis ſm glosam scientia et vita. Scientia q̃dez
spũalis est qui se ex ꝑte ⁊ p speculũ videt. tamen
de deo ſm imagines corpor vel legis lr̃az vt hu-
manã phiam nõ sapit. sed spiritui dei subiectus
certissime ac fideliter ſm legẽ incõmutabilem iu
dicat oĩa. id est. intelligit et discernit. Uita q̃dem
nõ que cõtinet diuina scientia. sed que ad iustici-
am ⁊ vitã sufficiũt. Uita autẽ spũalis est q̃ spiri-
tum dei habẽs rectorez. eiꝰ ductu viuit. Hic ho-
mo spũalis vt dicit Augustin⁹ omnia iudicat.
quia sup omĩa est quãdo cũ deo est. Cũ illo aũt
est quando purissime intelligit et tota charitate
qõ intelligit diligit. Ita etiã quantũ potest lex ip
sa etiã ipse fit ſm quã iudicat omĩa. Unde lib⁹
ſm Augustinũ dr illud ps. Uacate ⁊ videte q̃ni
am ego sum de⁹. Uacate inquã nõ ocio desidie
sed ocio cogitatiõis vt a locis ⁊ tpibus vacetis.

¶ Tertia etas hoĩs exteriorꝭ est adolescẽ-
tia cui iam ꝓpagationẽ plus natura ꝓmittit ſm
Augustinũ. Ad cui⁹ similitudinẽ Augustinus
describit tertiã etatẽ spũalem que reddit animã
fidentiorẽ ⁊ carnalẽ appetitũ rõnis robore mari
tantem gaudentẽq; intrinsec⁹ in quadã dulce-
dine cõiugali. cũ anima mẽti copulat. ⁊ velamẽ
to pudoris obruit. vt iam recte viuere nõ cogat.
sed etiã si omẽs cõcedant peccare nõ libeat. Hec
Augustin⁹. In hac siquidẽ etate que nõ nisi pfe
ctis cõpetit sicut et alie sequentes. ratio inferior
maritatur porrigioni superiori. Ex quo gaudioso ⁊
dulci cõiugio sensualitas ita subiicit rationi. q
ei ad arbitriũ dominabit in reꝓmendo inclina-
tiones viciosas et propagãdo actus virtuosos.
Quod exinde cõtingit ſm Augustinũ. Eo enĩz
q rationalis anima seruit suo creatori a quo et
ꝑquẽ et ad quẽ facta est. cuncta creata ei seruiẽt
Hinc est q nulla creatura talem animã allicere
poterit ad peccãdũ. In qualiũ ꝓnis dicit apo
stolus Roma. viij. Certus sum q neq; mors. ne
q; vita ꝛc. neq; creatura alia poterit nos separa-
re a charitate dei que est in christo iesu. Imo etiã
am ꝓprium corpus in hac etate reformatur et
sanctificatur. ita q spiritus de illo nullam senti-
ens molestiam. cum dei adiutorio ei sine onere
difficultatis imperabit. Et inde est q talem ani-
mã peccare nõ solum nõ libebit. sed etiã pigebit
imo penale sibi erit. Ad hanc etatem peruene-
rat Augustinus cum dicebat. viij. confessionũ.
Mihi displicebat quicquid agebam in seculo.
et oneri mihi erat valde. pre dulcedine tua. Et
in quadã oratione ad beatã virginẽ idem Au-
gustinus. Gustem inquit dñam q̃z dulce sit vicis

non seruire qui in memetipso didici q3 amaruz sit exptũ esse vicia ⁊ velle viciũ experiri. G

Quarta etas est iuuẽtus publicis iã exercẽda muneribꝰ .i. officijs in amministrãda republica ⁊ domãda subiugandis. q attrociores impetꝰ libidinis gignit. vt dicit Augꝰ. Hec cõm cuiꝰ similitudinẽ Augꝰ quartã etatẽ spualẽ ũteriorꝭ hominis describit. q reddit aiam iã ad ipsum multo firmiꝰ ordinatiusq3 facientẽ ⁊ emicantẽ in virum pfectũ. atq3 aptã ⁊ idoneã omnibꝰ psecutionibus ⁊ mũdi huiꝰ tempestatibꝰ ac fluctibus sustinẽdis atq3 frãgendis. Hec Augꝰ. De tali boie in hac etate constituto Augꝰ subiũgit plures pfectiones. Prima q talis hõ verissime ⁊ pfectissime est in uictꝰ. q3 coherz deo. nõ vt ab eo aliqd boni extra mereat. sz q3 hoc ipsuz q est herere deo bonũ est. Et ideo de oibꝰ exteriꝰ pturbãtibus nihil curat. Hecũda q talis oibꝰ hominibus recte vtit. Ũñ dicit hic vir q3diu est in hac vita vtitur amico ad repẽdendã grãm. vtit inimico ad patientiã. vtit q̃bus põt ad beneficentiã. vtit omibꝰ ad beniuolentiã. Tertia q talis hõ nõ plus diligit familiares q3 alios. Quarta q talis nõ affligitur morte cuiuscũq3. quoniã q toto aio deum diligit nouit nec sibi pire q̃d deo nõ perit. q dñs est viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Quinta q talis nullis laboribꝰ nec alicuius psecutionibꝰ frangit. Quid enĩ ei nocebit q̃ bene vti etiã tam inimico potest Eius enĩ pfidio atq3 munimẽto inimicicias nõ ptimescit cuius pcepto ⁊ dono diligit inimicos Sexta q talis gaudet i tribulationibꝰ. Ũñ dic. Hunc viro in tribulationibꝰ paz est nõ ptristari. nisi etiã gaudeat sciẽs q tribulatio patientiaz opatur. patiẽtia pbationẽ. pbatio spem. spes autem nõ cõfundit. quoniã charitas dei diffusa ẽ in cordibꝰ vestris p spũm sanctũ q datus est vobis. Septima q talis pficit tã in psperis q3 i aduersis. Cũ enĩ mutabiliũ bonoꝝ adest copia. nõ eis cõfidit ꝑm illud ps. Diuitie si affluãt nolite cor apponere. Cũ vo subtrahunt cognoscit vtrũ eũ nõ ceperint Plerũq3 enĩ cũ assunt nc bis putamꝰ q ea nõ diligamꝰ. Qz cũ abesse ceperint iueniemus q̃ sumꝰ. hoc enim sine amore nostro aderat q̃d sine dolore discedit. H Quinta etas hois exterioris est senectꝰ. In qua ꝑm Augustinũ post labores iuuẽtutis pax nõnulla cõcedit. Et ꝑm hãc Augꝰ describit q̃ntã etatẽ spũalem hois interioris. q̃ aiam reddit pacatam atq3 omni ex pte trãquillã. viuentẽ in opibꝰ ⁊ abundantia incõmutabilis regni sũmeq3 ⁊ ineffabilꝭ sapiẽtie. Hec Augꝰ. In hac enĩ etate aia rõnalis a volubilitate fantasmatũ ⁊ a turba omniũ sensibiliũ pacata redditꝭ et trãquilla. Et incipit spũs regnare sup omẽs vires aie. et ipse spũs pfectissime deo subiicit. intantũ vt oĩa in tali aima ita ordinata sint vt ipsamet fiat regnũ dei. vt supza i ꝓmo ꝓncipali. Et tũc i tali abũdãtia regni. q̃ incõmutabile dicit. eo q abstrahat a loco ⁊ tẽpore anima viuere incipit in opibus sapiẽtie. cõtemplando ⁊ sapiẽdo diuina ⁊ ibi anima audit verbum eternuz. vt ait Augustinꝰ .ix. confessi. ca. x. Nõ per linguã carnis neq3 p vocẽ angeli. nec p sonitũ nubis. nec p enigma similitudinis sed ipsum quẽ in his sz reb⁹ creatis amamꝰ ipsum sine his audiamꝰ. Ad hanc etatẽ nõ puenit nisi i contẽplatione ⁊ raptu. loquẽdo de raptu nõ put dicit quandã eleuationẽ vel tractũ ad nudaz visionẽ diuine essentie qualis fuit raptus moysi ⁊ pauli ꝑm Augꝰ. sed prout dicit quendam tractum et eleuationẽ mẽtis ad illõ q̃d est supza facultatẽ suã. put cõtemplãdo aliq̃d cognoscit de deo abstractꝰ a sensibus ⁊ ab omni imaginatione sensibili ⁊ intelligibili specie ⁊ p excessum omnium intelligibiliuz. In quo etiã excessu aia trahitur ad quandã inusitatã dulcedinẽ affectꝰ intellectui prorsus inexplicabilẽ cũ fundetur super infinitate bonitatis ⁊ dulcedinis diuine. Et ad hunc excessum raptꝰ fuit Augustinꝰ cũ matre sua. cũ colloqueretur valde dulciter cum staret incũbentes ad quandã fenestrã. vt patet .ix. confessionũ. J Sexta etas hoīs exterioris ẽ senectus. que morbꝰ subiectioꝝ. decoloꝝ. debilis q3 ad mortẽ producit. vt dicit Augustinus. Et ꝑm hanc Augustinꝰ describit sextã etatẽ spũalẽ hominis interioris quã dicat oĩmode demutationis in vitã eternã ⁊ vsq3 ad totã obliuionez vite temporalis transeuntẽ in perfectã formã que facta est ad imaginez ⁊ similitudinẽ dei. Hec Augustinus. In hac enĩ vltima etate datur p̃gustatio vite eterne ⁊ paruipẽsio quedã. imo totalꝭ obliuio vite temporalis. Ad hãc etiã etatẽ puenerat beatus Augustinꝰ cũ matre sua. postq3 prefatam quintaz etatẽ spiritualẽ parũper transegerent vt dictuz est. Ex tũc ibidẽ rapiebant ad hãc sextam etatẽ. De qua Augustinꝰ ibidẽ .ix. cõfes. subdit dicens: Sic nũc extendimus nos ⁊ rapiꝺa cogitatione attingimꝰ eternã sapientiaz supomnia manentẽ. si continuet hoc ⁊ abstrahantur alie visiones longe imparis generis. ⁊ hꝰ vna rapiat et absorbeat ⁊ recõdat i ũteriora gaudia spectatoreꝝ suũ. vt talis sit sempiterna vita qualis fuit hoc momentũ intelligentie cui suspiramus. Nonne hoc est intra in gaudiuz domini tui. Q3 autem dulcedinem que in hac etate datur anime idem Augustinꝰ pluries exptus fuerit. aperit .ix. confes. vbi dicit. Aliqñ intromittis

me in affectū multum inusitatū ad nescio quaz dulcedinē que si perficiatur in me nescio quid erit qđ ista vita nō erit. In hac etiā etate ꝑm augustinū aīa trāsit in pfectā formā q̄ facta est ad imaginē ⁊ silitudinē dei. ꝑ quāto imago creata trāsformat in pfectā ꝓformitatē imaginis increate. ꝑm quā facta est. Juxta illud .ij. Coz.iij. Nos reuelata facie gl̄iam dñi speculātes in eandem imaginē trāsformamur a claritate in claritatē .i. a claritate imaginis create in claritatē imaginis increate. Qđ nobis ꝓcedat q̄ est bñdict⁹ in secula ꝛc.

Expositio enāgelij dominice in sexagesima. CXXXVII

Cum turba plurima conueniret et de ciuitatibus ꝑperarēt ad iesum. dixit per similitudinē Exijt qui seminat semīare semē suū. Et dū semiat aliud cecidit sec⁹ viā. et cōculcatuz est et volucres celi comederūt illud Et aliud cecidit supra petrā. et natū aruit q̄ nō habebat humorē. Et aliud cecidit īter spinas. et simul exorte spine suffocauerūt illud. Et aliud cecidit in terraz bonā. et ortū fecit fructū centuplū. Et hec dicēs clamabat. Qui habet aures audiēdi audiat. ¶ Quia ꝑm ꝑm vnū qđqz recipit ꝑm modū rei recipiētis Ūn semen qđlibet cū semiat recipit ꝑm modū ⁊ dispositiōz terre in quā serit. Que si sit bona ⁊ fertilis et bñ culta ꝓfert bonū fructū. Si aūt sit sterilis ⁊ iculta germīat spinas ⁊ tribulos. vl̄ etiā nullum fructū facit. Ita q̄ ꝑm variā dispositiōz agri semē diuersimode ꝓficit ad fructū. Sic in nob ꝑm varias dispositiones agri cordis nostri diuersimode recipit semē celeste qđ christ⁹ ver⁹ agricola ō celo nob adduxit. Et de ꝑ est materia p̄ntis euāgelij. Qđ habet tres ptes p̄ncipales. In p̄ma describit pabole vel silitudinis ꝓpositio. In secunda petit pabole explanatio Ibi. Interrogobāt aūt eū discipuli eius In tertia ponit pabole exp̄positio Ibi. Est aūt ꝑ pabola Circa p̄muz tria facit ¶ Primo p̄mittit loquēdi oportūitas Tē pus enī aptū ⁊ opportunū ad loquēdū erat cum turba ꝓfluebat. Ūn Job. xxxij. ipse dicebat Ego palā locut⁹ sū mūdo. Ego sp docui in sinagoga ⁊ in tēplo q̄ oēs iudei ꝓuenerūt ⁊ in occlto locut⁹ sum nihil. Dicit ergo. Cū turba plurima ꝓuenirz. ¶ Notandū ꝑm glosam. q̄ qtiēscūqz in euāgelio turbe vocabulum interseritur sic diuersitas bominū sic diuersitas intimat volūtatū. Non enī oēs e. ꝑ volūtate ꝛz diuersis ex causis christū sequebant. Quidā enī cōueniebāt ad christū vt instruerent. Quidā vt sanarent Quidā vt alerentur. siue ab ipso dño sic q̄ multitudinē de paucis panibus satiauit. siue ab alijs ex iussu domi quia multe elemosyne fiebāt christi impio Ūn dicebat ille ꝓcurator suus iudas de yngento effuso. vt quid perditio hec. potuit enī venundari multo ⁊ dari pauperib⁹. ¶ Matth. xxvj. Quidaz etiā veniebant ad christū vt viderent miracula. ¶ Alij ꝓpter acceptū beneficiuz vt infirmi curati ¶ Alij ꝓpter impēdendū ministeriū vt mulieres honeste. sic maria magdalena ⁊ iohāna vxor chuze ꝓcuratoris herodis et alie multe que ministrabant ei de facultatib⁹ suis ¶ Mar. xv. ¶ Alij vt christi facta ⁊ dicta calūniarent. sicut pharisei vt caperent eū in ꝑmone. ¶ Matth. xxij. ¶ Alij vō sequebantur christū ꝓpter susceptū officium sic apostoli. ¶ Secūdo ponit sermonis congruitas. Congruus enī modus predicandi est vt doctrina sit ꝑm exigentiā auditoz vt spiritualibus spūalia et subtilia rudibus ⁊ popularib⁹ simplicia ⁊ grossa ꝓdicent. Juxta illud apli .j. Corinth. ij. Spūalibus spūalia compantes. Et ipse christus dixit infra in secūda pte hui⁹ euāgelij apostolis. Vobis datū est nosse mysteriū regni dei. ceteris aūtē in parabolis. Unde dicit. dixit per similitudinē ¶ Nota ꝑm Theophilū q̄ dominus loquebat in similitudinib⁹ ⁊ paboli ꝓpter duo. Primo vt attētiores faceret auditores Cōsueuerūt enim boies in obscuris se exercitare et spernere manifesta. Secūdo vt nō caperēt indigni que mystice dicebant. Alie due rationes adduntur. Prima ꝓpter sententie dignitatē q̄ velāda erat verbis cōgruis ⁊ exēplis. sicut preciosas margaritas velo ūoluim⁹ Alia vt similitudinibus melius caperēt sententiā Exempla enim ponimus vt sentiāt qui addiscunt ¶ Sequit similitudo. Exijt qui seminat seminare semē suum Iste seminator est filius dei cui esse semiatorem cōuenit. quia penes eū sunt semina. id est primordiales rationes omniū creaturarū spiritualium ⁊ corporaliū. ¶ Considerandū autē q̄ quinq; exitus cōueniūt christo ¶ Unus ē eternus quo exit ꝑ generationez et tū manet in ipso Ecc. xxiij. Ego ex ore altissimi ꝓdij primogenita ante omnē creaturaz. Et iste exitus non importat distinctionē localem. sed emanationē personalem. Et quia verbū mentale quanto perfectius procedit ab intelligēte. tanto intimi⁹ et pfectius intelligēti ꝓ̄ū gīt. Jō filius sic exit a patre ⁊ tū ꝑfectissime in eo manet. Sicut splendor exit a luce et tamē ab ea nō separatur. sed semp manet in

ipsa luce ¶ Secūdus exit⁹ fuit ꝑm glosam desi nu patris in mundū p incarnationē in vtero v̄ ginis. de quo Joh. xvj. Exiui a patre ⁊ veni i mū dum. Vñ Chrysо. Becēter aduentū suū i carnē christ⁹ exitū nomiat. Eram⁹ enī exclusi a deo sic cōdemnati ⁊ rebelles regis electi sunt. Quicun qz ergo vult recōciliare eos. exiens ad eos extra cū ipsis loquit donec dignos taz factos aspectu regis eos introducat. Sic ⁊ christ⁹ fecit. ¶ Ter tius fuit ex vtero v̄ginis. Be quo ps. Ipse tāqz spōsus procedēs de thalamo suo. ¶ Quart⁹ ex itus fuit ad passionē. Joh. xix. Exiuit in eū q̄ dici tur caluarie loc⁹. Exiuit inquā extra ciuitatem ⁊ extra ciuitatē crucifixus est. docēs q⁹ ⁊ nos exi re debeam⁹ extra amorē mūdi. si ipsuz sequi vo lumus ad effectū sue passionis cōsequendū. Ex eamus igit ad eū extra castra imꝓperiū eius portātes. ad Hebre. xiij. ¶ Quint⁹ exit⁹ christi fuit de hoc mūdo ad patrē Joh. xvj. Relinq̄ mū dum ⁊ vado ad patrē ¶ C Notandū autem ꝑm Eusebiū. q⁹ nō oēs exeuntes semināt. Non nulli celesti a patria exuerūt ⁊ ad hoīes descēde runt. nō tamē vt sererēt. neqz enī satores erāt sed administratorij spūs in ministeriū missi. Mo yses etiā ⁊ ꝓphete nō seruerūt hominib⁹ myste ria regni celoz. sed retrahēdo hoīes a errore et idolorū cultura. quasi colebāt animas hominū Solus aūt christ⁹ exiuit vt seminaret. Sed q̄d. Semen suū. Ubi nota ꝑm Tyt. q⁹ null⁹ apl'oz nec ꝓphetarū habuit ꝓꝓriū semē cū acceperit christ⁹ autē nō accepit verbū quasi mutuatuz. cū ipse naturaliter sit met verbū diuinū. et ideo ipse habuit ꝓꝓriū semē. pferens doctrinaz ex sua natura. Unde ⁊ iudei dicebant. Qualit hic lrās nouit cum nō didicerit Joh. vij ¶ Et notandū q⁹ semia christi erāt valde nobilia. Nobilia enī semina portant de longinqs ptib⁹ ad loca vbi ñ repiunt. Quia ergo celeste semē nō erat in mū do. ideo illud attulit christ⁹ ad nos de celis ipse q̄ est semiator oīs creature. Seminauit aūt q̄nqz seminū genera. Primo seminauit legē natura lem in mēte cuiuslibet hoīs. sic est. Q̄ tibi ñ vis fieri alijs ne feceris. ⁊ q̄ tibi vis alijs feceris Se cūdo semiauit legē scriptā decē scz p̄cepta i dua bus tabul'. Tertio semiauit legē euāgelicā in ec clesia oīb⁹ fidelib⁹ Quarto semiauit legē pfecti onis. s. ꝓsilia pauptatis. castitatis ⁊ patie obedi entie in religionib⁹. Quito ꝑm Theophilū non cessat dei fili⁹ spūs in nostris aiab⁹ seminare nō so lū cū decet. sz etiā cū creat in nostris aiab⁹ semi na bona vtutū scz ⁊ donoz. ¶ B Tertio po nit recipiētū diuersimoda habitudo cum dicit ⌊Et dū seminat⌋ Sūt aūt auditores v̄bi dei in q̄druplici habitudine. q̄z tres sūt male. sola q̄rta bona est ¶ Primi se hīnt ad modū vie. De q⁹ dr. ⌊Aliud cecidit sec⁹ viā⌋ Secūm glosaz. via ē cor sedulo cogitationū malaz trāsiuu attrituz et arefactū. ne vbi semē possit accipe vl' germiare. sz a pessimis cogitatiōib⁹ ꝓculcat ⁊ a demonib⁹ rapit. Qui iō volucres celi vocant. q⁹ celestis et spūalis sūt nature. vl' q⁹ p aera discurrūt Pedū eni ꝓculcatio ē carnaliū cogitationū frequenta tio Eccī. ix. Vis mulier fornicaria q̄si stercus in via cōculcabit. Volucrū vo comestio est demo nū suggestio. Vñ Greg. xix. moral'. Aues celi co mederūt illud. q⁹ maligni spūs hūanas mentes obsidētes dū cogitatiōes noxias ingerūt. v̄buz vite a memoria euellūt. ¶ Vl' aliter ꝑm glo. Per viā intelligunt indocilem. q̄ licet v̄bū dei aure cor poris audiāt. nulla tñ fide. nullo intellectu. nulla saltē rēptande vtilitatis occasiōe pcipe dignant Vñ Cyrill⁹ Arida ⁊ inculta q̄dammō est omis via. eo q⁹ a cūctis cōculcat. aut nihil ex seminib⁹ humat in ea. Sic hīntes cor indocile nō penetrat diuina monitio vt possit laudē germiare vtutū Sed tales sūt via frequētata imūdis spiritibus ¶ Uel aliter ꝑ semē sec⁹ viā intelligit bonū q̄d fit laude hoīm. Sicut enī fruct⁹ q̄ sunt sec⁹ viā di rumpunt a trāseuntib⁹ nec ad maturitatē pueni unt. Sic nec bona q̄ fiūt laude hoīm. Et v̄e dis pditur illud bonū op⁹ q̄d laudib⁹ hoīm ꝓculcat. Psal. lij. Deus dissipauit ossa eoz q̄ hoībus pla cent zc. q̄nā deus spreuit eos. Istud ē sal infatua tū q̄d ad nihilū valet vltra nisi vt mittat foras ⁊ ꝓculcet ab hoīb⁹ Matth. v. Et subdit. ⌊Et volu cres celi comederūt illud⌋ i. demōes vt dictuz ē. qui dicunt semē v̄bi dei comedere ꝓculcatuz sic structio comedit ferrū q̄ñ illi ad nutrimētu ñ pficit. Vl' etiā volucres celi nū cupant ꝑm Chry so. viri fallaces ⁊ callidi doctrinā sanā corrūpen tes. ¶ Et nota ꝑm Theophilū q⁹ nō dixit. Qui se minans seminauit aut precipit aliud secus viam. sed q⁹ semen cecidit. Qui enī seminat docz rectuz sermonē. sed sermo diuersimode cadit in audiē tes. vt quidā eoz via dicant quidā petra. et sic de alijs. ¶ E Secundi se habēt ad modum petre. De quib⁹ dicitur. ⌊Et aliud cecidit supra petram⌋ Petra ꝑm glosam est cor durū ⁊ in do mitum nullo vere fidei vomere penetratuz. In quo non est verus amor. Quod licet aliquan do verbū dei suscipiat. induratum est tamen ad omne bonum. De quali corde loquit Bernar dus ꝑmo de consideratione. Cor durum est q̄d nec compunctione scinditur. nec pietate mol litur. nec precibus mouetur. minis non cedit. flagellis duratur. ingratum est ad beneficia. ad

consilia mundū.ad iudicia seuū.inuerecūdum
ad turpia.impauidū ad pricula.inhumanū ad
humana.temerarū ad diuina.pteritoꝝ oblui-
scens.psentū negligens.futura nō puidēs.Et in
fra.Et vt in breui cūcta horribilis mali mala cō
plectar.ipm ē qđ nec deum timet nec hominem
reuereť.In tali ergo corde ꝛ si semen verbi dei re
cipiť ꝛ aliquātulū figiť.statim tū arescit.qꝛ non
habet humorem ylli videlicet gratie nutrimen
tum. ¶ Tertij habent se ad modū spinarū
De quib⁹ dicit_Et aliud cecidit inter spinas._
Spine sunt ista mundana que in psti pugnāt mē
tem,et in futuro ex eis parať ignis quib⁹ pecca-
trix anima cōburiť. Vanitas enī mūdi multuꝫ
impedit verbū dī. Vñ dicit_Et sic exorte spine_
Sūt enī quidā qui volūt simul bona opa face-
re et vitijs insistere.Quod fieri nō pōt. Vñ seqť
Suffocauerūt illō Vñ Chrysō. Sicut spine
nō pmittūt oriri semen.sꝫ ex cōdensatione suffo
cant immissū. Sic solicitudines vite psentis semen
spūale fructificare nō sinunt. Licet enī aliq capi
piant ppositū bene faciendi ad verbuꝫ pdicato-
ris.tū dū istis mundanis intēdūt vel in volupta
tibus vite vel in solicitudinib⁹ rerū.vbū dei qđ
tam exortū erat suffocať. ¶ Nota ordinez istoꝝ
trū seminū nō fructificantiū. Primū non ger-
minat sed cōculcať ꝛ ab auibus comedit. Secū
dum germinat sꝫ nō multū erigiť qꝛ nō habꝫ hu
morem. Tertium vero iā eleuať in stipitem sed
nō fructificat qꝛ suffocať a spinis ¶ Sed.d.ali-
quis qs eēt ita fatuus agricola q̄ bonū semen,p
iiceret ad viam vel supra petrā vel inter spinas
Sic pdicator istipiēt facere videť.q̄ pdicat idō-
neis ꝛ indispositis,q̄les hic designant. Non
enī margarite pricieđe sūt ań porcos ¶ Mat.vij.
Ad hoc dicēdū duplicit. Uno mō sꝫ Theophi.
qꝫ hic nō dicit qꝫ seminās iecit aliud secus viā.
aliud supra petrā.aliud inter spinas. Sed dicit
qꝫ semen cecidit.aliud secus viā.aliud ꝛc. Sic et
pdicator nō intēdit pdicare indoctis⁹ ꝛ ineptis
sed ipe facit qđ in se ē pdicādo. Sꝫ si verbuꝫ reci
pit sic vel sic.hoc ē ex pte auditoꝝ. Alio modo sꝫ
Chrysō.increpādus eēt agricola q̄ sup sensibiles
spinas vel petrā vel viā seminaret.nō enī possi-
bile est petrā terrā fieri.nec viam non esse viam.
nec spinas nō eē spinas. In rōnalib⁹ vero secus
ē. Possibile est enī petrā puerti in terrā pinguē
ꝛ viam nō cōculcari ꝛ spinas dissipari. Vñ non
ē vanū imo valde vtile pdicare pcētib⁹ quātū-
cūqꝫ malis ¶ G Quarti habēt se ad moduꝫ
terre bone pinguis et fertilis. De qbus dr._Et
aliud cecidit in terrā bonā_ Terra bona ē mēs
mūda ab oīb⁹ pturbationibus ꝛ bñ culta p exer
citiū virtuosū. Talis enī mens ē bene fructifera
Vñ dicit_ꝛ ortū fecit fructū centuplu_ Sm. De
dam fructū pfectum dedit. Nam denari⁹ nume-
rus p pfectiōe semp accipiť.quia in decem pce-
ptis legis custodia cōtinet. Denari⁹ aūt nume
rus p semetipm multiplicat⁹ in centenariū sur
git. Unde p centenariū magna pfectio designa
tur. Corigiť centuplū facit fructuꝫ.qđ p amorez
dei cōtemplatiuaꝫ adipiscit vitā ꝛ spūalib⁹ orna
tur pfectione virtutū. ¶ Notādū aūt qꝫ ¶ Mat.
xiij.magis explicite agit de hmōi fructib⁹. Ubi
dicit qꝫ alꝰ centesim⁹.alius sexagesim⁹.alꝰ tri-
cesimus. Primus est virginū. Secūd⁹ pnētū
Tertius ꝛiugatoꝝ. Uel pm⁹ est doctoꝝ. Secū
dus martirū. Tertius aplorꝝ. Uel pm⁹ dat p ob
seruātiā legis veteris. Secūd⁹ p observātiaꝫ le
gis noue. Tertiꝰ p observātiam cōsiliorꝝ Unde
¶ Mat.xix.dicit. Ecce nos reliquimus omia ꝛ secuti
sumus me cētu.ꝛ. ¶ Quarto ponit affectꝰ
christi in pdicando magnitudo cuꝫ dicit_Hec
dicēs clamabat_Clamor iste signū erat magni
affectꝰ Prouerb.j. Sapia in capite platearum
clamitat. Et tāti clamat christus qꝫ raucꝰ factꝰ
est.ps. Laborauī clamās rauce facte sūt fauces
mee. De hoc clamore dicit ¶ Aug⁹.pfes. Intonu
it dñs noster iesus christ⁹ clamans dicens.factis
voce.vita.desēsu.ascēsu.vt redeam⁹ ad eū. Cla-
mat surdis vt audiāt.clamat dormiēt⁹ vt ex
gilent.clamat trāseuntibus vt attendāt. clamat
ignorantibus vt intelligāt.clamat errāntibus vt
redeant.clamat pcētib⁹ vt peniteāt. Clamauit
qđpe pdicādo.clamauit orādo.clamauit lazarū
suscitādo.clamauit tandē moriendo Quotidie
in celis exns clamat ad nos. Juxta illud ps. In-
tonuit de celo dñs et altissim⁹ dedit vocem suā
Et hec est vox sua. Uenite ad me oēs qui labo-
ratis et onerati estis ꝛ ego reficiā vos ¶ Mat.xj.
Et nos miseri adhuc tantos clamores contem
nimus. Quid aūt clamauerit in psti euāgelio
subdit_Qui habet aures audiēdi audiat_ De
cūdū glo. Quotiēscūqꝫ hec admonitio vel in
euāgelio vel in ¶ Apoc.interponit mysticum esse
qđ dicit querēdūqꝫ a nobis oīdit. Innuit aūt ꝫ
triplicē auditum. Unus est exterior in corpore.
Et de hoc dicit_Qui habet aures_Et ꝫ ē sensitiu
e. Alius est interior et in mēte. Et ꝫ ē intellectiue
de quo addit_audiēdi_De q̄ ¶ Aug⁹.xij confes.
Dixisti mihi dñe voce fortis in aurē interiorez qꝛ
tu eternus es. Tertius obediētie q̄ vtrūqꝫ pplec-
tit.de quo addit_audiat_Et ꝫ ē affectiue. De
his tribus.ps.xliv. Audi filia et vide ꝛ inclina
aurē tuā. Audi filia quo ad pmū. ꝛ vide quo ad
secūdū. ꝛ inclina aurē tuā quo ad tertium. ¶ I

Aliter passum istum de quadruplici semine totu exponendo de primo exitu supra notato. possum⁹ dicere. q filius dei a patre exiens p eternam generationē fecit mundū p tpalem creationē. In quo seminauit creaturas q̄si seminum varietates. Seminauit nāq; primo angelos in celo. Et istud semen q̄ ad aliquā suā ptem cecidit p superbiā secus viā. Illā iquā viā de q̄ ipe i euāgelio dicit. Ego sum via ⁊ veritas ⁊ vita Joh. xiiij. Cui q̄ se pferre voluit p superbiam. contemptū est p diuinā sapiaz dicētē Ecc. xviij. Superbor ⁊ sublimiū colla pria vtute calcauit. Et volucres celi .i. dē elate cogitatiōes q̄b⁹ superbi i altū se extollūt comederūt. i. absūpserūt. Illō vel etiā volucres celi .i. diaboli comederunt illud semen angelicū. p quātō angeli conuersi sūt in diabolos. Sicut comestū conuertit in comedentē. De hoc Esa. xviij. Quō cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris. Secūdo seminauit primos parentes i paradiso. Qd cecidit supra petrā .i. durū cor ⁊ aridū inquantū stat sub naturalib⁹. Et quia p̄m⁹ hō accepit etiā gratiam tam gratis datā q̄z gratū faciente. ideo dicit q istud semen natū quidē fuit. i. germinauit. sed natum aduenīte estu tētatiōis diabolice aruit p amissionem gratie. q̄ nō habebat humorē vtpote gratia sibi subtracta. Tertio seminauit humanū genus in mūdo. Quod cecidit inter spinas .id ē. petōz aculeos. que simul exorte cū bone. pū gūt p sciētiā ⁊ sepe suffocāt rationē. Unde caro corporis nostri ē illa terra. de q̄ dicit Geñ. iij. Spinas et tribulos germinabit tibi. ℟ Quarto seminauit seipm de virginis vtero. Et hoc solum bñdictū semen cecidit in terrā bonā. Illam vtiq; terrā de qua in ps. lxxxiij. Veritas de terra orta est. Et hoc semen attulit fructum humane saluatiōis tricesimū in incipiētib⁹. sexagesimuz in pficiētib⁹. centesimū in pfectis. De hoc fructu Ro. viij. Habem⁹ fructū nostrū in sanctificatiōe Hoc ita q̄z bñdictū semen cecidit. Primo i istā terrā bonā quasi seminarū in sui incarnatione ps. lxiij. Visitasti terram et inebriasti eā. Secūdo mortuū est in passiōe Joh. xij. Nisi granum frumenti ꝛc. Tertio pullulauit in resurrectione Job. xiiij. Lignū habet spem. si pcisuz fuerit. rursum virescit. ⁊ rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius. ⁊ in puluere emortu⁹ fuerit truc⁹ illius ad odorē aque germinabit. ⁊ faciet comā quasi cū p̄mū plantatum fuerit. Quarto sursū ascendit in ascēsiōe Esa. lxij. Ascēdet sic vir gultū coram eo et sicut radix ō terra ꝛc. Quinto p̄duxit spicā in gentū vocatiōe Esa. lx. Quādo cōuersa fuerit ad te multitudo maris. fortitudo gentū venerit tibi. Sexto maturabit ⁊ complebit in vniuersali ecclesie congregatiōe Esa. x. Reliquie israel salue fient. Septimo metet in mū di cōsūmatiōe Mat. xiij. In illo tpe dicā messoribus ꝛc. Octauo recondet in horreo vite eterne. Un ibidē dicit. Triticū aūt congregate in horreū meū. id est. in eterna retributiōe. Et tria hec vltima respiciūt corp⁹ christi mysticum.

Secunda pars expositiōis euāgelij.

CXXXVIII

Interrogabant autem eū discipuli ei⁹. que esset hec parabola. Quib⁹ ipse dixit. Vobis datū est nosse mysterium regni dei. ceteris aūt in parabolis. vt videntes nō videāt. et audientes nō intelligāt

Secūda ps in q̄ ponit⁹ silitudinis explanatio Et habet tres pticulas. Quia primo ponit discipulor⁹ interrogatio. Interrogabāt aūt eum nō quidē ex temptādi vt legisdoctores Lu. x. ex desiderio addiscēdi Chrysо. Cupis scire oportz interrogare discipuli ei⁹ . In hoc apparet q̄ discere desiderabāt. ex q̄ discipuli erāt. Et notādū sm Bedā q̄ nō statim ipm interrogauerūt. sed cū esset singularis. s. in domo vt dicit Mar. iiij. In quo moraliter instruimur vt si intelligentiā diuinor⁹ verborū seq̄ voluerim⁹ sepositis terrenorū tumultuū curis. domū dei. i. scripture occulta penetralia orādo et meditādo intrem⁹ dicentes. Revela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Est aūt pabola sm Orig. sermo q̄si facti nō aūt facti. possibilis aūt fieri. reruz significatiu⁹ p trāslatiōnē earz q̄ in pabola traduntur. Secūdo ponit christi rnsio. Quibus ipe dixit. Vobis credētib⁹. vobis humilib⁹. vobis obedientib⁹. vobis mihi dilectis. vobis mundo abiectis. vobis volentib⁹ ⁊ simplicit dignis. datū ē diuinit⁹. q̄ oē datū optimū ⁊ oē donū pfectū desursū est ꝛc. Jac. j. Nosse mysterium .i. secretū ⁊ occultuz regni dei .i. sacre scripture sm glo. que regnū dei dicit hic. Et Matth. xxi. Auferet a vobis regnū dei. Et hoc q̄ illi⁹ regni q̄net statuta atq; decreta. Nosse dico aptesine pabolaz inuolutione Joh. xv. Que audiui a patre meo nota feci vobis. Ceteris aūt in parabolis Qd fuit signatū Num. viij. Ubi leuite inuoluta portabāt q̄ nude portare poterāt aaronite. ℣ Tertio ponit dicti rō q̄re. s. ceteris in parabolis. vt videntes .id est reputantes se videre. non videant sm veritatē. Nam hec est vna causaz vt ex p̄missis patz. quare dñs in parabolis loquebat vt scz veritas occultaret indi-

gnis.ps. Oculos habēt ⁊ nō videbūt. Et audiē
tes id est. intelligere se putātes non intelligāt.
Audientes quidē verba exteriora sz interiorem
sententiā nō intelligētes. Possunt aūt hic p vi-
dentes intelligi phi mundi. qui volētes omia p
rōnē inuestigare. nō viderūt diuinitatez christi.
⁊ iō se credētes eē sapiētes. stulti facti sunt Ro. i
Per audientes vero pñt intelligi iudei qui au-
dierūt vocē christi. nec tñ verba ei⁹ intellexerūt.
ps. Nescierūt neqz intellexerunt. in tenebris am
bulant zc.

Tertia pars expositionis euangelij.

CXXXIX

Est autem hec pa
rabola. Semen est verbum
dei. Qui aūt secus viā. hi sunt
qui audiunt. deinde venit diabolus et
tollit verbū de corde eoꝝ. ne credentes
salui fiant. Nam qui supra petram qui
cum audierint cū gaudio suscipiūt ver
bum. Et hi radices nō habent. quia ad
tempus credunt. et in tempore tentati
onis recedūt. Quod aūt in spinis ceci-
dit hi sunt qui audierunt et a solicitu-
dinibus et diuitijs et voluptatibus vi-
te euntes suffocantur et nō referūt fru
ctum. Quod autem in terrā bonam. hi
sunt qui i corde bono et optimo audi-
entes verbum retinent et fructum af-
ferūt in patientia. A Tertia ps pnci
lis in qua ponit̄ pabole expositio. Et habz qnqz
pticulas Primo declarat quid est semē. Est
aūt hec pabola id est. hoc signat qd̄ infra subdi
tur. Semen ē verbū dei. Et hz cōuenient̄ ppter
sex ꝯuenientias quas habet semen ad verbum
dei. Primo semen materiale habet vim inchoa
tiuā. Est enī pmū plante et aīalis sm phm. Sic
verbū pmū est in ope spūale qꝛ fides est funda-
mentū spūalis edificij Heb. xi. Fides ē substan-
tia sperādaꝝ rerū zc. Et causat̄ ex auditu. Audi-
tus aūt p verbum christi Ro. x. Secūdo habet
vim dispsiuā. Oportet enī pmo vt semē manu
capiat̄. Deinde acceptū dispgat̄. Tale aūt ē ver
bum dei. qꝛ pmo manu capit̄ p obseruatiōem.
Deinde spgit̄ p pdicatiōez Ecc. xxix. Confirma
verbū scz manu opatiua ipm capiendo. ⁊ fideli
ter age cū illo. ipm deinde in ecclesia dispgendo
Tertio semen habet vim sibi similis pductiuaz
Sic ex verbo dei recepto in mēte opatiōes exte
rius generant̄. Quarto habet vim fructificati-
catiuaz. qꝛ fructus ex seminib⁹ nascunt̄. Et tale
est verbū dei Act. xij. Verbū aūt dei crescebat et
multiplicabat̄. Et Esa. lv. Verbū meuz qd̄ egre
diet̄ de ore meo. nō reuertet̄ ad me vacuū. Qui-
to semen habet vim refectiuā ⁊ nutritiuā. qꝛ de
seminibus fit panis. Similiter verbū dei nutrit
⁊ reficit Mat. iiij. Lu. iiij. ⁊ Deut. viij. Nō in so-
lo pane viuit homo sed in omni verbo quod p-
cedit de ore dei. Sexto semē habet vim penetra-
tiuam. Nā aliqua semina lapidem cauāt. Tale
est etiā verbū dei qd̄ ē penetrabilius omni gla-
dio Heb. iiij. B Secūdo exponit quid si-
gnificet via. Qui aūt secus viā id est. illi qui si-
gnificant̄ p semē cadēs secus viā. Vel sic. Qui
aūt secus viā sup. seminati sunt. Nā in corpali
bus tam semen seminat̄ qz ager. Similit̄ in spū
alibus pōt dici q seminat̄ verbū vt semen. semi-
minat̄ etiam auditor vt ager. Et iste sensus con
cordat cū verbis dñi Mat. xiij. vbi in expositio
ne hui⁹ pabole dicit. Qui aūt semiat⁹ est supra
petrosa zc. Sic hic. Qui secus viā. s. seminati
sunt. ꝯculcati ⁊ asportati a volucrib⁹. hi sūt qui
audiūt sed nō retinēt. quia deind̄ venit diabol⁹
⁊ tollit verbū de corde eoꝝ. quia facit illd̄ labi ex
memoria ne credētes salui fiant. quia sal⁹ est ex
fide Lu. vij. Fides tua saluā te fecit C Ter-
tio exponit quid significet petra. Nam qui su
pra petrā. Expone sicut prius. hi sūt qui cū au
dierint cū gaudio suscipiūt verbū. Hec enī sūt
pmordia diuini verbi gaudiū. s. mentis ⁊ exulta
tio. Et hi radices non habēt. Tres enī radices
sūt quib⁹ verbū dei in corde figit̄ firmū desideri
um. timor dñi. et fides. Causa aūt quare radices
nō habeant subdit̄. que est pporcionata cause p
uationis radicū in plantis. Plantatio enim in
stabilis ⁊ que sepe trāsplantat̄ radices fixas ha-
bere nequit. Similiter nec radicē spūalez habe
re pñt quos instabilitas spūs occupauit. iō sub
dit̄. Quia ad temp⁹ credūt et in tpe tentatiōis
recedūt. Multi enī sm Cirillū intrāt in eccl̄iaz
⁊ letanter audiūt diuina mysteria. sed ex leui vo
lūtate vt aūt egressi sūt ecclesiā obliuiscunt̄ sacra
rum disciplinarum. Et si fides christiana nō flu
ctuet pmanent. turbante vero psecutiōe pfugaz
habēt mentē quia fides eorū caret radice. Item
multi sm Gre. bone opationis initia pponunt
sed mox vt fatigari aduersitatib⁹ vel tentationi
bus cepint īchoata relinquūt. Item multi ad v̄
bum pdicatiōis semen castitatis in mente cōci
piunt p bonum ppositū. qd̄ si radices nō fixerīt
adueniente carnis tētatiōe labunt̄ in peccatuz
Item sm glo. Multi audientes disputationez
cōtra auariciā vel luxuriā. dicūt ꝯtemptores se
culi et castos hoīes eē beatos. Sz vbi spēs ꝯcu
piscibiles eoꝝ obtutib⁹ pñtant̄ mox recedit ab

eis q̄dq̄d boni cōceperint. Et hoc ī qz radices nō habēt. Tēptatiōe enī pbatur si verbuz dei radices fixerit. sicut impetu vētoz apparet si arbor sit bene radicata ¶ B Quarto exponit qd significent spine. Quod autē in spinis cecidit hi sūt qui audierūt. Tūc cōstrue. Et euntes .scz a loco p̄dicatiōis ad mūdana. suffocant a solicitudinib⁹ .que iportāt auarā acq̄sitionē. z diuitys .q̄ noiant auarā cōseruationē. z voluptatibus vite .q̄ importāt lasciuam z voluptuosaz fruitionem. Et habēt se hec tria p ordinem. qz p mū p̄ducit fm. Quia p solicitudies cōgregant diuitie Prouerb.x. ¶ Sanus robustoz z solicitoz diuitias parat. Et ecōtra egestatē opata est manꝰ remissa. vt dicit ibidē. Secūdū vero p̄ducit tertiū .s. diuitie voluptates Hiere.vj. Saturati z recalcitrati sūt atq; mechati. Sed Greg. dicit q diuitie p curā mentē op̄primūt z p affluētiam resoluunt. Et sic primū et tertiū causant a secundo. Et hec tria suffocāt semen fm eū dē Gre. Quia importunis cogitatiōib⁹ guttur mentis strangulant. z dum bonū desideriuz intrare ad coz non sinūt quasi aditū vitalis flatus vetant. ¶ Et nota q diuitie dicunt spine qz pū gūt aiaz in mundo z iudicio et inferno. In mūdo triplex est p̄ctura .scz laboris in acq̄sitōe. timoris i possessione z doloris in amissiōe. In iudicio etiā p̄gunt mentē q̄n dicet dñs auaris. Esurui z non dedistis mihi manducare. sitiui z non dedistis mihi bibere ¶ Mat.xxv. Iste punctureē sūt ita pe noſe q ipi auari quasi cupiāt nō eē. quia dicent montib⁹ cadite sup nos z collibus coopite nos Lu.xxiij. z Apoc.vj. In inferno etiā iste spine p̄gent aiam ppetuo cruciatu. ¶ E Quīto exponit quid significet bona terra. Quod aūt in terrā bonaz hi sūt qui in coꝛde bono .p naturā Gen.j. Vidit deꝰ cūcta que fecerat z erāt valde bona. z optimo .p grām Heb.xiij. Optimū est enī grā stabilire coꝛ ¶ Aliter. bonū ē coꝛ qō intendit audire verbū dei vt intelligat. optimū qō intēdit fm illud opari. Audiētes verbū .triplici aure supza dicta. cōtra eos qui etiaz nec aure coꝛpis illud dignant audire. Retinēt .i memoria. quia aliter nihil p̄desset sic nec cibꝰ rejectus Un Greg. Uerba dei que aure p̄cipitis mente retinete Cibus enī est sermo dei. et quasi acceptꝰ cibus stomacho languēte reiicit. qui audit⁹ sermo in ventre memorie nō tenet. Ex q̄squis alimēta nō tenet p̄fecto de eius vita desperat. Et ne ergo mortis p̄culū formidate si cibum scē exhortatiōis accipitis. sed vel ba vite z alimēta iusticie in memoria nō tenetis. Et fructū affert .alij centesimuz alij sexagesimū alij tricesimum. vt supplet in matthēo. In patiētia .idē vsq; ad finem expectādo. sicut agricola expectat fructuz terre patientē vsq; ad tēpus maturitatis. Unde Greg. Terra bona p patiētiā fructuz reddit. qa nulla sūt bona que agim⁹ si nō equanimit etiā primoz mala toleramus ¶ Et aduerte q terra bona habet p̄dicatiōes penitus op̄positas aliis in quibus cecidit semen. Qz enī hi audiētes vbuz retinēt ē cōtra eos qui sūt secus viaz. z venit diabolus et tollit verbū ō coꝛde eoz. Qz aūt fructū afferūt sanctaz .scz opationū est cōtra eos q sūt spine suffocātes dei verbū. Qz vo hoc facūt in patientia est cōtra eos qui supza petrā. qui ad tēpus credūt z in tpe temptatiōis recedūt. Rogem⁹ ergo dñm vt det nobis sic audire diuinū vbū vt fructū eterne vite cōsequamur.

¶ Sermo de eadē dominica. CXL

Exijt qui seminat semināre semen suū ¶ A Quia vt dicit btūs Aug⁹. in sermōe. Añ chri stia aduentū desertus fuit hic mūdus ab omi cultura fidei z amoꝛis dei. z pcōꝛuz spinis oblitus squalebat tanq̄z ager incultus. z penit⁹ nullam bonoꝛ opez fecūditatem attulerat. nullū hymbrem gratie spūalis excepat. Mirū. quia nullus agricola fuit in mūdo qui agrum hmōi desertum et squalidum excolere sufficeret. et qui semina opoꝛtūa haberet. Propter quod celestis agricola deus pater de quo ipe filiꝰ ait Joh.xv. Pater meus agricola est. misit filiuz suum. qui secum semina celestia afferret. z a grū istuz excoleret et seminaret. Et hoc ē quod dicit in themate assūpto. Exijt qui seminat seminare semē suum .In quibus quidē verbis tria innuuntur. Primū est seminatoꝛis vniuersalis causalitas .Exijt qui seminat seminare. Secūdū ipsi⁹ seminis spūalis vtilitas .Semen suū .Tertiuz ē agri varia dispositio z qualitas .Et dū semiat aliud cecidit ꝛc ¶ Circa p̄mum ē sciendū q deꝰ pater qui ex naturali fecūditate sua non potuit eē sine germine vt dicit Dion. Ab eterno seminauit in agro pectoꝛis sui germen verbi eterni z spūs sancti. quod moꝛ ita pfecte fructificauit q totam seminantis naturā sibi p oīa idemtitauit. Et hoc est germen dñi quod ē in magnificētia z gloꝛia Esa.uij. Nam germen illud ē equalis magnificentie et gloꝛie cū suo seminatoꝛe. et in eodem germine simul exoꝛta sūt semina oīm creaturarū quātū ad rōnes formales .scz ideas in verbo. Et p̄m hoc deus pater seminādo vbū suū seminauit et oēm creaturā. Et in hac semiatione pat nō exijt sed intus mānsit q emanatiō est

rōnalis vel intellectualis.7 sic illuminant̄ hoīes et intelligentie. Et ꝑm hoc verbū eternū dicitur lux hoīm Joh.j. ¶ Tria enī dicunt̄ de vbo eterno. Primo q̄ oīa sunt vel habēt eē in verbo Vñ dicit̄. Omnia ꝑipm facta sūt. Secundo q̄ omnia sunt vita ī verbo. Vñ dicit̄. Quod factū est in ipso vita erat. Tertio q̄ vite nature rōnal' est in verbo spēaliter quedā lux. Vnde dicit̄. Et vita erat lux hominum. De hac varia ptcipatione diuini luminis dicit Dionysi. de diuinis no. Lumen simplicissimū quāuis nō valeamus intelligere quō tam multi tam varie ptcipent. Ita tñ eē certū est. Sicut omnia iaīata ptcipāt eē eius 7 non vitam. plante vero eē 7 vitaz et nō sciam. Alia vero esse vitam 7 sciētiaz sensitiue 7 nō intellectiue. Demones vero 7 mali hoīes eē viuere et itelligere nec tñ bene eē vel beate. qō ptcipāt iusti hoīes et aīe celestes. 7 tñ sūme vnū 7 ipi summe sapiētie sūme indistinctū sunt eē. viuere. scire. bonitas 7 beatitudo ¶ Quia igitur in hmōi ifluxu diuini luminis inter res creatas anima singularem obtinet ꝓgatiuaz. vt pote ipa diuini luminis imagine ꝛsignita. iuxta illud ps. iiij. Signatum est sup nos lumē vultꝰ tui dñe. Hinc est q̄ ex isto essentiali lumine aīa reddit sūme cōmendabilis. Jō hāc singularitatem diuini luminis in anima euangelista explicare voluit cum dixit. Erat lux vera que illuminat omnē hoīem. Omnē inquit hoīem. nō omnem creaturā. q̄z q̄z et oēs creaturas illuminet suo modo sz nō sicut hoīez. Et quia quātū cūq̄z illud lumen eēntiale in anima sit nobilioꝛ mō ifluxum. ipa tñ aīa recipit hmōi influxum valde diminute 7 q̄dammō fracte. ꝑ quātō in ipa valde defectiue repñtat̄ imago trinitatis. dicēte beato Aug̃. Nō maioꝛ est ibi dissimilitudo q̄z similitudo. Nam ab eius pfecta repñtatione deficit oīs creatura. Hinc ē q̄ istud lumen cōpat̄ lumini fracto. quia nō pfecte recipit̄. sz ꝓpter materie incōgruentiam refrangit̄ in latus 7 obliquat̄ a recto incessu pfecte repñtatiōis. Talis enī rectꝰ incessus diuini luminis soli verbo cōpetit. q̄ō ē splēdoꝛ paterne glorie et imago dei patris. Anima aūt rōnalis et si sit quedaz relucentia diuini splendoꝛis et sit ad imaginē dei. nō tñ est splendoꝛ nec ipa imago que verbum Sicut quidam delirantes sentire vidētur ponentes quiddā increatum in anima nostra. ¶ Et in hoc apparet refractio diuini radij in anima nostra. q̄a est ad latus ꝑm angulum cuiusdā esse creati. Nō aūt directe reflectit̄. quia anima ꝑm illud lumen essentiale nō redit ꝑ essentiā in suum ꝓncipium vt quidam false imaginant̄. sed hoc cōpetit sibi ꝓpationem intellectualē. Vnde sicut splēdor refractus ab aqua relucens in piete. nō est ipse radius solis. sed est quedā splendentia vel similitudo ab ipso splendoꝛe deriuata. Et sicut colores apparētes in iride nō sūt ipi radij in nube intercluſi. sed est quedaz resplendentia ex refractōne radioꝛum ab ipis nubibus ex varietate vapoꝛū ꝑm spēs elemētoꝛum in ipis nubib⁹ receptas aggenerata. Sic ania rōnalis non est ipe splēdoꝛ diuinus. nec ipa imago dei sed est quedā ptcipatio vel similitudo ex splendoꝛe paterni luminis refulgens. seu quedā. vt ita dicaz. expssio diuini imaginis resultans ex illa pfectissima impssiōe patīni imaginis in verbo suo coeterno. De hac refractiōe radij dicit Dion. y. in de an. hierarch. Distributio solaris radij habet distributiuam manifestationē obscurioꝛē. nō ex defectu radij. sed ex importunitate. i. incōgruentia 7 incapacitate materiaz illuminataz. Sic lumen diuinuz subradians copiosius 7 clarius hauriūt qui sūb lumi⁹ extendunt̄. 7 idem lumen distrahit̄ et subtrahit̄ ꝑ cōtractionem 7 incōgruentiā illūiatoꝛ ¶ Aliud lumen est reflexū quod scz a coꝛpoꝛe denso 7 polito reflectit̄ sicut in speclo 7 aliis coꝛpibus politis Et differt hoc lumen a lumine refracto. quia refractio fit ad alteruz latꝰ ꝑm aliquem angulum. Reflexio aūt fit ad ꝓcauū sine aliquo angulo. Huic assimilat̄ lumen intellectuale. quod est duplex scz naturale et supnaturale. Ad cuiꝰ euidentiam est sciendū. q̄ sicut deus influit nature coꝛporali duplicem motū. Vnum scz ppꝛium 7 naturalem. alterū quo sequit̄ motum coꝛpoꝛ supioꝛū. Exēplū in speris inferioꝛibus respectu ꝑmi mobilis. 7 in coꝛporibus elementaribus respectu coꝛpoꝛ celestiū. Sic naturе intellectuali influit duplex lumen Vnū naturale quo motu ppꝛio cognoscit ea que subsunt naturali cognitioni. Aliud supnaturale q̄ sequitur motum nature intellectualis supioꝛis. In q̄ sibi reuelant̄ ea ad que vi luminis naturalis attingere non sufficit. De quo lumine istud ps. xxxv. Et in lumine tuo videbimꝰ lumē. Et vtrūq̄z hoc lumen intellectuale cōpat̄ lumini reflexo ꝑ quātō ꝑipm mens q̄si reflectit̄ in suū ꝓncipiū a quo effluxit. Juxta illud ꝓcli. ꝓpositione. xxxj. Omne pcedens ab aliquo ꝑm eēntiam conuertit̄ ad istud a quo pcedit. Nō intelligendū ē de cōuersione intellectuali in habētibꝰ vtutem intellectiuam vt ibidē subdit ꝓpositiōe. xxxix. Et hꝰ reflexio habet fieri tā in lumine naturali q̄z supnaturali. sed immediatius in lumine supnaturali. In lumine enī naturali fit reditio in suum ꝓncipium ꝑ multa media trāseundo. videlicet q̄

p circulū creaturarū Scom quē sensū pōt intelligi illud pcli.ppositiōe.xxxiij. Oē pcedēs abaliquo et cōuersum circularem habz opatiōez. qa videlicet transeundo circūferentiā creaturaruz motu intellectuali redit ad pūctuz a quo exiuit Juxta illud Ro.j. Invisibilia dei a creatura mūdi pea que facta sūt intellecta cōspiciunt. Nec etiā in lumine supnaturali qō supinfundit aīe fit reflexio īmediata ad cōtēplationē eēntie diuine fm cōmunez legē viatoz. Sed fit hmōi reflexio mediātibus aliquib9 specieb9 imaginarijs vel intelligibilib9. Vñ apl'us in epl'a hodierna.j Coz.xiij. Videmus nūc p speculū in enigmate tūc aūt facie ad faciē. ¶ Quod figuratum est in illo cōtemplatore Moyse de q̄ legit Exo. .iij. Oz cū ipe minasset gregem ad interiora deserti.apparuit ei dñs in flamma ignis de medio rubi. Vñ eni aīa gregem ad interiora deserti munauerit.i.oēs vires ad interiora mentis recollegerit.tūc de medio rubi.i.mentis amorose bene in se recollecte.apparet flāma ignis.id est scintilla diuini luminis illuminās intellectū z inflammans affectū.ex quo puenit aīa ad cōtemplatōnē verbi ei'ni Vñ moyses mox cōpto oraculo dixit. Vadam z videbo visionē hanc magnā. Sic anima cōpto diuino lumine.vehementi inflamma adulteriore cōtemplatiōez. Quia q̄ magis deū in cōtemplatione vidēm9 eo magis ad apprimandū sibi z untimi9 eū cōtemplandū accēdimur. Vñ btūs Aug9. in fine libi de trinitate dicit in oīone. Querā faciem tuā.tu da querendi vires qui inuenuri te fecisti z magis magisq; inueniendi te spem dedisti. Ez quātūcūq; deus inueniat in hac vita.nūq; tñ ptingit aīa ad nudam visionem diuine essentie. Propt qō moysi pgenti ad vidēdū dictū est. Nō appropies huc. solue calciamentū de pedibus tuis Exo.iij. In quo figuratū est q̄ ad visionez dei nudam.aīa approquare nō sinit nisi soluto calciamēto h9 mortalis corpis. Vñ sponse in cōtemplatiōe deum videre sata genti ipemet dicit Can.v. Auerte oculos tuos a me.quia ipi me auolare fecerūt Ubi dicit Greg. Oculos ad sponsū tendimus dū untimū mentis ad videndū eū aliquātulum apim9. Sed oculos auertere pcipimur ne eum aspicere sicut ē quātūcūq; videam9 arbitremur Ipi eni eū auolare fecerūt. Quia quo magis videt eo amplius inuisibilis esse cognoscit et a nobis auolat. Quia q̄ntocūq; ictu mētis appbēs9 incōprehensibiliter sup omnē conatū nostrum se exaltatū esse manifestat. Juxta illud ps. Accedz hō ad coraltū z exaltabit deus. Exemplz familiare est i auicula que aīi pueros eā cape volentes volat.z quāto plus insequunt tanto longi9 et altius auolat. Sic hic. Verbū igit eternuz ut nobis hic est visibile in medio quodā ē. p̄q̄nto ad finem.id est.pfecte cōprehensibile non ē. In patria aūt vbi adimplebit nos leticia cū vultu suo sūt delectatiōes in dextera sua vsq; in finem vt dicit in ps. Interim aūt mens deuota se tenet ad istud mediū vbi bibat d̄ fonte diuini luminis quātū sibi diuina largitas dispensauerit. d. cū Aug. sup Can. O me felicē si luce diuina aīa mea.fm oē ipsius intelligibile splendeat vt videat quod videre pōt.z sicut videri illud solum delectat.qō solum magnificat qō solum venustate deum creatorem meū. ¶ Tertiū lumen est directū qō videlicet nō inuenit materiā inobedientem vel resistentem.sed trāsit z penetrat libere corpus illuminatum z facit opationes perfectas sicut in aere z alijs corporibus trāsparentibus. Hunc assimilat lumen spūale scz lumē grātū facientis. Qō ideo spūale dici pōt.q; illustrat et eleuat spūm mentis nostre ad cōformitatem spūs increati. Juxta illud apli.j. Corint.vj Qui adheret deo vnus spūs est cum illo. Et differt hoc lumen a lumine intellectuali p̄dicto supernaturali. Qz illud respicit gratiā gratis data tam. Vñ plerūq; dat etiā malis. istud vero etiā respicit gratiā gratū facientem z non dat nisi bonis vel saltim efficit bonos. Item illud pficit potentias anime ad cognoscendū diuina vltra vires naturalis rōnis. Istud eleuat essentiā anie ad cōformitatem diuine assimilatiōis z p̄ñs ad agendū supnaturaliter ea que ex puris naturalibus agere nō valeret. Vel fm alios. illud perficit intellectum ad cognitionem. Istud perficit affectum ad amorem z dilectionem. vñ de vtroq; isto lumine dicit Dion y. de diuinis noīb9. lumen diuini radij nō solū est splendidū z intellectualibus visionibus pulcrū. hoc quantū ad lumen intellectuale. sed z dulce pijs affectib9 ad gustandū. quantū ad lumen spūale. vtrūq; igit lumen tam intellectuale q̄z spiritale supnaturaliter infundit aīe in auxilium ad cognoscendum finem suū ad qō p se nō sufficeret ¶ Sed diceres quare deus apud se reseruauit auxliuz homnis tā ad cognoscendū q̄z ad agendum ea que sibi sūt necessaria ad cōsecutionem finis sui vltimi z nō potius dedit ea homini vt ea in seipso haberet sic̄ ceteris creaturis dedit auxilia eis opportuna. Ad qō dicendū q̄ hoc iō fecit deus vt homo spa deo auxiliū postulet. Nec ip̄m aliq̄n cōtemnat qō de facili faceret si ex puris naturalibus sibi oia sufficerent Et hoc est quod dicit Chrys. exponēs illud Matth.vij. Petite z dabitur

bit̃ vobis. Omnē inquit creaturam sensibilem armatā ⁊ munitam creauit. Alios enim muniuit velocitate pedū. Alios vnguib⁹. Alios pennis. Alios dentibus. Alios cornibus. Hoiem aūt solū sic disposuit vt virtus illi⁹ sit ipe. Et in eo ꝙ infirmiorē eū fecit oībus eo ipo fortiorē voluit eē in se. Naz sciens deus ꝙ cognoscere ⁊ colere deū vita eterna est. ignorare aūt et cōtemnere ꝑditio est sempiterna. nec ita infirmū euz creauit vt omnino nihil boni facere possit. ne quez sup oīa ⁊ ꝓpter quē omnia faceret oībus inueniret̃ eē deterior. nec ita potentem eum creauit vt etiā sine dei auxilio ex se facere possit quod vult. vt infirmitatis sue necessitate coactus. semp reuereri habeat dñm suum. Si enī omnis virtus hominis in deo est ⁊ tñ cōtemnit oīm bonoruz autorem. quāto magis negligeret eum. si potentia ei⁹ esset in seipo. Hec Chrysosto. Sic igit̃ patet quare deus reseruauit in sua volūtate lumē gratie. Uñ de isto lumine dicit̃ Col. j. Grās agētes deo et patri qui nos dignos fecit in ꝑtem sortis sanctorū in lumine Ubi dicit glo. Q, ī lumine gratie deus fecit nos dignos in ꝑtem sortis sanctorū. in ꝑticipationem hereditatis que sanctis dat̃ sorte. id est. diuina volūtate. Volūtate enī dei in humano genere sors est. apud quem non est iniquitas. sed omnia facit ꝑ iusticiam ⁊ sibi occultam. Istud lumen cōpat̃ lumini directo. ꝓ quāto ꝑ illapsum suū penetrat aīaz absqz omni rebellione et resistentia imo cū totali affectus vnione. Nam ꝑ istud lumen deus influit aīe quādā deiformitatem. ⁊ quādā formalez assimilationē ad naturā diuinaz. sicut aer accipit quandā similitudinē formalis claritatis ad ipsum solem. ex eo ꝙ illustrat̃ lumine ipsius solis. Quā vniformitatem nobis cōcedat omīpotēs pater q̃ viuit ⁊ regnat ꝑ oīa secula seculoꝝ amē.

Expositio euāgelij dominice prime in quadragesima. CXLVI

Ductus est iesus in desertuz a spiritu vt temptaretur a diabolo. Et cū ieiunasset quadraginta diebus et quadragīta noctibus postea esurijt. A Solēt pugnaturis. famosorū exempla ꝓponi victorum. vt ex hoc ad pugnā fortius animent̃ Et quia hodie est p̄ncipiū quadragesime que est temp⁹ penitentie. ꝑ quā cōflictum cum diabolo inimus dicēte leone papa. Quo boni aliquid facimus inde iram demonis acrius ꝓuocamus. Idcirco pñs euangelium hodie in ecclesia legit̃. ī quo ꝑmaximi victoris ⁊ triūphatoris dñi nostri iesu christi exemplū nob̃ ꝓponit̃. qualiter ipe cū hoste temptatore suo viriliter dimicauit. ⁊ q̃z gloriose triūphauit. vt ꝑ hoc ⁊ nos animemur ⁊ ad dimicandum cōtra nostrū aduersarium instruamur. christi enī victoria nobis est in adiutoriuz ⁊ in exemplum. s̃m Aug. iiij. de trinitate. Istd̃ ergo euangeliū habet tres ꝑtes. In prima describit̃ qūo saluator noster pugnā est ingressus. In scd̃a oñdit̃ qualiter hostis est eum aggress⁹ Ibi [Et accedens temptator] In tertia ponit̃ qualiter hostis ab eo victus est ⁊ oꝓpressus. Ibi [Tūc reliquit eum diabolus] Circa p̄mum est sciēdum ꝙ diabolus ad temptandū christū occasionez sūpsit ex tribus. scz ex tpe. loco ⁊ ieiunio. Ex tpe. quia post baptismum. ex loco quia in deserto. ex ieiunio scz. xl. dierum Et s̃m hoc euāgelista in p̄ma ꝑte tria facit. Primo innuit de tēpore dicēs [Tūc iesus ductus est a spū] [Tūc] id est. statim post baptismuz. de quo euangelista ī mediate premiserat. Unde vbi Matthe⁹ dicit [tunc] ibi Marcus dicit [⁊ statim] referens h̃ ad temp⁹ quo recent̃ baptizatus fuerat christ⁹ Et hoc tempus fuit diabolo vna occasio euz tēptandi. Quia vt dicit Hylarius. Temptat̃ statim post baptisma dñs. temptatiōe sua indicās in sanctificatis nobis maxime diaboli tētamenta grassari. quia victoria magis ē ei exoptata de sanctis. B Ex quo habetur documentuz. ꝙ si quis post baptismū vel etiā arreptū noue ⁊ sancte cōuersationis studium fortiores tēptatōnis cōflictus sustineat. bonū indicium est. Dic̃ enī Chryso. in omel. Quisquis p⁹ baptismum maiores sustines tēptatiōes ne turberis. Et enī ꝓpter hoc accepisti arma nō vt vaces. s̃z vt prelieris. Iō aūt tētatiōez a te deus nō ꝓhibet. Prīo quidem vt discas quoniaz multo fact⁹ es fortior. Deinde vt magnitudine donoꝝ ne extollaris Tertio vt diabolus exꝑiētia cognoscat ꝙ perfecte ab eo abscessisti. Quarto vt ꝑ hoc fortior reddaris. Quinto vt crediti tibi thesauri signuz accipias Neqz enī diabolus sup̄ueniret tibi ad tētandū. nisi te in maiori honore effectum videret Hec Chryso. Et nota ꝙ christ⁹ fuit tētat⁹ statim cum fuit baptizatus. qñ a patre fuit fili⁹ nūcupatus. qñ spūs in colūbe specie sup eū māsit. qñ celos aptos vidit. qñ. xl. diebus ieiunauit. vt ꝑ hoc daret̃ intelligi. ꝙ diabol⁹ p̄cipue illos tentat in quib⁹ aliq̃d boni singularis cōspicit. Si ergo quis tētat̃ nō ꝓpter hoc est min⁹ baptizatus vel minus a peccatis mūdat⁹. imo indiciū est ꝙ magis. Nec eo min⁹ ē diuina filiatiōe dignus. sed signū est ꝙ magis. Similiter nec ꝓpt̃ hoc est min⁹ celo dign⁹. imo magis. Nec min⁹

suū ieiuniū vel alia opa sua bona sunt deo acceptа. imo indiciū est q̄ magis. imo etiā in his oībus deus faciet cū temptatiōe. puentū. j. Cor. x.

¶ Circa hoc q̄ dicit hic. Ductus est ies⁹. quer̄unt tria. Primo quer̄it a quo spū sit duct⁹. Ad q̄d dicendū. q̄ ille spūs absq; dubio eius duxit cui⁹ virtute facta fuerat eius cōceptio. et qui in specie colūbe mansit sup eū. Esa. lxij. Spūs dñi ductor eius fuit. Unde Greg. Vere et absq; vlla questione cōuenienter accipit. vt a spū sācto ductus credat. vt illic eū suus spūs duceret. vbi hūc ad temptandū malignus spūs inueniret.

¶ Secūdo quer̄it. qualiter fuit duct⁹. Nam ex hoc videt minus spontaneus. q̄d exp̄sse signat Mar. d. Expulit. Dicendū ꝑm Hiero. q̄ ductus est nō inuitus aut captus sed volūtate pugnandi. Non enī solū. vt dicit Chrysosto. duct⁹ dicit qui alicui⁹ ptāte ducit. sed etiā ille q̄ exhortatiōe placat. sicut scriptū est de Andrea. q̄ inuenit simonē fratrē suū et adduxit eum ad ies̄ū Joh. j. Sic hic verbū expulsionis vel ductionis nō importat violentiam sed amoris vehementiā. ¶ Tertio quer̄it de diuersitate euāgelistar. Mā vbi Mar. dicit. Ductus est ies⁹ a spū. Mar. dicit. Expulit eum spūs. Lucas vero dicit. Agebat a spū. Que rō diuersitatis. Ad hoc pōt dici. Uno mō. q̄ ad ꝫ posuerūt verba diuersa. vt intelligamus opa trinitatis indiuisa. Mā quis ducit ꝑ sapientiam. q̄d cōuenit filio. expellit ꝑ potentiā. q̄d cōuenit patri. agit ꝑ bonitatē q̄d cōuenit spūi sc̄o. quia agit in nobis opa bona. ¶ Alio mō sic. Idem spūs sanctus aliquē ducit ꝑ rōnes. expellit ꝑ tribulationes. et agit ꝑ pmissiones et cōsolatiōes. ¶ Vel quia p desertū intelligit religio vel status pnie. ad quā quidā ducūt. qui sc̄z ab alijs inducūtur. Quidā expellunt e seculo ꝑ pſecutiones vel infirmitates vel pauptates vel alias tribulationes. q̄ bus ad ingressum religionis cōpellunt. Quidā vero agunt qui videlicet ad talem ingressū nemine inducēte vel suadente. nulla necessitate vrgente. sed sola diuina inspiratiōe int⁹ opāte mouentur. Vel sic. Quicūq; ingredit religionē debet eē ductus arbitrij libertate. quā importat v̄bum ductionis ꝑm Hiero. Nec istam libertatē tollit spūssancti ductio. quia vbi spūs dñi ibi libertas. j. Cor. iij. Itē debet eē expulsus timore diuine iusticie. Ecc̄. j. Timor dñi expellit peccatuz. Itē debet eē actus aut agitatus amore diuine filiationis vt cōputet̄ inter filios dei. Ro. viij. Qui spū dei agunt hi filij dei sūt. ¶ Secundo euangelista exp̄mit de loco tēptatiōis cū addit. In desertuz. Hoc desertum accipit̄ triplicater Uno mō historialiter ꝑm glo. Adhrām enī istō desertū est inter hierusalez et hiericho. vbi morabant latrones. qui locus vocat̄ Dorobanra sanguis. ꝓpter effusionem sanguinis quā ibi latrones faciebant. vbi homo ille descēdēs a hierusalem incidit in latrones vt dicit Lu. x. Et vbi sedechias fuit a caldeis captus. iiij. Reg. vlti. Et iste locus fuit aptus tēptationi. quia nō erat frequētatus ab hoibus ꝓpter timores latronū. Alio mō desertū accipit̄ generaliter ꝑ quolibet loco solitario. locus enī solitarius est magis aptus tentatiōib⁹ vt dicit Basilius et Chryso. Uñ diabolus tūc maxime se ingerit ad tētandū cū vidērit aliquos solitarios. Et iō ꝑmā mulierem cuz inueniret eam solaz sine viro. tētauit. Uñ et anachorete et solitarij validissime a demone impugnant̄. vt patet in vitis patrū. ¶ Tertio mō desertum appellat̄ oē opus bonū quod est extra finem carnis et mūdi. Uñ dicit glo. interli. Non tentatur a diabolo nisi qui ad desertū exierit. id est. bono studere cepit. Inde est q̄ dicit Chrysosto. Qz nō solum christus ductus est in desertum a spū sed et oēs filij dei habentes spūm sanctū. Nō. n. sunt cōtenti sedere ociosi. sed spūssanctus vr̄get eos aliq̄d magnū appēdere opus q̄d esti desertо quātū ad diabolū. quia nō est ibi iniusticia qua diabolus delectat̄. Dē etiam bonū ē extra carnē et mūdū. quia nō est ꝑm volūtatē carnis et mundi. Et ad tale desertum oēs filij dei exeunt vt temptent̄. ¶ Deinde ponit̄ cā qua re christus duct⁹ est in desertū. vt temptaretur a diabolo. Sciebat enī christ⁹ q̄ diabolus valde desiderabat eum tēptare et ipe voluit ab eo tēptari ꝓpter causas infra scriptas. Sed sicut dicit Chryso. diabolus qui ad ceteros homies vadit vt temptet eos. aduersus christum ire nō potest. Jō christ⁹ cōtra diabolū ꝑmo ꝓcessit in cāpum pugne sc̄z in desertū. volens eum ꝑ hoc ad pugnā ꝓuocare. Sed tñ vt idē Chrysosto. dicit. Nos infirmi nō debemus hoc trahere in exemplum. vt ꝑsumam⁹ nos sponte tēptatiōibus exponere. quia nostra temptatio est piculosa. nisi forte aliqui valde ꝓfecti de diuina grā cōfidētes hoc facerēt. vt ex luctamine magis virtus in eis ꝓficeret. Sicut legit̄ in vitis patruz de Abbate pastore. q̄d tñ nō est ꝑsumendū ab imꝓfectis. Et nota q̄ christ⁹ nō ꝓcessit ad pugnā nisi duct⁹ a spūsc̄o. qui quos replet ad pugnam facit fortes. Sine hoc spū qui ad pugnam vadit cito cadit. vt dicit glo. interli. ¶ Sed quer̄it quare christ⁹ temptari voluerit. Ad quod dicēdū. q̄ sex ex causis tētari se sustinuit ꝑm sc̄os. ¶ Prima est vt ꝑ suā temptationē nos a nostris liberaret. sicut ꝑ

suã mortẽ nos ā nostra liberauit. Et hanc rõnẽ assignat Greg. ¶ Secũda est. vt cautos nos faceret. ne scz aliqs quãtũcũqz sanctus psumat ō se quasi de temptationibus sit ummunis. Ideo christus voluit post baptismũ z accepto spũscõ temptari. vt ostẽderet q sanctificatis maior pugna incũbit. Hanc rõnẽ assignat Hylarius sup Mat. ¶ Tertia vt nobis exemplũ pugnãdi daret. z vt eẽt mediator. nõ solũ p adiutoriũ sz etiã p exemplũ. Hãc rõnẽ tangit Aug⁹. iiij. de trinitate. ¶ Quarta est vt nemo turbet̃ de temptationibus pter spem irruẽtibus. dũ etiã christũ videt temptari. Et hec ratio ẽ Chrysо. ¶ Quinta ẽ vt ipe vincẽdo diaboli virtutẽ z audaciaz reciperet. ¶ Sexta vt nobis de sua mia spem faceret. Quia hõ temptatus faciliꝰ miserẽt z cõpatitur tẽptatis. Hãc rõnẽ tangit aplus Heb. iiij. d. Nõ habemus pontificẽ qui nõ possit cõpatiri firmitatibus nostris. tẽtatũ p omnia p similitudine absq peccato. Et subdit. Adeamꝰ ergo cũ fiducia ad thronũ grẽ eius vt misericordiã cõsequamur et grãm inueniamus in auxilio oportuno ¶ Est aũt sciendũ q cũ sm Gre. tẽptatõ tribus modis agat̃ scz suggestione. delectatione. z psensu. christꝰ p suggestionẽ tẽptari potuit. suggestionẽ inquã extrinsecã. que est a mũdo z a diabolo. sed nõ p suggestionẽ intrinsecam que est a carne. q caro nõ allitiebat eũ ad aliqd inordinatũ. Per delectationẽ aũt z psensũ nullo modo ipius mẽs potuit inq̃nari. Sola extrinseca suggestio nõ est peccatũ. Delectatio vero sola peccatũ est veniale. Sed cõsensus etiã in ipsaz delectationẽ peccatũ mortale est sm Aug. Igit quia christꝰ nullo mõ peccare potuit. ideo tẽptatio qua ipe temptatus est pmo mõ intelligẽda est. nõ autez aliis duobus modis. Et hoc est qd dicit Gre. q oĩs illa diabolica tẽptatio christi foris non intus fuit. ¶ G Tertio euangelista ponit tertiã occasionẽ tẽptatiõis scz ieunium. d. [Et cũ ieunasset] Ubi de ieunio implicat tria ex quibus diabolus sũpsit occasionẽ eũ tẽptandi. Primo dicit̃ q ieunauit. Si enĩ ex quolibz bono ope nostro diabolus contra nos puocat̃ ad pugnã vt dictũ ẽ. et ieiunũ inter bona opera magnũ reputat̃. patet q p hoc q christꝰ ieiunauit diabolũ cõtra se puocauit. Scõo dicit̃ q ieiunauit. xl. diebus z. xl. noctib⁹. qd hoĩm natura nõ recipit. p qd õndit se esse filiũ dei. Et hoc expetiri semp cupiebat diabolus. Et ppter hoc eum temptauit. Unde dicebat [Si filius dei es zc.] Et si dicat̃ q moyses z helyas tãtũdez ieiunauerint q tñ erant puri homies. hoc soluit Chrys. dicẽs. q illi ieiunantes esuriẽ sustinebãt christꝰ vero illo toto tpe nõ esuriit. Item illi alteri⁹ virtute sustentabant̃. christꝰ vero ppria. Ideo pres eni ieiunauit angelico alloquio cõfortat⁹ Exo. xxxiij. Helyas etiã in fortitudine cibi angeli ambulauit p. xl. dies vsq ad montẽ dei oreb. duz fugeret a facie Jezabel. iij. Reg. xix. Jesus vo nullũ solacĩ habuit exterius neq sermonem angeli neq cibum. sed habet intus qui sustinet ne deficiat p humanã fragilitatem. Tertio dicit̃ q postea esuriit. et p ꝑ diabol⁹ etiã ad temptandũ eũ cõcitabat̃. Quia sicut dicit Chrysо. Sciebat dñs cogitationẽ diaboli. quia volebat eum tentare. Audierat eni q christus natus esset in hoc mũdo. angelis pdicantibus. pastorib⁹ referentibus. magis querẽtib⁹ z Joẽ oñdẽte. Uñ dominus pcessit cõtra eũ nõ quasi homo nec quasi deus. sed magis quasi de⁹ et hõ. Nã p. xl. dies nõ esurire nõ erat hois. Aliqñ aũt esurire non erat dei. Unde si nec postea esurisset diaboli spes tẽptandi extincta fuisset. z sic christi victoria ipedita fuisset. Si eĩ ille nõ certasset. nõ iste vicisset ¶ Queritũ quare christus ieiunauit. Dicẽdũ q ppter quattuor rõnes ¶ Prima ppter peccati nostri remediũ. Dixerat enim in psona sua. ppheta in ps. lxviij. Opprobria exprobrantiũ tibi ceciderũt sup me. Et opui in ieunio aiamã meã. Uñ leo papa. Jeiunauit christus qui peccatũ nõ habebat. z tu christiane nõ vis ieiunare qui peccas. ¶ Secũda vt nobis ieiuniũ psecraret. Sicut eni baptizatus fuit. nõ vt baptismus eũ mũdaret sed vt ipe nobis baptismũ consecraret. sic hic ¶ Tertia vt aduersus tẽptatiões exẽplum ieiunãdi nobis daret. Quia vt dicit Basili⁹ volẽti tẽptationũ pugnas supare. sobrietas necessaria est Et inde forte est. q quia in quadragesima ieiunantes cõtra diabolum certamẽ assumim⁹. iõ p totũ tps illud in officio versiculus vtimur de ps. Qui habitat. In qb⁹ oramus a laqueis diaboli liberari. Verbi grã. Ipe liberauit me zc. Scapulis suis. Item. Scuto circũdabit te. Itẽ angelis suis zc. ¶ Quarta ppter ieiunij pconiũ. Jeiunauerũt enim tres magni viri. Unus in monte vt moyses Exo. xxxiij. Alter in itinere vt helyas. iij. Reg. xix. Tertius in deserto vt christꝰ dum⁹ accepit legẽ. Secund⁹ puenit ad dei reuelationẽz. Tertiꝰ deuicit hostez g Mat. xvij. Hoc genus demoniorũ nõ ejicit nisi in oõe z ieiunio. ¶ Quinta rõ pot eẽ q tacta est supra vt diabolũ ad temptãdũ puocaret. Uñ dic glo. Jeiunat vt tẽptet̃ tẽptat̃ q ieiunat. ¶ J Alteri⁹ q̃rit̃ q̃re tãto tpe scz. xl. dieb⁹ z. xl. noctib⁹ ieiunauit. Ad qd rñdet sm Chrysо. z Gre. vt suo ieiunio nostrũ qdragesimale istitueret. Et tũc queritũ

quare sub illo numero nostrū ieiuniū instituit
z sic credit ꝓmum quesitum. Assignat aūt multi
plex ratio vtriusqz quesiti. Prima est vt my
steriū quadragenarij numeri insinuaret qui ē
numerus remissiōis culpe.qđ patet. Nā ex suis
ptibus aliqtis simul sūptis redit numer⁹ quin
quagenarij⁹ q̄ est ann⁹ iubileus. Et hāc rōnem
assignat Aug⁹.in libro.lxxxiij.questionū. Itē qa
tot annis dñs duxit filios israel p desertū ad ter
ram ꝓmissionis. Nume.xiij. Itē tot mēsib⁹ chri
st⁹ mūdo publice ꝓdicauit. Itez tot septimanis
christ⁹ in vtero virginis mānsit. Item tot diebus
moyses et helyas ieiunauerūt. Itē tot horis do
min⁹ iacuit in sepulcro.licet Aug⁹.iuj. de trini
tate cōputet tantū.xxvj.horas. Sed ipe icipit
cōputare ab hora sepulture.nos aūt cōputam⁹
ab hora mortis. Secūda rō est vt intelligam⁹
legē et ꝓphetas nō discrepare ab euāgelio. Nā
in lege z in ꝓphetis cōsecratū fuit tantorū dierū
ieiuniū ergo etiā debuit cōsecrari in euangelio.
In moyse lex.in helya ꝓphete.in christo euāge
lium intelligunt. Hanc rōnem tangit leo papa.
Tertia ratio est ꝑm Greg.quia ꝓcepta de
calogi in quattuor euangelijs continent. Unō
nos delinquētes ꝟtra ꝓcepta euāgelica.quater
decies.hoc est.xl.dies culpas que cōtra legem z
euāgeliuz cōmisim⁹ ieiunādo punire debem⁹.
Quarta rō est ꝑm eundē.quia in hoc morta
li corpore ex quattuor elementis subsistim⁹. ex
quorū vnoquoqz cōtra decem ꝓcepta delinqui
mus.iō rōnabiliter ipm corp⁹ nostr⁹ quater de
cies affligimus. Quinta rō est ꝑm eundem
Gre.quia sic ex lege iubemur offerre decias alia
rum rerū.ita ofterre debem⁹ decimas tot⁹ an
ni. Decima aūt ps anni est tps illud z modicuz
plus.decia enī dier⁹ anni q̄ sūt.ccclxiij.dies ē.xxx
vj.dies. Et ne quattuor dies remaneāt in decia
ti addit vn⁹ dies.quia min⁹ dari nō posset pro
decima. Tres vero dies adiungunt vt sint qua
draginta ꝓ ꝓmicijs ad que sunt ieiunia quattu
or tpm anni. In quolibet tres dies. Iō ergo tan
tum tps ieiunamus vt oim dierū decimā sil' z ꝓ
mitias deo offeram⁹ Sexta rō ꝑm Ambr.qa
.xl. diebus aque diluuij inundauerūt Gen̄.vij.
p quas peccatores exterminati fuerūt. Et exinde
illuxit celi serenitas. Sic sacro isto ieiunij tēpo
re peccata abolent z refulget diuina clementia.
Ꝟ Itē querit quare addit q̄dragīta nocti
bus cū dies naturalis cōprehendat in se noctem.
Ad ß dicendū q̄ntū ad lrām Q, ß addit ne in no
cte comedisse putet vt dicit glo. Quātū aūt ad
spūalem intellectuz.vt indicet q̄ siue hic ꝑspera
blandiant qđ ad dies ptinet.siue aduersa feriāt
qđ ad noctes refert. sēp fideles debēt abstinere
ab illicitis et eē muniti ꝓ aduersarū q̄ nūq̄z ces
sat temptando eos impugnare. Nota q̄ vi
ta claustraliū tota debet eē in penitētia. Sed q̄
dam sūt.xl.diebus sz nō.xl.noctib⁹ qui sc̄z dieb⁹
morant in claustro.z noctib⁹ vagant ad praui
tates suas. Item quidē manent in religione tpe
ꝑspēritatis quod est de die.et discedunt tpe ad
uersitatis qđ est de nocte. Ꝟ Itez queritur
quare nō vltra pcessit dñs ieiunando q̄z Moy
ses et Helyas. Ad hoc rñdet Chryso.ne incredi
bilis videret carnis assūptio. Sed est attēdēduz
ꝑm Gre.q̄licet toto illo tpe nec de die nec de no
cte comederit.nos tñ fragiles ipm imitari nō de
bem⁹.sed singulis diebus semel sumendo cibuz
ieiunemus. Iste vero defectus q̄ cōtinuatis di
ebus et noctib⁹ ieiunādo ipm imitari non pos
sumus supplet ꝑ hoc q̄ nos singulis annis istō
tps ieiunij obseruam⁹.cuz tñ christ⁹ vna tantuz
vice hoc seruauerit. Sciēdū etiā ꝑm Aug̃.i
sermone de quadragesima.q̄licet christus stati
post acceptum baptisma cepit hoc ieiunū.non
tñ credendū est eū nobis ꝑ hoc regulaz obserua
tionis dedisse.vt nos statim post epiphaniam
q̄dragesimā incipiamus. Sz appinquāte tpe
pascali q̄n acriori luctamine cū tēptatore confli
gīt.tūc ieiunandum ē.vt corp⁹ impediat de ca
stigatiōe maliciā.z anim⁹ impetret de humili
tate victoriā. Dicit etiā Magister in hist̄oriis.
q̄ p⁹ epīaz nō statim ieiunat ecclia.sz circiter p⁹
.xl.dies.q̄ ipo tpe ieiunū suū ieiunij domici cō
secutiuū significās Ad Et nota q̄ ē triplex
ieiunū. Quōdā est ieiunū meroris z pnie. vt fu
it ieiunium ninuitarū Jone.iij. Aliud sobrieta
tis et abstinentie.vt fuit ieiunū danielis et soci
orū ei⁹ Baſ.j. Tertiū est gaudij z exhilaratiōis
dū motib⁹ carnalib⁹ sedatis.ex nimia cōtēplati
one et desiderio vite future comedere obliuisci
mur. Unde Mat.ix. Veniet tps cuz auferet ab
eis sponsus z tūc ieiunabūt. Primū signat ieiu
nū moysi. Secōm helye. Tertiū christi. Primū
est penitentiū. Secōm actiuoz. Tertiū cōtēpla
tiuorū. Aduertenduz etiā q̄ dñs cum i statu
mortali exīs cibo indigeret.xl.diebus ieiunauit
Sed post resurrectionē dū cibo non indigeret
alijs.xl.dieb⁹ apparēs discipulis cum eis come
dit. In ꝓmis quadraginta diebus docens nos
quid in agone temptatiōis facere debeam⁹ In
alijs q̄draginta dieb⁹ ꝓmōstrās q̄liter ipe legitie
certātib⁹ z a seculi vanitate ieiunātib⁹ se exhibe
re dignat cū eis comedendo.i.in eorū mētib⁹ de
lectādo. Ꝟ Itē circa hoc q̄ dr̄ [postea esu
rijt] Querit qualiter esurierit.an eodē mō q̄ moy

ses ⁊ helyas. Ad qđ dic̄ Chrysо. Q; illi ieunan/tes esuriebāt et sustinebāt. Iste aūt xl. dieb⁹ non esurijt. qđ erat diuinitatis. Postea vero esurijt qđ erat hūanitatis vt dictū ē. ¶ Ex attēdēdum ſm Basiliū q; christ⁹ passionē famis assūpsit. ñ coact⁹ ad necessitatem. vtpote q̄ p̄est nature. ſz sponte famem assūpsit sicut ceteras passibilitates. ¶ Mystice aūt esurijt q; salutē nostraz deſiderauit. ¶ Moraliť quātū ad totū pcessuz p̄habitū ſm glo. hic est ordo recte cōuersatōis vt post acceptā spūssancti grām cōtra diabolum arti⁹ accingamur. ⁊ mente seculū deserētes. vite eterne gaudia q̄rāmus esuriam⁹ deserti. Ibi fit temptatio quia nō ante hostis se erigit q̄z hō de mundo exijt.

¶ Secunda pars expositionis euangelij.

CXLVII

Et accedens temptator dixit ei. Si fili⁹ dei es. dic vt lapides isti panes fiāt. Qui respondens dixit. Scriptum est. Non in solo pane viuit homo. sed in oī verbo quod procedit de ore dei. Tūc assūpsit eum diabolus in sanctam ciuitatē et statuit eum super pinnaculum templi. et dixit ei. Si filius dei es. mitte te deorsum. Scriptum est enim. Quia angelis suis mandauit de te. vt custodiāt te in oībus vijs tuis. et in manib⁹ tollent te. ne forte offendas ad lapidē pedem tuum. Ait illi iesus rursum. Scriptū est. Nō temptabis dominū deum tuū. Iterꝝ assumpsit eū diabol⁹ in mōtem excelsum valde. et ostēdit ei oīa regna mūdi et gloriā eorꝝ. et dixit hec oīa tibi dabo. si cadēs adorauer̄is me. tūc dixit ei iesus. Vade sathanas. Scriptū est enī. Dominū deū tuū adorabis. et illi soli seruies. ¶ Hec est secunda pars euāgelij in qua describit qualit̄ tēptator est christum aggressus. Ad cui⁹ euidentiā est sciendum Q; tria sūt genera temptationū scz cōcupīa carnis. cōcupīa oculorꝝ q̄ ē rerū exteriorū. ⁊ supbia vite q̄ ē vana glōria de bonis opibus. Et ex his tribus oīa alia mala pueniūt. Ān de his trib⁹ diabolus temptauit christū sicut et primū hominē ſm Greg. Et p̄mo de gula a qua concupīa carnis solet incipe. Et ipa est porta et initiū reliq̄rū voluptatū. Quia satur venter luxuriā appetit ⁊ ceteras voluptates. Dicit ergo ⌊ Et accedens tēptator. ⌋ Vbi nota q; statim q̄n diabol⁹ audiuit vocē patris dicentis. Hic est fili⁹ me⁹ dilectus. secut⁹ fuit christū in desertū ⁊ obseruauit. xl. diebus. qđ ageret. nec audebat ad eū accedere. Ex videns eū famē patiētē accessit. ⁊ forte antea nūq̄z accesserat ad eum temptādū. p̄hibitus a deo Alij tn̄ dicūt sicut Beda et Ruge. Q; nō soluz eū temptauit pacto ieunio sed etiā infra illō tēpus quo ieunauit. Q; videť colligi ex marco q̄ dicit. q; erat in deserto. xl. diebus ⁊ xl. noctibus ⁊ temptabat a sathana. Ex quo trahit̄ q; toto illo tpe temptabat a sathana. Ex Mat. ⁊ Lucas tā tum de his scribūt que p⁹ ieunū facte sūt tāq̄z euidentiores. Quales aūt fuerint ille alie incertum est. Posset tn̄ dici q; de eisdē tēptatiōibus quas Mat. ⁊ lucas exp̄mūt in specie. intelligit Marcus loquens in genere. Ita q; nō fuerint plures q̄z iste tres. Et illud videť sonare glo. sup illud Luc. iij. Et cōsūmata omni temptatiōe diabolus recessit. Vbi sic dicit glo. Tribus tēptationibus victis oēm temptatiōez dicit consūmatam. q; his oīm origo viciorū p̄tinet. Vnde dic̄ Chrysо. Tria retia diabolus habet extensa sup omnē mundū. vt quicūq̄z euaserit de retib⁹ gule incidat in retia vane glorie. ⁊ q̄cūq̄z euaserit ō retib⁹ vane glorie. incidat i retia auaricie. ¶ Nota etiam q; iste temptator fuit lucifer primus angelus ille supior qui primum hominem superauerat vt innuit Aug⁹. Et verisimile est q; apparuerit iste temptator in forma hominis vt familiarius se haberet cum christo. quia verba ad inuicem loquuntur vt dicit glo. Naz omnia hec corporeis sensibus fuerunt completa. ¶ Item nota q; diabolus dictus est proprie temptator quia eius proprium est temptare vt dicit glosa sup illud. j. Thymo. vj. Ne forte vos temptauerit is. qui temptat. Unde Bern̄. Demonuz est mala suggerere. nostrū est non consentire. ¶ B ¶ Sequitur ⌊ dixit ei ⌋ quasi compatiendo fami christi. Ecce plurimum ieunasti et indiges cibo ⁊ hic in deserto panes haberi non possunt. Sed tamē ⌊ si filius dei es. dic vt lapides isti panes fiant ⌋ Ex hoc q; dicit Si fili⁹ dei es. apparet q; tota causa mouens diabolum ad temptādum christum erat vt exploraret an ipse esset homo tantum vel aliquid supra hominem. Erat enim diabolus in magno dubio. ⁊ fortia argumenta habuit ad vtrāq̄z partem. Sciebat enim q; natus erat de muliere nec suspicari potuit q; de virgine que despōsata fuerat ppter h̄ idē. Sciebat etiā q; vagierat in cunabulis sic̄ alij infātes. lacrimis suffuderat vultum. q; circūcis⁹. q; xl. die in templū p̄sentat⁹. q; ppter herodis p̄secutiōez

in egiptum deportatus. q̄ inter homines puer/ satus et a iohe baptizatus fuit. Itē orauit sic hō Itē famē. sitim. frig⁹. calorē. somnū. vigilias ⁊ ce teras hoiz patiebaī molestias. Ex q̄b⁹ ñ nisi hō videbaī. Sed ad aliā ptē q̄ eēt supra hoiez mul/ ta habuit argumenta. Naz vt dicit glo. Nouerat filium dei venisse in mūdū taz p̄ pphetas q̄z p angelos nūciantes. viderat stellaz magos ad christum ducentē. magos eū tanq̄z deuz adorā/ tes audierat vocē patris de celo dicentē. Hic est filius meus dilectus. Et ex istis argumenta con traria infirmabanī. Nā si sciret eū natū de mu/ liere. cōceptū ñ eius intelligere nō poterat. Et mater eius gaudebat se eē virginē. Si vagierat in cunabilis. angeli ñ laudes decantauerūt Si lacrimis vultū suffuderat stella ñ iocūda in ce/ lis apparuerat. Si circūcisus die octaua fuerat maculā ñ originalis culpe in eo non cognosce/ bat. Si in templo p̄sentatus. Symeon ñ ⁊ an na velut deum eū adorauerāt. Si herodē fuge/ rat. ñ magi eū adorare ab oriente venerāt. Si i ter hoies conuersabaī. nihil ñ in eo humani vi/ cij deph̄endebat Si a iohāne baptizatus fuerat ip̄m ñ iohānē audierat de ip̄o dicentem. Ecce agnus dei. Si sicut hō orauerat vocē ñ patris audiuit. hic est filius meus dilectus. ⁊ sp̄m san/ ctum sup eū in colūbe specie manentez viderat. Si hoīm molestias patiebaī. oia ñ sup hoīnez videbat eū tolerare. Igit̄ ppter tanta oppositā q̄ diabolus videbat in christo. nō poterat cogno/ scere quid ip̄e eēt. Et iō temptauit eum dicens. ¶ Si filius dei es ⁊c ¶ Sed cōtra Lu. iiij. dicit. Nz nō sinebat ea loqui scz demonia. q̄z eū eē christū sciebāt. Rñsio Scire ip̄m eē christum in lege p̄missum. nō est scire ip̄m eē filiū dei Nec enī erat certū apud pitissimos legis q̄ christ⁹ in lege p̄missus deberet naturaliter eē de⁹ ⁊ dei fili us. Sciuit ergo diabolus eū eē christū in lege p̄ missum. Nō aūt q̄ eēt filius dei Sicut dicē Chry sosto. sup illud Mar. j. Scio q̄ sis scūs dei. Vel pōt dici q̄ demones sciebāt opinatiue ex rectu ris q̄busdā. etiā q̄ deus eēt. q̄z etiā impando mi racula faciebat. ¶ Sequit ¶ Dic vt lapides isti panes fiant ¶ Volebat experiri an deus eēt p mira culū cōuersionis lapidū in panes. Sciebat enī scriptū. Ip̄e dixit ⁊ facta sūt. Iō blandit ei dicēs. ¶ Dic ¶ solum mō ⁊ fiet. ⁊ si sic filiꝰ dei es. Ad ir̄z Erant ibi lapides. Gestū enī fuit hoc in deserto hiericho iuxta fontem quez sanauit heliseus. iiij Reg. ij. vt dicit Magister i hist̄oriis ¶ Et nota q̄ christus adhuc nullū fecerat miraculū et dia/ bolus erat p̄mus q̄ hoc ab eo experiuit. Ex hoc fieri ad suā suggestionē nō decuit pp̄ ter quinq̄z Primo quia si hoc fecisset se diabolo innotuis/ set ⁊ sic mysterium passionis impeditum fuisset quia si cognouissent nunq̄z dñm glorie crucifi/ xissent. j. Cor. ij. Secūdo vt doceret nos fugere ostētationē. Tertio vt doceret nihil eē faciendū ad diaboli suggestionē etiā si bonū sit. Quia et si interdū bonū suggeret. ip̄e tñ semp ad malum ordinat vt postmodū acrius fallat. Quarto q̄a esto q̄ christus lapides cōuertisset in panes. dia bolus tñ ppter hoc nō credidisset. ⁊ gloriat⁹ fuis set. q̄ christū ad miraculum faciendū induxisset Quinto quia hoc vicium gule sapuisset si ppter suam famē expellendā miraculū fecisset. Et ppt hoc dicit ip̄m tempta sse de gula. volebat enim p panem visum incitare gulam. Qui enī esurit vi so cibo plus cupit ¶ Sed cōtra si christ⁹ subuenisset corpali fami cōuertendo lapides i panes. nō peccasset. sicut nō peccauit cū panes multiplicauit. q̄d nō fuit minus miraculum. vt turbe esurīēti subueniret. ergo videt q̄ nulla fu/ erit illa temptatio. Ad quod dicendū q̄ vti ne/ cessarijs ad sustentationem non est peccatū gu le sed q̄ ex desiderio huiusmodi sustentationis homo aliquod inordinatum faciat. ad victum gule ptinere potest. Est autem inordinatū q̄ ali quis vbi potest haberi recursus ad humana sō sidia p̄ro solo corpore sustentando miraculose sibi cibum querere velit. Unde et domin⁹ filijs israel miraculose manna p̄buit in deserto. vbi aliunde cibus haberi non potuit. Et simili christus in deserto pauit miraculose. vbi aliter cibi haberi nō poterant. Sed christus ad subueniē/ dum fami poterat aliter sibi p̄ouidere q̄z mira/ cula faciendo. sic et Johannes baptista fecit vt legitur Mar. primo. Vel etiā ad loca p̄xima p̄operando. Et ideo reputabat diabol⁹ q̄ chri/ stus peccaret si ad subueniendum fami miracu la facere attemptaret si eēt purus homo. ¶ Et nota q̄ dixit panes fiant. non dixit carnes fiant Perfecti enī temptantur de his que licita sūt et necessaria sicut est panis esurientibus Ecc. xx ix. Initium vite hominis panis et aqua. ¶ E ¶ Deinde ponitur christi responsio. ¶ Qui re/ spondens dixit. Scriptum est ¶ Deut. viij. ¶ Nō i solo pane ⁊c. ¶ Sciebat enim moyses q̄ homo constat ex gemina substantia scilicet corpore et anima et neutrum sine sustentatione potest subsistere. Corpus autem terreno cibo sustenta tur. Anima vero que est spiritualis substantia spirituali cibo qui est verbum dei sustentatur. Ideo dixit q̄ homo ℈m animam viuit in omni verbo q̄ procedit de ore dei. ¶ Sed quo mo do ista responsio christi fuit ad p̄positum

temptatoris. Dicēdū q optime. Et est sens⁹ ꝙsi dicat. Nō oportet o demon q lapides in panes cōuertas. quia nō in solo pa. ꝛc. Quasi. d. Solo verbo pōt me deus absq; pane reficere. Uel sic ſm glo. Quasi. d. Persuasio tua o demon patz quia temptātis est. De cibo enī corpis agis qui cōmunis est cū pecorib⁹. nō de cibo mētis qui cōmunis ē cū āgelis. Si enī amice ageres ō me lioꝛi cibo me prius ammoneres sine quo nemo viuere pōt. Et nota ſm Rabanū. q; pcedere verbū dei de oꝛe dei dicit cū volūtatē suaz p scripturarū testimonia reuelat. Et sicut dicit glo. Omē verbū caritas in q̄ cōplectunt oīa que pcedunt de oꝛe dei. & quia cuiuscūqz ministerio dicātur. nō ei⁹ sūt sed dei. de vno enī verbo. i. sapīa dei pcedit q̄d q̄d loquunt sci q̄ sunt os ei⁹. ¶ F De cūdo tēptauit euz de vana gloria. Tūc assūpsit eū diabolus. Postq̄z enī diabol⁹ in pma temptatiōe nihil pfecerat sicut dicit Chryso. Cogitauit intra se. Iste q̄ fame nō vincit & si nō est filius dei tū sanctus ē. pūt aūt sancti homīes fame nō vinci. sed postq̄z oēm necessitatē carnis vicerūt p vanā gloriā cadere pūt. Et iō sequit. Tūc assūpsit eū diabolus in scāz ciuitatem. Ubi pmo videndū de ordine temptationū. Nā hanc quam Mat. ponit scdam. Lucas ponit tertiā. Sed sic dicit glo. Lucas exequit sicut res gesta ē. vltimā ponens vanā gloriā. ſm moꝛē pūnis tpis. qa superbia post oēs virtutes seuit. Mat. vō nō exequit ordinem histoꝛie. sz tēptationē ade. q̄ pmo tēptatus fuit de gula. cū dicit. Uidēs lignum q̄ esset pulcrū visu & ad vescendū suaue. Deinō p vanā gloriā cuz dicit. Eritis sicut di. Postea de auaricia cū dicit. Sciētes bonū et malū. Ita est enī auaricia cupiditatis sciētie sicut pecume. Et iste ordo seruabat tūc sicut diabolo cōuenīētius fuit. Postq̄z vero corrupta ē natura insurrexit. alius ordo. vt pr⁹ q̄s tempteť p cōcupiscētiam carnis. deinde exteriozz. & post omnē victoriam supbia hoīez inuadit. ¶ Et nota q̄ cōsuetudo diaboli est semp incipe a leuioꝛib⁹ & pcedere ad grauia. deinde ad grauioꝛa. deinō ad grauissima. sicut patuit in Job. Cui pmo abstulit res tempales. Deinde filios extinxit. deinde corpus ei⁹ vulnerauit. Tandē q̄ grauissimū fuit fiduciam de deo p amicos sibi auferre conat⁹ fuit. Similiter fecit de christo quē pmo tēptauit de gula temptari enī de pane et maxime tpe famis leuis temptatio est. postea pcessit ad vanā gloriam & auaricīā & tandem ad idolatriā. ¶ G Consequenť videndū qualiter christuz diabolus assūpserit. Quia sic dicit Greg. cū dicit q̄ de⁹ homo a diabolo assumaťur & ducaťur. mens humana hoc audire refugit aureqz obstupescūt. Et iō dixerunt quidā q̄ oēs he tēptatiōes facte sunt a diabolo nō visibiliter apparēte sed inuisibiliter suggerente. Suggerebat enī ei vt de lapidib⁹ faceret panes. vt ascēderet supra pinnaz et se inde p̄ciptaret. & vt diabolū adoraret ppter regna mūdi. Et ſm istos omnes tēptationes facte fuerūt a diabolo in deserto. cū Marcus dicat q̄. xl. diebus fuerit in deserto & tēptabaťur a sathana. Alij dicūt q̄ visibiliter apparuit illi vt homo. & locut⁹ est cum eo. & hoc tenet glo. d. oīa corporeis sensibus esse cōpleta. qđ verius est. Et tūc dicūt q̄dā oēs has temptatiōes fuisse in hierusalem quaz vocant desertū. id est. a deo derelictam vt omēs temptatiōes dicanť in deserto fuisse facte. Sed ℔ nō ē verū. nec ad ℔ dicēdū cogit text⁹ Marci. Uerū quidē eum in deserto ad lrām temptatuz fuisse. Sed nō dicit Mar. tātū in deserto. Bene enī facte sūt in deserto & tertia in hierusalem supra pinna. Sed dato q̄ oīa visibiliter gesta sint. Ad huc queritur quō eum diabolus assūpserit. an videlicet eū ducendo p aera aut eundo secū p viā. Ad quod quidā dicūt q̄ euz trālportauit i aere & statuit supra pinnam. Nec enim mirū vt dicit Greg. si se pmisit a diabolo duci qui se permisit ab eius mēbris etiā crucifigi. Alij dicūt q̄ duxit eum p viam eundo manū ad manū a deserto ī hierusalem. et ibi ascēderūt supra pinnaz p ascēsum cōmunē. sicut et alij hoīes. Et hoc videť sonare luc. qui dicit. Duxit illum in hierusalem & statuit eum supra pinnaculum templi. ¶ H Et notandum q̄ sancta ciuitas dicebatur hierusalem ſm Rabanum in qua erat templum & sancta sanctoꝛum et cultus diuinus. Dicebatur aūt pinnaculum a pinna q̄ est sūmitas cuiuslibet domus & pcipue temploꝛum et muroꝛum. Sciendum aūt q̄ in templo erant tres mansiones. Prima pauimentū vsq; ad pmum tabulatum siue solariū altitudinis triginta cubitoꝛ. Secūda erat a pmo solario vsq; ad secūdū. xxx. etiā cubitis alta. Tertia vero vsq; ad tertiū solarium quod erat tectum templi non cameratuz sed planum. Tēplum enī non habebat culmen erectū sicut habēt nostre domus. sed desuper erat planum moꝛe palestinoꝛum. Et habebat illud solarium in altitudine. lx. cubitos. Quodlibet autem solarium habebat in circūitu exterius vnum deambulatoꝛium. Unde tria erant exteriora deambulatoria in circumitu templi. et ista deambulatoria dicuntur pinnacula vt dicit Marcus in histoꝛijs. Sup quoꝛum vnum diabolus statuit christum & forte in eminētioꝛe qđ distabat a terra. cxx. cubitos. Uel forte statu

ut eū in iferiozu pinnaculo qđ distabat a terra so/
lum.xxx.cubitis vñ scribe z sacerdotes alloque/
bañ tplīm exponētes legez. Et nota ſm gl o. q in
eo loco diabolus christū tētabat de vana gloria
in quo multos decepat p vanā glorā in catbe/
dra doctorum. Et attēde ſm Chrysо. q cum dia
bolus assūpsit christum ducendo eum ad ciuita/
tem z statuendo eū supra pinnaculū templi. ipe
diabolus ab oībus videbat et credebat christus
ab omnib⁹ videri. Ipse aūt christ⁹ nesciente dia
bolo sic agebat inuisibiliter vt a nemine videret
¶ Sequit _ Et dixit ei _ Primo locut⁹ fuit
christo quasi cōpatiēs esurienti. Nūc vo loqui
tur quasi ipius honorem desiderās. _ Si filius
dei es _ Scōm Hiero. In oībus temptatiōib⁹
hoc agit diabolus vt intelligat si fili⁹ dei sit. Ex
christ⁹ sic respōsū tempat vt ambiguū relīquat
_ ¶ Mitte te deorsū _ Quasi. d. Si hoc feceris glo
riosus apparebis in cōspectu astantiuz. Stulta
fuit psuasio qua filio dei dicit _ ¶ Mitte te dorsū _
Rectius enī diceret _ Si fili⁹ dei es _ ascende in
celū. qđ si faceret verū se filiū dei cōprobaret. Sed
diabolo cōuenit vt in pcipiciū ire cōmoneat. In
quo ſm glo. infirmus oīdit q nulli nocere pos/
sit. nisi ille se deorsuz prius miserit. Sequit _ Scri/
ptū est enī _ Quia christus ei adduxerat scriptu
re testimoniū. Jō diabolus volens se etiam sapi
entem ostēdere scripturam allegat. volens p ꝟ
deceptionē suā colorare p qđ videt se in angelū
lucis transformare _ Quia angelis suis māda/
uit ō te ꝛc _ Quasi. d. Nō oportet te timere q of/
fendaris quia angeli sustentabūt te. Hec auto/
ritas scribit in ps. xc. Dicit aūt Orig. Vñ tibi di
abole scire q ista scripta sūt. nūq̄d legisti ppbe/
tias z diuina eloquia. legisti quidē sed nō vt me
lior fieres. sed vt alios decipes ¶ Et nota q ista
psuasio cū sua allegatiōe fuit fatua. irrōnabilis
insufficiens z nō ad ppositū. Fatua fuit q si chri
stus pcipitasset se de pinnaculo. nemo credidis/
set ꝟ fuisse diuinitatis sz potiꝰ vanitatis z fatui/
tatis signū. Item irrōnabile valde eēt vt ille qui
sua sapientia oīa gubernat sine aliquo pfectu p
cipitaret se de alto. Item est insufficiēs ppter duo.
Primo quia ex hoc vt dicit Chrysо. nō poterat
cognoscere si sit filius dei an nō. Volare enim p
aerem non est ppria op⁹ dei quia nulli vtile est.
Si ergo aliq̄s volauerit puocatus ppter ostен
tationem solā hoc facit et est potius ex diabolo
q̄z ex deo. Secūdo quia allegauit incōplete au/
toritatē scripture. Subticuit enī diabolus qđ se
quit. Super aspidem et basiliscum ambulabis ꝛc
Ipe ei diabolus ſm. Orig. ē draco. ipe est basili
liscus. ipe aspis et leo. quē in temptatiōib⁹ chri/
stus cōculcauit. Jō pncipiuz autoritatis ptulit
tanq̄z superbus. finē vero tacuit tanq̄z astutus vt
dicit chrysо. Item autoritas nō est ad pposituz
quia nō intelligit de christo capite sed de mem/
bris. id est quolibet iusto ſm Hiero. Christ⁹ enī
nō portat manibus angelorum sed angelos ip/
se portat z omnem creaturaz Heb. j. Portans
omnia verbo virtutis sue. Est ergo autoritas il
la exponenda ſm glo. Q, angel' suis āministra
toribus spiritibus deus mādauit de te. iusto vi/
ro q̄cūq̄z sis. vt custodiāt te in manibus suis. id
est auxilijs suis sustollant te. z ita custodiant te.
ne offendas pedem id est mentem vel affectum
mentis ad lapidem. id est aliquod offendiculuz
peccati. Lapis enī dicit quasi ledens pedez. Vñ
omnis occasio peccati ad quā pōt offendi affe/
ctus mentis nomine lapidis itelligit. Est ergo
sensus. Q, angelis mandauit deus vt custodi/
ant hominē iustū a peccatis. Nō q bonꝰ hō
cōfidens de custodia angeloruz debeat se preci
pitio exponere ad suggestionē demonis. Male
ergo et imptinenter allegauit diabolus. ¶ Et
¶ Deinde ponit christi rñsio _ Aut illi iesus rur
sum Scriptū est _ Deut. vj. _ Non temptabis do/
minum deum tuum _ Secundū Hiero. falsas
de scripturis diaboli sagittas veris scripturaz
frangit clipeis. ¶ Nota q istud verbum platu
a christo duplicem habere poterat intellectum.
Uno modo quasi. d. christus diabolo. Non tē/
tes me dīm deum tuum. Quod poterat dicere
sed nō dixit. quia tunc manifestasset se diabolo.
Alio modo quasi christus diceret diabolo No
lo me pcipitare deorsum. quia ego temptarem
deum. Et hoc quilibet homo dei temptat⁹ a di/
abolo dicere pōt ſm Chrysо. Quoniam qui ho
minem dei temptat. deum temptat. Et ideo chri/
stus in hoc verbo sic tpauit respōsuz. q diabo/
lus nesciuit quo istorū modorum eēt intelligen
dum scripture testimonium. Et sic remansit du
bius sicut prius. ¶ Et nota hic signanter si/
cut dicit glosa. q in hoc q christus se in altum
tolli pmisit sed monenti cadere nō obediuit. oñ/
dit. vt cuicūq̄z bona et alta impanti obediamus
sed pcipitare volenti cōtra eamus. Simile dic
Rabanus. sed cōtrahit hoc ad virtutes z vicia
vt videlicet impanti alta virtutū obediam⁹ Si
quis aūt vult nos de altitudine veritatis z vir/
tutū ad ima errorus z viciorū pcipitare. nō illi au/
diamus. Dicit etiā Aug⁹. sup hoc loco. Q, di/
abolus semp religiosos de supiorib⁹ ad ima re/
uocere conatur et de sanctis et venerādis actibus
deducere ad cenosa et terrena festinat. vt qui
stat in puritate mentis et summitate templi

lius que expellebāt demones. Hāc salomō vt dicit Joseph⁹ p suā sapiaz adinuenit q̄dā carmia pauca vba continentia ⁊ quosdā caracteres q̄s faciebat sculpi in gēmis. Et si radix cuiusdā herbe supponebat ipi gēme, valebat ad expulsiones demonis. Uñ exorciste ex iudeis q̄ habebāt officiū curandi dēmoniacos. p dictā gēmā caracteribus sculptā radici dicte herbe suppositaz ponebant in aure arrepticij. ⁊ paucis illis vbis salomonis platis adiurabāt demonē. vt exiēs sbuerteret pelui aq̄ plenā i medio positā in signū sue eiectiōis. ⁊ sic fiebat. Et ß refert Joseph⁹ pprijs oculis se vidisse coram Tyto ⁊ vespasiano cuz capta eēt hierusalē. Jstis ergo exorcistis nō iponebāt iudei q̄ in vtute beelzebub demones eijcerēt sz in virtute dei. cū ad inuocatiōez diuini nois ß facerēt. ⁊ valde p falso ⁊ inopinabili habuissent. si q̄s dixisset eos ß facere in beelzebub Ergo ⁊ falsū ß ⁊ inopinabile debebāt credere de christo dī filio. q̄ oīa sua opa fecit p inuocatiōez ⁊ ad honorē dei patris. Et tūc istud q̄ subunfert ¶ Jō ipi iudices vestri erūt ¶ sm Hiero. et Bedā intelligendū ē sic. Judices nō ptāte sed cōpatiōe. dum illi expulsionē demonū assignāt deo. vos vo beelzebub pncipi demoniorz. Uñ illi q̄ boni vel saltez min⁹ mali habebūt iudicare vos magis malos sicut ¶ Minuite iudeos ¶ Mat. xij. Uel ipi exorciste erūt iudices iudeorz. p quanto ex ipis exorcistis sumit cā q̄re iudicādi ⁊ pdēnandi sunt iudei ¶ Deinde cū dic ¶ Porro si in digito dei ¶ ponit impbatiōez falsitatis instruit vitatē. Ar. n. nihil deest clemētie saluatoris sit etiā indignis instructio vitatis. Adducit aūt q̄ttuor vitates ex q̄z q̄libet apparet euz nō eijcere demonia in beelzebub. ¶ Prima vitas est q̄ ipe eijcit demōes in vtute spūsci. Uñ dic ¶ porro ¶ psz. Et ē cōiunctio aduersatiua i hoc loco. Nā supra ponebat ptē falsā qñ dicebat ¶ Si ego in beelzebub ꝛc. ¶ q̄ad plura inconuenientia ē deducta. ¶ Nō aūt agit de alia pte ꝓpleriōis vera vt dicit glo. ¶ Si in digito dei ¶ i. in spū dei vt habet in ¶ Mat. Et accipitur ß si p q̄. Uel posset eē meli⁹ hec cōclusio ex p̄missis. Quasi diceret. Ita oñdi vobis q̄ ego nō eijcio demonia in beelzebub. Ergo cū nō sit aliō mediū. relinq̄t q̄ ego eijcio demonia in spū dei. ¶ Si ergo ego in spū dei eijcio demonia. pfcō ¶ id ē absq̄z dubio ¶ puenit in vos regnū dei ¶ ⁊ cesset regnū diaboli. Qz vt dicit glo. interli. Incipit ptās diaboli destrui vt regnet deus i vobis. Et accipit ibi puenit pteritū p futuro. ¶ Nota q̄ spūsscūs dr digit⁹ dei ppter tria. Primo ꝑz ¶ Lu. ppt ptiōez donorz q̄ in eo dant vnicuiq̄z ppria siue hominū siue angelorū. In nullis enī mēbris nostris magis apparet ptitio q̄z in digitis. j. Corz xij. Diuidēs singulis put vult. Secūdo sm Cirillū ppter eius pcessionem qz sicut digit⁹ a manu vel brachio ⁊ a corpe deriuat. sic spūsscūs a patre ⁊ filio spirat. Tertio sm enundē Cirillum ppt virtutē operandi. Sicut enī man⁹ operat p digitos. sic filius p spūmsactū Uñ quātū ad vtrāq̄z adaptationem sic ait cirillus. Filius manus ⁊ brachiū patris dictus est. Operat enī cūcta pat p eum Sicut ergo nō est alien⁹ digit⁹ a manu sed ei ē naturaliter ⁊ p̄substātialiter insitus. sic spūsscūs cōsubstātialiter cōnex⁹ est filio ⁊ per eū filius oīa operat. j. Corz xij. Hec aūt oīa operat vn⁹ atq̄z idem spūs. Et spēaliē spūsscūs in operandis miraculis digit⁹ dei appellatus ē. Uñ magi pharaonis de miraculis moysi ⁊ aaron q̄ dei fiebāt virtute dixerūt. Digitus dei est hic Exo. viij. ¶ Gz querit q̄d hic appellet regnū dei. Nunq̄d eternā beatitudo. absit q̄ dō hoc regnū veniat infidelib⁹ pfidis ⁊ obstinatis. Propē q̄ō sciendum q̄ regnuz dei accipit hic quattuor modis. Uno mō sm Aug. p regno btitudinis. Et tūc ē sens⁹. Si in spū dei eijcio demonia pcul dubio sciatis aditū regni celestis credētib⁹ patefactū. Cū enī nō sit medium inter regnū dei ⁊ regnū diaboli necessario vno fugato aduenit reliquū. Secō ß regno dr ¶ Mat. vj. Adueniat regnū tuū Tertio mō sz Hiero. p regnū dei seipm dns signat. De quo in alio loco scptū ē. Regnū dei intra vos ē Lu. xvij Et medi⁹ stat intra vos quē vos nescitis Joh. j. Christ⁹ igit q̄ expellebat demones corpaliter q̄dē veniebat inter iudeos. sz spūaliē puenit in mentes aplorz. ⁊ ab ipo curatorz credētiū. Uñ pōt exponi ¶ pueit i vos ¶ i. aliq̄s vestrz scz credētiū Certo mō sm eundē Hiero. Regnū scripture scē de q̄ dr ¶ Mat. xxj. Auferet a vobis regnū dei ꝛc. Qz expulso demone. spūalis patefit intellect⁹ credētibus. Quarto mō sm Aug. ⁊ Hiero. Regnuz dei est ptās q̄ dānant impij ⁊ a fidelib⁹ secernūt De q̄ ¶ Mar. xiij. ¶ Penitētiā agite appropinq̄bit enī regnū celorz. Et tūc ē sens⁹ ¶ Si i digito dei ejcō demonia pfecto puenit i vos regnū dei ¶ i. aiaī aduersio diuīe sentētie. qz cū sim dei filius ⁊ demōes ejciatis in vtute spūsci. in me blasphematis et me tanq̄z magū ⁊ maleficū reputatis. Et tūc sm tytū exponit ¶ puenit in vos ¶ i. ꝑ vos. nō p vob Horrēdus est enī pfidis christi secūdo aduent⁹ Possz ⁊ q̄nto mō ß accipi dr regno ecclie dī. dr q̄ dr mat. xxij. Colliget de regno ei⁹ oīa scāndala Eo enim ipo q̄ dns expulit demonia regnare cepit in ecclesia. Igitur in quocunq̄z sensu accipiatur regnū dei. necessaria ꝓsequētia ē. Qz si i virtute dei ejciunt demonia aduenit eis regnuz dei. Et

cum neutra istarum nec cum ancedēte nec cuz
ꝓnte pōt stare eū in beelzebub eijcere demonia.
Et patet. Dicit aūt in vos ꝑz Chrysō. vt eos at
traheret. Quasi diceret. Si vobis aduenīt ꝓ
spera. cur vestra bona fastiditis. ¶ Hz Bein
de cū dicit Cū fortis armat⁹ adducit scōa ve
ritas q̄ est. q ipe christ⁹ est fortio⁹ diabolo. Hāc
deducit p exēplū vulgatū dicēs. Cū fortis arma
t⁹ Littera plana est quātū ad exēplū qđ ꝓponit
Ꝫz quātū ad allegoriā que intēdit pforte intelli
git diabolū. quē fortē vocat ꝑm Chrysō. nō quia
bmōi sit naturaliter sed antiquam ostendens
ei⁹ tyrānidē q ex nrā desidia nata ē. Arma ei⁹ ꝑz
Cirullum sūt astutie ⁊ doli ei⁹ nequicie spūalis.
Arma etiā ei⁹ sūt oēs species pctōꝝ. in qb⁹ con
fidēs inualuit ꝓtra hoies. Atriū aūt suū ꝑz Be
dā ē hic mūdus. in q̄ vsq; ad saluatoris aduētū
portebat impio. Quin cordibus infideliuz sine
vlla cōtradictiōe quiescebat. ⁊ iō in pace fuerūt
oīa sua. quia nemo sibi resistebat Ꝫz hec est pax
mala. ¶ Malū est enī facere pacē cū serpēte. q; ei⁹
cōuersatio piculosa est. ¶ Melior ē enī tuta guer
ra q̄z dubia pax. Talit ita q; dñabat diabol⁹ for
tio⁹ q̄ supuenit est christ⁹. j. Re. ij. Nō ē fortis sic
de⁹ noster. Hic supuenit. q; desup de celo īmū
dū venit Job. ij. Qui de celo venit sup oēs est.
Iste igit vicit illū Apoc. v. Ecce vicit leo ⁊ tribu
iuda. Imo ipm pncipē eoꝝ alligauit vt dicit in
Mat. Et domū ei⁹ diripuit. arma ei⁹ in quib⁹
cōfidebat abstulit. ⁊ sic inermē eum dimisit. Itē
spolia ei⁹ distribuit. Spolia eius sūt aie q̄s ra
puerat ꝑz Bedā. Ꝫz christ⁹ abstulit sibi ista spo
lia ⁊ distribuit ea in regno ecclesie tam militātis
q̄z triūphantis in diuersis dignitatib⁹ ⁊ pmijs
ꝑm Bedā. Q; q̄sdā quidē apl'os ⁊ euāgelistas.
quosdā martires. quosdā doctores. alios pphe
tas. alios pastores. alios vo ꝓtinētes. ⁊ sic diuer
sis mōis. post ascēdēs in altū captiuā duxit ca
ptiuitatē. dedit dona hoib⁹. Cuz ista etiā verita
te hic deducta stare nō pōt dictū iudeoꝝ. q ipse ī
beelzebub eijceret demonia. Cū enī christ⁹ forti
or sit diabolo. ꝓstat eū nō agere in vtute diaboli
sed ꝓpria. ¶ J Deinde cuz dicit Qui nō est
mecū adducit tertiā veritatē q̄ est q diabolus
cōtrariat christo. ⁊ hoc dupliciter scz volūtate et
actu. Quātū ad pmū dicit Qui nō est mecū. ꝙ
id est. qui nō habet mecum vnam intentionē vt
qđ ego volo ipe velit ꝓtra me est. Quantū ad se
cūdū subdit Et q̄ nō colligit mecū. dispergit. ꝙ
Venit enī christ⁹ dispersa colligere Joh. xj. ies⁹
moritur⁹ erat vt filios dei qui dispsi erāt cōgre
garet in vnū. Ꝫz diabol⁹ etiā collecta dispergit
Joh. x. Lup⁹ rapit et dispgit oues Hiero. Dia

bolus cupit animas hoim tenere captiuas. dñs li
berare. Ille ꝑdicat idola. iste vni⁹ dei noticiam
Ille trahit ad vicia. hic reuocat ad virtutes. Ille
ad discordiā incitat. hic ad dilectionē Quo ergo
inter se pñt habere concordiā quoꝝ opa sunt di
uersa. Cū ista etiā veritate stare nō pōt dictū in
deoꝝ quo dicebant christū in virtute beelzebub
eijcere demonia. Si enī diabol⁹ volūtate ⁊ actu
cōtrarius est christo. quo cooperaret sibi in expel
lendo demones. ¶ Ꝫz querit hic Chrys. Quo
hoc possit eē verū Qui nō est mecū ꝓtra me ē
Dic mihi inq̄t si oporuerit te cū aliquo pliari.
q̄ nō vult tibi auxiliari. hoc ipo est aduersum te
Itē videt ꝓtra lu. xi. vbi dñs ait. Qui nō ē aduer
sū vos p vobis est. Itē dicit Prouerb. xxj. Non
est sapia. nō est prudētia. nō est cōsiliū cōtra deū
Cui videt cōtrariū qđ hic dicit contra me est.
Itē secūdū hoc null⁹ act⁹ eēt indifferēs. cui⁹ cō
trariū dicit Aug⁹ in sermone dñi in monte. vbi
dicit. q aliqua media sunt que nec bona nec ma
la sunt. Et iō de eis iudicare temeritas ē cuz pos
sint bñ et male fieri. Ad ꝑmum dicēdū q in ma
teria ista vbi agit de deo indubitanter verū est qđ
hic dicit. q oīs creatura tenet se cōformare diui
ne volūtati. et iō ipm etiā nō velle est contraria
velle. Ad ꝑm rndet Chrys. q hic loquit de diabo
lo aduersario exīte. ibi aūt Lu. ix. de hoie q̄ ī pte
erat cum eis. De quo dictum erat. vidim⁹ quē
dam in nomine tuo eijcere demonia. Ad tertiū
dicendum q verum est q nulla machinatio dia
bolica vel humana potest venire ad effectum si
ne dei voluntate. Et sic intelligit istud Prouer
bi. xxj. bene tamē habet cōtrariā voluntatē deo
dyabolus. Ad quartum dicendum q bene sūt
aliqui actus morales indifferentes in sua specie
considerati sicut est ire ad forum. quod de se nec
est bonum nec malum. et sic intelligit Augusti.
Sed si actus iste cōsideretur quo ad individu
um. oportet necessario q sit vel bonus vel mal⁹
ꝑm intentionem voluntatis que actum illuz de
se indifferentē refert in finez aliquē. qui si est ra
tioni consonus aut conformis diuine voluntā
ti tunc est bonus. Si vero finis intentus repu
gnat rationi et contrariat diuine voluntati tūc
ē mal⁹ Verbi grā Ire ad foꝝ ppt dādā elemosy
nā bonū ē. ſz ire ad foꝝ ppt furari ⁊ bursas scinde
re malū ē Et ꝑz vult dicere btūs amb. sup lu. ptra
ctās illō vbi pallegatū. Qui nō ē aduersū vos p
vob⁹ ē. puto iqt q; si q̄s mētiū ꝓsidoret scrutatoꝝ.
dubitare nō debeat vni⁹ cuiusq; factū mentem
discerni. iurta istō. Quid qđ agāt hoies itēr iō iu
dicat oēs ¶ Deinde cū dicit Cū immūd⁹ spūs ad
ducit q̄rta vitas q̄ ē q diabol⁹ spōducit hoiez de

malo in pei⁹ ⁊ semel expuls⁹ peiorẽ societatẽ assumens reuerti conat̃. Et introducit̃ hec pticla vno mõ ad cõfirmatiõez vitatis p̃misse. Qz enĩ opa diaboli cõtrarient̃ opib⁹ christi. ꝓfirmat̃ B. q⁹ p̃m Bedã. christ⁹ semp polluta mũdare satagit. Satbanas vero mũdata grauioꝛib⁹ sordibus cõtaminare festinat. Allio mõ vt dñs ꝟ verba dixerit ad informãdũ demoniacuz liberatuz vt caueat sibi a recidiuo. Sic enim cõsueuit dominꝰ ãmonere quib⁹ miaz impẽdebat. vt patuit in palitico Joh̃.v. Et in adultera Joh̃.viij. Et in magdalena Lu.vij. Tertio mõ p̃m Cirillus põt sic introduci. vt pfecte disputatiõez teneret cum iudeis. oñdit eis vñ cõtigit eis tantus erroꝛ vt hoc sentirẽt de christo. ⁊ in hãc blasphemiã labereñ. vt dicerent eum eijcere demonia in virtute beelzebub. Et erit causa ista. q⁹ maioꝛe multitudine possidebant̃ nũc q̃z vnq̃z antea. ⁊ ipi demones incitabant eos vt talia ex inuidia loquerentur. Et quocũ q̃z istoꝝ modoꝝ introducat̃ hec veritas. planũ est cũ ea stare nõ posse q̃ christus in vtute beelzebub eijceret demonia. Si enim demones ad hoc se mutuo associãt ⁊ coadiuuant vt redeãt in hoiez. manifestum ẽ q̃ nõ se mutuo eijciũt. Proponit ergo dñs q̃dã exemplum q̃ tãgit iudeos insinuãs triplicẽ statuz eoꝝ p̃m triplicẽ opationẽ diaboli circa eos. Naz p̃mo diabol⁹ habitauit in eis p̃m Cirillũ. q̃ñ erant in egypto viuẽtes p̃m ritũ egyptioꝝ. q̃ expuls⁹ fuit ab eis q̃ñ mactauerũt agnũ in figura christi ⁊ linuit sint ei⁹ sanguine. Et q̃n legẽ acceperũt. Et iste fuit secũd⁹ stat⁹ iudaici ꝑpli. Expuls⁹ aũt diabol⁹ ab eis q̃siuit requiẽ in gentib⁹ ⁊ paganis. quoꝝ coꝛda designant̃ [ꝑ loca arida] q̃a pinguedine spũssancti carẽtia [⁊ in aquosa] q⁹ nullo ex̃at umbꝛe grẽ irrigata. Talia enĩ coꝛda pambulauit diabolus ritum idolatrie ⁊ maculas criminũ immittẽdo. Et ĩ his q̃siuit requez cũ nõ posset q̃escere in iudeis. Putabat enĩ diabolus vt dicit Remi. se ꝑpetuã posse habere q̃etẽ ĩ gẽtilu ꝑplo. Sed appente dei filio in carne. q⁹ gẽtilitas credidit. iõ in eis q̃escere non potuit. Vñ dixit [Reuertar ĩ domũ meã vñ exiui] .i. ĩ iudeos. ¶ Et cuz venerit inuenit eã scopis mũdatã ⁊ ornataz. In Mat.oꝛ. Inuenit eã vacãtẽ. Vacabat enĩ iudaicus ꝑplus. q⁹ tpe christi cessauit oĩs rit⁹ legis eoꝝ. circũcisio ⁊ sacrificia ⁊ ceta cerimonialia. Vacabat etiã p̃m Hiero. tẽplũ iudoꝝ. q⁹ christũ hospitẽ nõ habebat dicẽtẽ. Surgite abeam⁹ hinc Jo. xiij. Inuenit etiã diabol⁹ illã plebẽ scopis mundatã. i. supfluis obseruatiõib⁹ phariseoꝝ ⁊ cerimonijs legis q̃ iã nihil valẽt p⁹ aduentũ christi. Sic enĩ scopa nõ tollit tenaces sordes sz supficiales. ita obseruãtie cerimoniales sola exteriora mũdabãt. sz int⁹ remãserũt sordidi Mat.xxiij. Ve vobis scribe et pharisei ⁊ hypocrite q̃ mũdatis q̃ deforis est calicis ⁊ papidis. intus autez estis pleni rapina ⁊ immũdicia. Inuenit etiam eã ornatã scz extrinsec⁹ p hypocrisiz ⁊ sil'ationez Vñ Mat.xxiij. Ve vob scribe ⁊ pharisei. hypocrite qui sil'es estis sepulcris dealbatis. q̃ parẽt hoib⁹ a foris speciosa. int⁹ vero sũt plena ossib⁹ mortuoꝝ ⁊ oĩ spurcicia. Sic ⁊ vos a foris q̃dez petis hoib⁹ iusti. interi⁹ ãt plenj estis hypocrisi ⁊ iniquitate [Tũc vadit et assũit septẽ alios spiritꝰ secũ neq̃ores se [ꝑ q̃ intelligit p̃m glo. vniuersitatẽ oĩm demonũ [Et ingressi habitãt ibi.] Et sic cumulant̃ in eis oĩa vicia. Et ille ẽ terti⁹ stat⁹ iudeoꝝ p⁹ aduentũ christi Et hec nouissima eoꝝ rũ peiora sũt ꝓib⁹. Nã antiquit⁹ seuiebãt cõtra ꝓphas. postea dñm ꝑpetraꝝ occidebant. et nũc in synagogis et conuẽticulis suis blasphemãt christũ. ⁊ sic mõ deteriores sũt q̃z ꝓus añ legem susceptã. Qz maioꝛ infidelitas est venientẽ nõ suscipe. q̃z ventuꝝ nõ credere. Et q̃ omia ista ad lrãm intelligant̃ de iudeis patz ex Mat. vbi statim sequit̃ [Sic erit generatiõi huic pessime Et nõ dubiũ q̃n iudei fuerint peiores tpe christi q̃z ꝓus vnq̃z fuerũt. Et ideo p̃m Chrysо. peiora sustinuerũt sub tyto ⁊ vespasiano q̃z vnq̃z sustinuerũt in egypto et babilonia ⁊ sub antiocho. ⁊ nibilomin⁹ ab oĩ virtute desolati. demonũ actibus implicant̃ magis q̃z ante. ¶ Aliter exponit illud exẽplũ p̃m glo. ⁊ Bedã de quolibz baptizato q̃ p⁹ acceptã grãz nõ solũ bona opa negligit. sz etiam oꝛiginalibus peccata actualia adiicit. Diabolus ab homine exit quãdo in baptismo pompis illius homo abrenunciat et pcedentium peccatoꝝ illecebris. quez deserẽs [ambulat per loca inaquosa] quia coꝛda sancto rum ab omni malicia fluxarum cogitationum et humoꝛe libidinis immunia callidus tempta toꝛ explorat. si quis ibi sue nequicie gressus sefigere possit. Vnde subditur [querens requiez et non inuenit] quia qui p̃aquis cogitationib⁹ et actibus pascitur in mentibus fidelium omnia sua temptamenta cessare perpendit. Tunc dic̃. [Reuertar in domum meam vnde exiui. id est ad illius conscientiam vnde in baptismo eiect⁹ fuerã et pstinam possessionẽ meo impio subijciam [Et cũ venerit inuenit eã scopis mundatã] q⁹ cũ hmõi reꝛobũ delictis de gẽtib⁹ reperiꝛt inuenit ꝓsciam pcõꝛis a vicijs i baptismo mũdatã. sz nullo mõ ope cumulatam. Tũc assumit plenitudinẽ oĩm vicioꝝ. q̃ tles spũs neq̃oꝛes diabolo dicunt̃. q⁹ cuz diabol⁹ malus sit illi tamen

qui suis meritis impellẽtibus vicijs mãcipant. nõ solũ mali sunt. sed affectatis vtutib⁹ p hypocrisim ostẽtare nituntur. ⁊ Et sunt nouissima hoĩs illi⁹ peiora prioribus ⁊ ¶ Melius enĩ erat viã vitatis ignorare q̃z post agnitionẽ retrorsum ire. ¶ Notest etiã exponi. p gruẽtia hui⁹ tẽpis q̃dragesimalis de quolibet petiore existẽte in peccatis mortalib⁹ quẽ eo ipso spũs immundus credit possidere. ¶ Ab hoc hoĩe exit tũc imũdus spũs. qñ p pniam ⁊ cõfessionẽ homo a peccatis mũdat. q̃ eiectus ambulat p loca inaquosa et arida. i. corda iustorũ. que ꝑm Greg. xxxiij. moral. p discipline fortitudinez ab omni carnal⁹ cupiscẽtie humore siccãtur. ¶ Loca vo humentia sunt terrenoꝝ hominũ mẽtes. quas humor carnalis cõcupiscentie fluidas facit. ¶ In q̃b⁹ diabolus imq̃tatis sue vestigia tãto altius impmit quãto in eisdẽ mẽtibus pes trãsitus illi⁹ quasi ĩ fluxa terra descẽdit. cuz nõ inuenit requiẽ in eis tanq̃z p grãm dei solidatus dicit: Reuertar ire vt pus. Et cũ inuenit ꝓscientiã illius a quo erierat vacantẽ in bonis opibus scopatã quasi supficiali cõfessione ⁊ ornatã simulatis vtutib⁹ p hypocrisim q̃liq̃ enĩ ⁊ si videant mũdati p cõfessionẽ negligẽtes tũ sunt ad seruandã pniam. Et forte culpa quã in se extinctã credũt eos opprimit Ecclesiastici. v. ¶ De. ppciatu peccatoꝝ noli esse sine metu. Et tũc vadit ⁊ assumit alios septẽ spiritus neq̃ores se. id est. vniuersitatẽ ⁊ plenitudinẽ omnium viciorũ secũ trahit. ¶ Et nota q̃ sũt tres septenarij spirituũ. ¶ Primus est bon⁹ q̃ cõtinet septẽ dona spũssancti. de q̃bus Esa. xj. Requiescet sup eũ spũs sapiẽtie ⁊ intellect⁹ ire. ¶ Secundus est mal⁹ cõtinẽs septẽ spũs neq̃cie scz septẽ capitalia vicia que septẽ donis obuiãt. ¶ Opponitur enĩ sapiẽtie superbia. intellectui auaricia. consilio inuidia. fortitudini gula. sciẽtie ira. pietati luxuria. timori accidia. Quaꝝ adaptationes declarauj in tractatu meo de expositiõe dñice oriõis. ¶ De his ꝺr ¶ Mar. xvj. q̃ de maria magdalena fuerunt eiecta septẽ demonia. ¶ Tertius septenarius cõtinet septẽ simulationes quas dñs hic vocat spũs neq̃ores se. Cũ enĩ quis ceciderit a iustitia. nõ solũz habet septẽ vicia q̃ septẽ donis obuiãt. sed p hypocrisim simulat se habere ipsas vtutes ⁊ ipsa septenaria simulatio q̃ se fingit septẽ vtutes habere est septẽ spũs neq̃ores se. quia occulta vicia sunt peiora seipsis. hypocrita enim in se mal⁹ et extra mal⁹ est. q̃ fallit alios dolosa imagine sanctitatis. Vñ dicit Aug⁹. Simulata eq̃tas nõ est eq̃tas sed geminata iniq̃tas. ¶ Si ergo neq̃ores spũs secure habitãt. q̃ quanto malicia minus apparet. tãto min⁹ arguit. ⁊ tãto quiescit securius diabol⁹ in talibo ĩe. ⁊ quoniaz quanto diabol⁹ securi⁹ ⁊ fortiꝰ habitat in hoĩe. tãto peius est homini. q̃ magis est seru⁹. Et iõ subdit: ⁊ Et sunt nouissima hoĩs illius peiora prioribus ⁊. Et hoc ꝓpter duo. ¶ Primo ꝓpter recidiuationẽ Job. vij. Ecce sanus factus es iã amplius noli peccare ne deteriꝰ tibi ꝓueniat. Chrysostom⁹. ¶ Difficilior est pena posterior viciorũ et vulnus iteratũ tardius sanat. ¶ Secundo ꝓpter iniq̃tatis duplicationẽ que fit ꝓpter simulationẽ vt dictuz ẽ. Vñ dicit Isidor⁹ de sũmo bono. ¶ Duplicit damnant hypocrite. vel p occulta iniquitate. vel p operta simulatione. Et illo enĩ damnant q̃ iniq̃ sunt. et isto q̃ ostendũt q̃d nõ sunt.

¶ Tertia pars expositiõis euãgelij.

CLXI

Factũ est aũt cũ hec diceret. extollens vocẽ quedã mulier de turba dixit illi Beatus vẽter qui te portauit. et vbera que suxisti. At ille dixit Quinimo beati qui audiũt verbum dei et custodiunt illud ¶ Hec est tertia ps ꝓncipalis ĩ qua describitur ipsius autoris vitatis digna cõmendatio Et habz duas ptiçulas ¶ Primo ponit christi a muliere cõmendatio. ⁊ Factũ est aũt cũ hec diceret. extollẽs vocẽ ⁊ Ubi apparet magna cõfidẽtia ⁊ audacia isti⁹ mulieris in duobus. ¶ Primo in eo ꝙm Beda q̃ scribis ⁊ phariseis dñm tẽptãtibus simul ⁊ blasphemãtib⁹ ipsa magna fiducia dei filiũ cõfitet. ¶ Secũdo in eo q̃ nõ silenter ⁊ in aure loquebat. sed extollẽs vocẽ in altum clamare nõ timuit. ¶ Accensa enĩ fuit hec mulier suauitate verboꝝ christi. vnde se ab ei⁹ laude cõtinere nõ potuit. ⁊ Quedã mulier ⁊ Dicit hec mulier fuisse marcella ancilla vel pedisseq̃ marthe. In hoc ⁊ in alijs apparet q̃ mulieres semp sunt viris deuotiores. Vñ Aug⁹. ad beatã virginez. Intercede p deuoto femineo sexu ¶ Nã viris christum blasphemãtib⁹ mulier hec eũ publice laudat vt hic. Viris eũ publice psequẽtibus mulieres ei de suis facultatib⁹ ministrabãt. Luce. viij Viris eũ ad crucifigẽdũ ducẽtib⁹. mulieres eũ lamẽtabiliter flebãt. Luc. xxiij. Viris eũ negantibus ⁊ derelinquẽtib⁹. sola mat immobiliter stabat Joh. xix. ⁊ De turba ⁊ Nõ erat de nobilibus sz de turbis ⁊ popularib⁹. Volent enĩ plebei deuotiores esse nobilib⁹. psal. ¶ Pauper ⁊ inops laudabũt nomẽ tuũ. ⁊ Dixit illi: Beat⁹ venter q̃ te portauit ⁊ Ubi ꝙm Bedã ⁊ pñtiũ caliũniã ⁊ futuroꝝ ꝓfundit hereticoꝝ pfidiã ¶ Nã sic tũc iudei blasphemãtes negabãt eũ eẽ filiũ dei. ita postea

quidã hereticí negabãt eũ esse verꝝ hoiem ⁊ dicebãt eũ corpꝰ ethereũ attulisse. nec mariã cẽ veracem matrẽ dei. Ex hac mulier ꝓfutat vtrosqꝫ. qꝝ verꝝ dei filiũ aduersus blasphemãtes iudeos cõfitet ⁊ verꝝ hoĩs filiũ attestat matri cõsubstãtialẽ. Nisi enĩ esset vna caro cũ matre. frustra vẽter ille vĩginis ⁊ vbera beatificarent. vt dicẽ glo. Quia enĩ christꝰ a vĩgine habuit carnis subam. qꝝ vbũ caro factũ est ex ipsa vĩgine. Jõ beatificat vẽter vĩginis. q̃ sine libidine eũ cõcepit. sine grauedine portauit. ⁊ sine dolore peperit. atqꝫ deũ ⁊ hoiem nobis pfudit. Vñ Bern. in quodã ꝑmone. O vẽter capacior celis. diffusior terris. latior elemẽtis. q̃ illũ ꝓtinere valuit quẽ totꝰ mũdus cõprehẽdere nõ potuit. ⁊ q̃ trib⁹ digitis molẽ terre appẽdit. Quia etiã christꝰ a vĩgine habuit lactis alimoniã. puo enĩ lacte pastꝰ est p quẽ nec cales esurit. ꝛõ beatificant vbera btẽ vĩginis. Nec eĩ ista vbera nisi celitus plena erãt lacte. Sola enĩ vĩgo lactabat vbere de celo pleno. ¶ Et nota ꝑm physicos ex eodẽ fonte ⁊ lac nutriẽdis pueris ⁊ semẽ procreãdis pueris emanat. Nã vt dicẽ Auicẽna tertio canoñ. capl̃o de generatione embrionis. Scias q̃ sanguis mẽstruus in pgnãte diuidit in tres ptes. s. in ptẽ que ꝓuertit in nutrimẽtũ. ⁊ in ptẽ q̃ eleuat ad mãmillas. ⁊ ptẽ que est superfluitas stãs vsqꝫ quo veniat hora ⁊ expellat. Hec Auicẽna Cum ergo de lacte vĩginis solũ nutrit⁹ fuit christꝰ. cõstat q̃ de carne eiꝰ. i. de sanguine q̃ in potẽtia est totũ fuit factꝰ. Vñ vt dicat glosa. De semine vĩginis potuit cõcipi q̃ de lacte eiꝰ potuit enutriri Et q̃ ꝺ lacte vĩginis solũ fuerit nutritꝰ. figuratũ fuit in moyse. de q̃ dicat magister i hist. ꝛis. q̃ cũ egyptie plures admouissẽt ei vbera ad lactãdum faciem auertebat. ⁊ ideo q̃sita sibi fuit mulier hebrea scz matꝝ ꝓpria. Jdeo autẽ hec mulier iunxit ista duo. s. ventrẽ ⁊ vbera. vt oñdat vĩgo Maria fuisse mater christi vã ⁊ pfecta. q̃ nõ solũ genuit sed etiã educauit. Et sicut vẽ educauit ita vẽ genuit. ¶ B Deinde ponit rñsio christi supplẽtis vba mulieris. ⁊ Ait ille dixit Quinimo ⁊ ꝑm Chrysꝰ. nõ fuit hoc rñsum repudiãtis matrẽ. scz oñdẽtis q̃ nihil ei ptius pfuisset nisi valde bona ⁊ fidelis fuisset. Vel li q̃nimo nõ est ꝓiunctio aduersitiua hic scz suppletiua. id est. potiꝰ. q̃si diceret Quid dicis mulier beatificãdo tantũ vẽtrẽ quime portauit corpaliter. quãuis verꝝ dicas. diminute tñ dicis. q̃ nõ solũ est beatificãda mater mea ex eo q̃ me in vtero portauit corpaliter. scz potius beatificãda est ipsa ⁊ alij ex eo q̃ audiũt vbũ dei ⁊ custodiũt illud. ac p hoc me portãt in corde spiritualiter. Vñ Beda. licet dei genitrix inde q̃dẽ sit beata. q̃ vbi incarnãdi ministra facta fuit ꝑ sed inde multo beatior q̃ eiusdẽ spãdi custos manebat eterna. Et Bmeliꝰ exꝑmit Augꝰ. in li. de bono vĩginitatis circa ꝓncipiũ. Beatior inq̃t maria cõcipiẽdo fidẽ christi q̃ cõcipiendo carnẽ christi. Nã materna ꝓpinq̃tas nil mariæ profuisset nisi felicius ipsum corde q̃ carne gestasset. Hec Augustinus.

¶ Sermo de eadem dominica

CLXII

Beati qui audiunt verbũ dei et custodiunt illud

¶ Beatissimus doctor Augustinꝰ volẽs instruere fideles qualiter in isto tpe quadragesimali debeãt se tenere i sermone. de tpe quadragesimali sic inq̃t. Quãuis frẽs charissimi oĩ tpe verbũ dei cũ grandi desiderio nos oporteat fideliter spaudire. Jn his tñ diebus spẽ aliter vbũ dei audire ⁊ lectioni diuine insistere ac de salute aĩe nostre debemꝰ attẽtius cogitare. Quia licet p totũ ãm spaciũ christianorũ ꝑplis multis viciorũ fluctib⁹ calliditate diaboli fatigẽt. Aduenĩẽte tñ paschali solẽnitate maiori petu ꝓtra fideles quoslibet se ꝓparare cõsueuit Hec Augustinꝰ. Et q̃nter cetera arma ꝓtra diabolum ⁊ vicia ꝓpriũ est verbũ dei dicẽte apostolo Ephe. vj. Et gladiũ spũs assumite q̃ ꝺ est vbũ dei. Vbi glosa. Hic gladiꝰ bis est acutꝰ. quia eũ quẽ ferit a mũdo diuidit. Jõ saluator noster in fine hodierni euãgelij vel bũ dei potissime ꝓmẽdat in eo q̃ ipsum etiã vltra maternã sui gestationẽ in vtero attollit. ꝺ. ⁊ Quinimo. Beati q̃ audiũt verbũ dei ⁊ custodiũt illud ⁊ In q̃bus q̃dam vbis p cõgruentia tpis tria denotant. Primus est verbi dei auditio studiosa. Secundũ est eius dem auditi custoditio operosa. Tertiũ ẽ eiusdem auditi ⁊ custoditi beatificatio fructuosa. Et hec tria in vbis ꝑmissis licet ordine ꝓpostero explicant. Primũ in eo q̃ dicit. ⁊ q̃ audiũt verbũ dei ⁊. Secundũ in eo q̃ addit. ⁊ et custodiunt illud ⁊. Tertiũ in eo q̃ ꝑmittit. ⁊ Beati ⁊ vt sit ordo vborum. ⁊ Qui audiũt vbũ dei ⁊ custodiũt illud beati ⁊ Et hic ordo est ꝓgruꝰ in executiõe. Sed saluator ꝓponit illud q̃d est ꝑmus in intentione vt magis nos alliciat quasi ꝑmũ pollicẽs aĩ laborem. Primo enĩ intẽdimꝰ beatitudinẽ vt finem scz vltimo eã ꝓsequmur. Vñ nos ordinẽ executionis psequemur. Nã ꝑmo verbũ dei audit. deinde opẽ custodit. ⁊ sic cõsequẽter eiꝰ effectũ vel ꝑmiũ q̃s sortit. Primũ ergo q̃d isto tpe sũmope nobis ꝓgruit est vbi dei audito studiosa. q̃ nota cũ dicit. ⁊ Qui audiũt vbũ dei ⁊ Vbi tria ꝓsiderãda occurrũt Primo q̃ sunt idonei ad audi

tionē verbi dei.circa ℔ q̄ dr. Qui Secūdo q̄liter verbū dei sit audiēdū circa ℔ q̄ dr. Audiūt Tertio cuiusmodi v̄bū cuiqz ꝓueniat audire circa hoc q̄ subiūgit. verbū dei ℔ Quātū ad p̄mū sciendū q̄ volēs audire v̄bū dei debz ad hoc esse dispositꝰ q̄ ad duo.videlicz q̄ ad affectū. z quo ad intellectū.vt affectū nō habeat depranatū.z intellectū nō habeat excecatū.quoꝝ plerūqz secundū ꝓuenit ex p̄mo. Nā ex malicia i affectu ꝓuenit cecitas in intellectu. Juxta illud qđ in libro sapiē de pctōrib⁹ dr. Quoniā excecauit eos malicia eoꝝ. Sap.ij. Sz sciendū q̄ hoies sunt in triplici differētia.Quidā nāqz sunt i malicia indurati.Alij sunt in fragilitate būana peccatis implicati .Sūt z alij boni spūalibus ꝓfecti bus intēti. Primi nequaq̄z ad auditionē verbi dei sunt idonei.imo talib⁹ nō est p̄dicandū ex prohibitione diuina Math℔.vij. Nolite sanctū dare canib⁹ neqz margaritas mittere ante porcos Ubi dic̄ Chrysō.Canes hic signāt hoies in impietate corruētes spemqz oīno ꝓuersionis in melius nō habētes Porcos v̄o in luto luxurie commorātes quos dñs in hmōi doctrina p̄nūciat indignos.Sūt q̄pe peiores dū veritatē auditā vel impugnāt vel vilipēdunt. Unū Aug⁹. super eodē v̄bo dicit. Per canes impugnatores vitatis intelligunt.per porcos ꝓtēptores z vtrumqz aīal immūdū est.Gialis aūt homo nō p̄cipit ea que sūt spūs dei.j.Cor.ij. Ubi dicit glosa. vt ptū vginis z resurrectionez. Nihil enī estimat posse fieri nisi qđ nouit quō fiat. Unū nec p̄t scire spūalia q̄ impr̄obat statim audita. Et ex ℔ deteriꝰ fit z amplius excecat z p̄cludit sibi viā intellectus Qđ p̄cedit ex aduersitate affectꝰ Juxta illud p̄s. Noluit intelligere vt bñ ageret. Et ponit exēplū Chrysō.sup illud Math℔.xxij. De resurrectione aūt mortuoꝝ nō legistis ꝛc. Quēadmodū inq̄t si aliq̄s agricole nō habēti volūtatez pugnandi exp̄oat bellicā disciplinā aut ecōtra viro bellatori nolēti colere terras agricolturā exponat.si tota die audiat v̄ba expositiōis nihil ītelligere aut cōprehēdere potest.Quia nec hz desiderium discipline illi⁹. Ubicūqz enī fuerit desiderū hoīs. illic dirigit̄ z sensus illius. Unū inq̄t Chrysō. Cecitas spūalis est malicia cordis. Sic aut̄ cec⁹ nō potest aspicere in splēdorē lumis. sic nō p̄t ītelligere hō malign⁹ mysteria pietatis. Juxta illd Sap.j. In maliuolā aīam nō introibit sapiētia nec habitabit in corpore subdito vitiis. Sz ubi enī passionum insecutor nō est idone⁹ audito:sciētie ciuilis.vt dr.j.ethicoꝝ. Quoniā vt dic ibidē Eustraci⁹ vinculo malaz cogitationuz ligatus z a passionib⁹ detētus z ad terrā aspicies ad bonū respicere nō p̄t.neqz in cognoscendo neqz in agendo. Multo min⁹ hō in malicia obduratus est idone⁹ auditor v̄bi dei Et ℔ signatū est in pharaone.cui⁹ cor legit̄ fuisse induratum. Et ideo q̄n moyses z aaron ei loq̄bant̄ v̄bū dei ad hrām.sp deterior factꝰ fuit z ꝑtīm dei plus affluxit. De hac materia habet̄ in vitis patrū pte secūda.c.xxiij. Et hoc de p̄mo genere hoīm. C Secūdi aūt possunt z debēt libēter audire v̄bum dei. Nā v̄bū dei est medicina ꝓtra morbū peccati. Sap.xvj. Neqz herba neqz malagma sanauit eos sz p̄mo tuus dñe.q̄ sanat oīa. Et id̄o vtile est pctōrib⁹ audire verbū dei. Quia vt dic cōmentator Eustraci⁹ sup p̄mū ethicoꝝ. Neqz enī p̄rauis oīno inutilis est sc̄z auditio scie moralis. Si enī nō ꝓfectum eis ex ipsa ꝓfect⁹ obueniat.cognoscētes tñ in quāto malo deprehensi sūt. z q̄z longe sunt a meliori nisi oīno sint sine intellectu.habebūt quendā appetitū ad directionez z ita paulatim addētes forte pfecte ad meli⁹ trāsponent̄. Videt enī incōuenies corpa ex medicina curatiua iuuari.aīas aūt rōes habētes ex p̄pria medicina nō iuuari.Et id̄ dicit Chrysō.sup illud Math℔.vj. Lucerna corpis tui oculꝰ tuus Te inq̄t ad vsum redire impossibile est nisi p̄us didiceris quō cecat⁹ es.Quō ergo es cecat⁹ de mala ꝓcupiscētia tua qua pupilla mētis tue q̄si malign⁹ quidā humor influxit densaqz nebula operuit. Sz z diminui atqz dispgi hāc nebulaz facile est.si radiū doctrine christi voluerim⁹ admittere.Et q̄d inquit p̄dest audire vocē huius. q̄n ꝓcupiscēte vinculis teneor astrict⁹. Sz z ipsā cōcupiscentiā dissoluere maxīe potest assiduus audit⁹ Et subdit. Nō p̄uus etiā est ex ipso audito ꝓfect⁹. Nam q̄ audit z semetipsum sepe reprehendit z alti⁹ ingemiscat.eo q̄nqz p̄ueniet vt studeat etiā adimplere qđ didicit. Qui v̄ero.nec q̄ peccauit agnoscit.quō a pctis recedet. quomō semetipsum culpabit.quō emēdare conabitur. Cū v̄o ex auditu verbi dī q̄ peccauit agnouerit tūc p̄mo corrigere se velle poterit. Unū dauid audito v̄bo dñi p nathan ppbetā.mox penitēs ait ℔peccaui.ij.Reg.xij. Et p̄m q̄ dicit Aug⁹.super Exo.omel.xj. Exq̄ loq̄ cepit moyses z aaron ad pharaonez magis affligit̄ pl̄s dei. Sic moraliter exquo in aīam tuā p̄mo dei,plat⁹ est. necessario certamē intra te aduersū vicia suscitat. Quia⁹ v̄o q̄z veniret sermo q̄ argueret vicia.intra te i pace durabāt Sz v̄bi sermo dei facere incepit z arguere vnūscuiusqz discrimē.tūc ptur̄batō magna cōsurgit z plerūqz pharao cuz egyptijs.i. diabolus cū vniuersis vicijs ꝓterit z dimergit̄ in pfundū. Ex q̄b⁹ apparet q̄z vtile sit pctōrib⁹ audire v̄bū dei. Nā vt etiā pb̄s dic in p̄dicamētis. prau⁹

ad meliores exercitationes deducet & ad doctrias vel modicū aliqd̄ pficiet vt melior fiat. Si autē sp vel modicū cremētū accepit palaz. q; aut pfecte mutabit aut satis multū cremētū sumet. Exemplū in beato Aug̃. q̄ q; frequēter p̄dicationes sancti Ambrosij audiuit. tādē fugatis errorib⁹ tot⁹ ad deū conuersus fuit. Et hec de secūdo genere hoīm. ¶ Tertij etiā sc̄z boni debent audire v̄bū dei. vt p hoc p̄seuerent in bono & ad meliora dirigant. Sic enī medicina corpalis p̄sideratur. Uno mō vt est curatiua egritudinis. Alio mō vt est p̄seruatiua sanitatis. Sic v̄buz qd̄ est medicina aīe vt dictū est. vno mō curat egritudines pcōz q̄ntū ad illos de sc̄do genere hominū vt dictū est. sz etiā habet p̄seruare bonos i bono & eos ad meliora dirigere. Isti aūt boni sunt in triplici statu. Quia quidā sunt incipiētes. q̄daz pficiētes. & quidā pfecti. Et oīb⁹ istis ō quolibz cōuenit audire v̄bū dei. Incipiētib⁹ enī ℞ cōuenit vt erudiant. Et illis v̄bū dei est lac. Sicut dicit ap̄l⁹ Hebre. v. de q̄busdā quib⁹ lacte op⁹ est nō solido cibo. Talibus etiā dr. j. Pet. ij. Quasi mō geniti infantes rōnabiles & sine dolo lac cōcupiscite. i. simplicē doctrinā. Cui⁹ p̄trariū faciunt q̄dā simplicē doctrinaz spernētes & subtilia audire querētes. Quib⁹ plerūqz accidit sicut infanti. cui si ministret cib⁹ solid⁹ & grossus strangulat eo poti⁹ q̄z nutrit. Un̄ dicit glosa sup illō Hebre. v. Quib⁹ lacte op⁹ est. Sic inqt puulus qui nō discernit cibos perit sumēdo noxios. Sic mdoct⁹ perit cū solida ei doctrina p̄ponit quā capere nō valet. ¶ Proficiētib⁹ aūt cōuenit audire v̄bū dei vt dirigant in via p̄fect⁹ spūalis Un̄ dicebat Dauid in p̄s. in p̄sona iusti proficientis. Ut una dirigant vie mee ad custodiēdas ⁊c. Un̄ Chrysō. sup illud matth. v. Uidēs ihesus turbas ascēdit in mōtē. Sup montē inqt sanctitatis ascēdit q̄ vult audire pietatis doctrinā. quoniā in via mor̄ p hāc dirigi nō p̄ot. nisi q̄ in ea inuētus. Et sic v̄bi dei auditio vtilis est istis ad directionē in via mor̄. Qui enī boni sūt bi audiēdo v̄bū dei accipiūt regulā artificialē & mensurā recte pficiēdi & bñ opandi Un̄ dicebat p̄s. Tūc nō confundar cū p̄spexero ⁊c. Sz sūt nōnulli q̄ nō curātes audire v̄bū dei p semetipsos pficere posse credūt. & tales decipiunt. q; nō solū nō pficiūt. sz ruētes deficiūt. Un̄ ille sanctissim⁹ pphet̄a nō in seipso sz in v̄bi dei directiōe fiduciā p̄gressus spūalis ponēs aut in p̄s. Lucerna pedib⁹ meis v̄bū tuū. Ubi Cass. Et cies inqt pphēta seculi huius noctē diuersis offensionib⁹ irretitā. vt alibi laqueos. alibi scopulos. alibi ⁊tineat p fundissimas vastitates. pedib⁹ suis v̄bū dei lucere testatur. ne p absentiā veri lumis incidat in ruinam

¶ Perfectis etiā q̄uenit audire v̄bū dei vt ampli⁹ pficiant. Perfector enī vt ait ap̄l⁹ vbi supra est solid⁹ cib⁹ q̄. p cōsuetudine exercitatos habēt sensus ad discretionē boni & mali. Et istorum p̄p̄rium est sp sedere ad pedes dñi cuz maria magdalena & audire v̄bū illi⁹ Luc. x. Nec isto cibo spūali vnq̄z satiari poterūt q̄z diu sunt in hac vita. Est enī verbū dei istis māna celeste vt dicit Greg̃. sup Exo. omel. vij. Post lōga inqt exercitia. post p̄fectū plurimū. tūc demū solidiores cibi capaces fieri possim⁹. Nūc ergo festinemus celeste māna suscipe. Istud enīz māna put vult q̄lqz talē sapor̄ reddit in ore ei⁹. Tu ergo si v̄bū dei q̄ō i ecclia p̄dicat̄ tota fide & tota deuotione suscipias fiet tibi ipsum v̄bū q̄cūqz desideras. Uerbi gratia. Si tribularis p̄solat̄ te dicēs: Cor cōtritū & humiliatū de⁹ nō despicies. Si letaris p̄spe futura. cumulat tibi gaudia dicēs Letamini in dño & exultate iusti. Si iracūd⁹ es mitigat te dicēs. Desine ab ira & derelinq furor̄. Si dolorib⁹ es sanat te dicēs: Bñs sanet oēs languores tuos. Si in paupt̄ate cōsumeris p̄solat̄ te dicēs. Bñs alleuat de terra inopē & de stercore erigit pauperē. Sic ergo māna v̄bi dei redderet ore tuo sapor̄ quēcunqz volueris. Hec Origenes. Sic excitat⁹ in v̄bo dei fuit ille p̄fectissim⁹ prophetar̄ dauid cū dicebat in p̄s. Renuit & solari aīa mea. memor fui dei & delectat⁹ sum & exercitat⁹ sum & defecit spūs me⁹. Ubi Cass. Ecce inqt quēadmodū refect⁹ est q̄ mūdanis reb⁹ animā suā p̄solatā fuisse denegauit. Nā cuz memores dei sum⁹ tot⁹ munere suauitatis satiamur. Et exercitat⁹ sum inqt in cōtēplatiōe diuina sc̄z. Et necesse erat vt intellect⁹ ei⁹ deficeret q̄ ad tā sublimia rapiebat. ¶ Et attēde q̄ iste eximius pphet̄ar̄ oīa ista q̄si p nihilo reputās p⁹ pauca subiūxit dicēs. Et dixi. Nūc cepi. Quasi diceret. Oīa que vl̄ audiēdo v̄bū dei vl̄ cōtemplādo didici. duco p nihilo. Et dixi in corde meo. Nūc p̄mo cepi q̄si sapere & intelligere Quo⁹ sunt nōnulli q̄ si ex lōgo vsu audiēdi p̄mones aliquaz forte scintillā spūalis intelligētie vel v̄baliter percepe rūt. videt eis fastigiū p̄fect⁹ attigisse. Un̄ v̄buz dei qd̄ coīter p̄dicat̄ in ecclia vl̄ audire despiciūt vel si audiūt vilipendūt. Et q; se d̄ alto spū reputāt. nō nisi de altissimis audire dignāt. Sz tib⁹ accidet sicut q̄busdā de filijs israel q̄b⁹ māna cōuertebat i v̄mes. q̄ videlicz ipsū ex auaricia vsq; in diē alterā seruauerūt. Sic accidet illis q̄ v̄buz dei audiēdo colligūt & vltra q̄z eis sufficiat p̄scrutari volūt p̄sumētes pl⁹ sapere q̄z oportet sapere. Roma. xij. Nō cōtēti mēsura gomor̄ q̄ debebat

sufficere cuiqz.vt habet Exo.xvj. Sodoma gomor nã qz intelligit mẽsura capacitatis intelligẽtie cuiq; qz homis. Talib⁹ pculdubio mãna ꝓuenit in vmes.vt dicit Orig.vbi supra. Sicut enĩ vbũ dei incarnatũ alijs fuit in resurrectionẽ.alijs in ruinam vt habet Luc.ij. Sic vbũ dei ꝓdicatũ ꝙbusdam est mãna et dulcedo mellis sicut ve pfectis. ꝙbusdã vo vmis efficit sicut illis q̃ sibi pfectiõez mentiunt de alto spũ gloriatel. Nõ sic ille pfectissimus dauid q̃ dixit. Nũc cepi. In cui⁹ etiam figura eundẽ iam senẽ abisac sunamitis ꝓquam amor sapiẽ intelligit calefacit.iij.Reg.j. Quia vt dicit Hugo dida scol'. Amor sapiẽtie imarcescẽte corpe dilectorẽ suũ nõ deserit. Vñ etiã sapiẽs ille vir grecie domostecles cũ expletis centum et septẽ annis se mori cerneret dixisse fert se dolere. q̃ egrederet de vita quando sapere cepisset. Hec Hugo.

Subsermo Primus CLXIII.

Audiunt sequit videre qualiter sit vbũ dei audiẽdum. Circa q̃d sciendũ .q. Hugo dida scol'.li.uj.ponit sex q̃ requirunt ad modũ et formam discẽdi q̃ nos reducim⁹ ad tria q̃ntũ faciũt ad ppositũ nostr. Primũ ẽ humilitas. Secundũ studiositas vl' diligẽtia. Tertium est qes Primũ igit q̃d attẽdit circa modũ et formã discẽdi vel audiẽdi verbũ dei est hũilitas.q̃ ꝑcipue attendit in trib⁹ ꝑm Hugonem Primũ est vt nullã sciam nullã scripturã vilez teneat. Secũdũ est vt a nemie discere erubescat Tertiũ vt cũ sciam adept⁹ fuerit. ceteros nõ cõtemnat. Hec adaptãdo ad auditiõez verbi dei.

Primũ q̃d requirit est vt nullũ ꝑmonẽ q̃ de sacra scriptura et alijs scripturis de deo et instructione vite et mor ꝓfert vilẽ teneas.q. dato q̃ idẽ ꝑpus audiueris.dato q. tu melius scias ꝑdicante. vtile tñ est audire. Quia vt dicit Chrysо. frequẽter eadẽ audire etiã sciẽtibus ꝑdest.q̃d enĩ nouimus si sepi⁹ audiam⁹ amplius ꝙpũgimur. Hec Chrysо.sup epl'am ad Heb. Vox etiã ꝑdicantis aliq̃d grẽ occulte in se habet dicẽte beato Hiero nymo inplogo biblie. Habet nescio q̃d latentis energie viue vocis act⁹. Et vt dicit Valerius li. viij. Pol⁹ ꝓfert docentẽ audire q̃z in libris studere.q. vehemẽtior fit impssio in mẽtib⁹ audiẽtiuz ex visu doctoris et auditu .q̃z ex studio et libro. Vñ vix esse poterit q̃n ex sermone audito emendatior fias.si attẽte audieris. Et si forte eadẽ prius scuisti nõ tñ aduertisti nec cordi apposuisti.

Et ad ß multũ facere credendũ ẽ grãm diuinã q̃ in ꝓncipio ßmonis ex ꝙsuetudine ipe/ trat. Et vix esse potest q̃n illa cõis oratio tantorum fideliũ effectũ aliquẽ opet in aliquo auditor. sicẽ oratio sancti stephani effectũ opabat in paulo. et si nõ in omnib⁹ lapidãtib⁹ eũ. Vñ dicit beat⁹ Aug⁹.xxij. ꝓfes.de beato anthonio.q. ipse audiens in quadã lectiõe vl' forte ꝓdicatiõe illud verbum euãgelicũ .Vade et vende oĩa que habes et da paupib⁹ et veni seqre me. Matth.xix. ipse reputãs ad se verbũ istud dirigi ꝓfectum ad deum ꝙuersus fuit. Licet enĩ pluries istud euãgelium audierit.nõ tñ cordi assũpserat sicut tũc. Item beat⁹ Aug⁹.ex illo vbo Roma.xiij. Induimini iesum christũ ꝛc.ꝙuersus et illuminat⁹ fuit et sepe sepi⁹ añ istud vbũ legerat. sz nõ eũ mouebat sicẽ nunc. Silr legit de beato fratre nicolao de tollentino.q. ipse dũ adhuc secularis esset audiuit vnũ frem ꝓdicantẽ.et inter cetera exhortatiõis verba dicentẽ illud verbũ q̃d habet in canonica ioãis .j. Joh.ij. Nolite diligere mundũ neq; ea que in mũdo sunt.q. mũdus trãsit et ꝙcupiscentia eius Verbũ istud cordi suo ita fuit impssum q̃ statim cõcepit religionẽ ingredi. Et finito ꝑmone mox frem accessit ꝓponẽs sibi estus cordis sui. Et ad idẽ plura alia sunt exẽpla. Nemo ergo vilipendat ꝑmones simplices et cões. q. in simplicitate verboz est edificatio aiaz. Vñ euãgeliũ et tota sacra scriptura in simplicitate vboz fundata est Propter q̃d etiã nõnulli scripturã sacrã vilipẽdentes appellauerũt eã fabulas ꝓpter simpliciz loquẽdi modũ. Et vt dicit Hugo vbi supra. Tales nõ intelligũt q. deo inuriaz faciũt cui⁹ vba pulcro quidẽ vocabulo simplicia.sed sensu praua insipida ꝓdicãt. Nõ enĩ elegit christ⁹ ꝓbos et rhetores sz simplices piscatores ĩ doctores fidei q̃ simplicitate vboz totũ mundũ illustrauerũt. Ut vbi ab hac scã simplicitate recidit ad hereziz q̃s facilius plabit. Propt q̃d docet apl's ad Hebreos.xiij.doctrinis varijs et pegrinis nolite abduci. Secũdo humilitas audiẽtis vbũ dei attendit in ß vt nullũ ꝑdicãtẽ audire erubescat aut despiciat. Q̃d intelligẽdũ est de his q̃ ex auctoritate ꝑdicare bñt siue ordinaria siue cõmissa Ordinaria in q̃z sicut prelati et curati q̃ ad subditos suos. Cõmissa vo vt religiosi ad ß p sedem aplicã pulegiati.et alij ad ß a plat⁹ missi. Quo enĩ ꝑdicabũt nisi mittant̃ Roma.x. Nec⁹ de predicãtib⁹ angularib⁹ et puate. Qualiẽ añt auditor in audiẽdo quoslibet se habere debeat docet Hugo ibidẽ.d. Prudẽs lector vl' auditor oẽs libenter audit.oĩa legit.nõ scripturã .nõ psonã. nõ doctrinã cuiusq; spmt. Indifferẽter ab omnib⁹ q̃d sibi deesse videt q̃rit.nec q̃ntũ sciat sz quantũ ignoret cõsiderat. Et subdit. Ab omnib⁹ libenter

dísce qđ tu nescis.q; hūílitas cōmūe facere pōt
qđ natura cuiq; ppriū fecit.sapiētior oībus eris
si ab omnib⁹ díscere volueris. Qui ab omnib⁹
accipiūt omnib⁹ díctores sūt. Et sunt nōnulli
qui ita afficiunt ad aliquē ordinē vel psonas.q
alios audire despiciūt.nō attendētes q; inter dū
meliora pocula bibūt de vase testeo q; ď cypho
aureo. Ūñ ptra tales idē Hugo. Multos inqt
noui.q cū primis adhuc elemētis indigeāt.non
nisi summis interesse dignant. Et ex hoc solūmo
do se magnos fieri putāt si magnor; et sapientū
vel scripta legerint vel audierint vba. Et subdit.
Rex post aurea pocula ď vase bibit testeo. Nō
ergo in audiēdo verbū dei habēda est psonarū
vel ordinū acceptio sz doctrina;. Ūñ bta Tecla
libētius audiuit pdicationes pauli q; barnabe.
Utrūq; tñ audiuit.nec ppter paulū barnabam
despexit. ℣ Tertio hūílitas audiētis vbū
dei attendit in hoc.q cū aliqđ sape cepit ceteros
nō cōtemnat. Hoc aūt tumoris vicū vt dicit bu/
go hinc quibusdā accidit.q suā sciam nimis di
ligent inspiciūt.et cū sibi aliqđ esse visi fuerint.ali
os quos nō nouerunt nec esse nec potuisse fieri
putāt. Et q̄cunq; talē elationē in se inuenerit.si/
gnum est eū verā sciam nullaten⁹ attigisse. Deꝰ
enī intellectū dat puulis.vt dicit in ps. Ūñ ait fi
lius dei ad prem. Abscōdisti hec a sapiētib⁹ et pru/
dentibus et reuelasti ea puulis ꝛc. Luc.x. Hinc
Johes Cass. in collatiōe patr;. Impossibile ē in/
qt eū qui pposito laudis acq̄rende studio lectio
nis vel auditioni vbi dei instituit donū ve sciētie
pmereri. Humilis enī magister nō nisi humilē
vult habere discipulū ℣ Secundū qđ req̄
ritur ad modū et formā discēdi est studiositas et
diligētia q̄ similiter attendit in trib⁹. ℣ Primo
in vehemēti aī applicatiōe ad ea videlicet q̄ legūt
vel pdicant. Ūñ Hugo vbi supra. Studium in
quit est vehemēs animi applicatio scrutās pene
trare occultū. Nō enī ociosis vel mēte vagis et
distractis se offert intelligētia pure vitatis. sz tā/
tum laboriosis. Ūñ Orig. sup Exo. Punge in/
quit oculū et dabit lachrymā.stringe mētez et da
bit intellectū Nihil enī taz incredibile qđ nō fiet
addiscēdo.pbabile. Cui⁹ exemplu; est in regina
saba.iij. Reg.iiij. Que de vltimis terre finib⁹ ve
nit audire sapiam salomōis.quaz vtiq; nullate
nus audiuisset si domi in torpore et ocio reman/
sisset ℣ Secūdo in alicui⁹ sñie certe recolle
ctione. Debem⁹ enī vt dicit Hugo ibidē. In oī
doctrina breue aliqđ et certū colligere qđ i arca
memorie recōdat. Et boc etiā sepe replicare et de
vētre memorie ad palatū reuocare necesse ē. Ex
emplū de aialib⁹ ruminātib⁹. Ūñ Greg. omel.
x. sup illud Ezech.iij. Uēter tu⁹ comedet. Mul/
ti inqt legūt et ab ipsa lectōe ieiuni sūt. Multi p
dicationis vocē audiunt sz post vocē vacui rece
dunt. Quor; et si vēter comedit.viscera nō replen
tur.q; et si mēte intellectū sacri vbi pcipiūt. obli/
uiscendo et nō seruādo q̄ audierūt hec i cordis vi
scerib⁹ nō reponūt. Et cōgruū modu; pficiēdi
docet Seneca epla.lxxxvij. Apes inqt debemus
imitari.que vagant et flores ad mel faciendum
idoneos carpūt.deinde q̄cqđ attulere disponūt
ac p fauos digerūt. Ita debem⁹ quecunq; ex di/
uersa lectiōe congessim⁹ separe. Melli⁹ enī; di/
stincta seruant Deinde ad debitā facultatē ingeni
j in vnū sapore varia illa licamēta cōfundere
℣ Tertio in mētis ad deū prorez erectiōe
Quia vt ait Hugo vbi supra. Ingenū hoīs ad
capescēda diuina infirmū est et inefficax sine di/
uino auxilio Oportet ergo audientē vbū dī mē
tem ad orōnem erigere. Unde sapiēs Sap.vij.
Optaui inqt et datꝰ est mihi sensus.inuocaui et
venit in me spūs sapie. Ūñ Aug. sup canonicā
Johis ptractās illud vbū.j. Joh.ij. Nō habetis
necessitatē vt aliq̄s doceat vos quoniaz vnctio
ipsi⁹ docet vos de oib⁹. Nolite inqt Aug. puta
re quēq; hominē addiscere ab homie.āmonere
possum⁹ p strepitū vocis nostre.si nō sit int⁹ q̄
doceat inanis fit strepit⁹ noster .cathedrā i celo
habet q̄ corda docet. ℣ Tertiū qđ requiri
tur ad modū et formā discēdi est qđ si ill' attēdi
tur in trib⁹ ℣ Primo in rep̄tu alīū de occupati
one. Ūñ Seneca i epla.xvij Studijs et diuinijs
piter vacare nō potes.nec aiam illā dignat iha/
bitare sapia.quā videt infectā desideri;s.et curis
tpalib⁹ inuoluta. Et subdit. Si vis vacare stu/
dio aut paup̄ies aut paupi fitis. Et Hugo vbi
supra Parcitatē tenere.i. superflua nō sectari ma
xime ad disciplinā spectat Pinguis enī vēter vt
ď; tenuē nō gignit sensū. Et subdit. Dis mūdus
philosophātib⁹ exiliū est Exēplū de pbis qui vt
possent vacare sapie.diuitias p̄tempserūt. De boc
in vitis patr; pte.iij.c.j. ℣ Secūdo in passi/
onū mentē in q̄etantiū sedatiōe Nā passiones in
nob⁹ sic̄ sunt ira.amor puersus.p̄cupiscentia car
nalis.et cetere passiones.ptur;bāt oculū intelligen
tie ne possit cernere ver;. Quare veri auditores
vbi dei debēt habere passiones sedatas. Exēplū fi
gurale Gen.j.in rachel. p quā aia cōtemplatrix
intelligit.q̄ idola patris sui subter stramēta aia/
liū deposuit et desup sedit. Per idola intelligūt
passiones naturales.q̄s ex paterna ppagine cō
traxim⁹.q̄ iō dicunt idola.q; carnales hoīes eas
deo pponūt.sz aia p̄templatrix et auditrix verbi di
talia idola sibi substernut et desup sedit eis oīmo/

de dñando ℟ Tertio in mētis a curis tpa lib⁹ vacatiõe. Uñ tali aīe dr Ecc xxxviij. Sapiẽ tiã scribe in tpe vacuitatis. i. oci ſm glo. Scribe inq̃z eã in tabulis cordis. Et tale scribere idẽ ẽ qd discere ſm glosaz. Et ℟ requrit vacationẽ a curis z actiõib⁹ secularib⁹. Uñ subdit ibidẽ. Et q̃ minora ꝑ actu sapiam ꝓcipiet. Ille dr minora ri actu q̃ subtrahit se ab actiõib⁹ exteriorib⁹ vt possit vacare sapiẽ. Hãc triplicẽ quietẽ elegit sapiẽs dicẽs Sap. iij. Intrãs in domũ meã ꝙquiescã cuz ea scz sapia. Uñ etiã cuilibz auditori vbi dei ꝑsuliẽ. Ecc. i. xxxij. Audi tacẽs z preuerẽtia accedet tibi bona grã. Bon⁹ enī auditor debet tacere oĩbus reb⁹ creatis. z tũc preuerẽtia verbi dei ꝓ q̃ se abstrahit ab oĩb⁹ distractuis accedet sibi bona gr̃a intelligẽtie videlicz pure vitatis. Tali q̃en devota fuit illa studiosa auditrix de q̃ dr Luc. x. Q̃z sedebat ad pedes dñi z audiebat verbum illius ℟ sedebat unquã quia ab omnibus exteriorib⁹ vacabat.

Subsermo Secundus.

CLXIIII.

sunt ꝑm datā materiā Et q; nunc sum⁹ ī medio quadragesime ī qua fideles debēt precipue actibus deuotiōis insistere. Actus autē q̄bus ꝓncipaliter est bis die⁹ insistendū sunt q̄nq; designatu ꝑ quinq; panes q̄bus dñs multitudinē sanauit. ꝑm q̄ dicit in euāgelio hodierno. vt sic de q̄libet nostrū possit dici veraciter illud verbū beati andree assumptū. Est puer vn⁹ hic qui habz quinq; panes ordeaceos Per puer intelligit fidelis anima a puritate innocētie. que in qualibet fideli aīma obnoxia peccatis debz isto sacro tpe ꝑ pniam repari. Ad q̄ assequendū requruntur q̄nq; panes. z q̄cunq; illos habet ille vere est puer euāgelicus. Primus panis est abstinētie corpalis. Secūdus penitētie luctualis. Tertius intelligētie salutaris. Quart⁹ eucharistie sacramentalis. Quint⁹ glorie eternalis. Q̄q; felix ē illa anima apud quā inuenti fuerint isti panes vt de ea dicat. Est puer vnus hic ꝛc. Prefati q̄ panes omēs isto tpe sunt opportuni Nā istō est tps ieunij z abstinētie. Est temp⁹ lucet⁹ et penitētie. Est tps vacādi verbo dei z spirituali doctrine vt supra sermone primo Est tps ꝑparandi nos ad cōmunionē sacre eucharistie in festo appropinquāte. Est nihilomin⁹ tps deuotiōis festinādi ad verū pascha celestis glorie. Ad q̄d q̄dem pascha. id est. transitū ab hac miseria ad gloriam celestē illi sine dubio ꝓtingunt q̄ bis q̄nq; panibus a dño refecti fuerint Sic enī legitur in euāgelio q̄ quādo illa refectio fiebat. tūc erat primū pascha. Per duos autē pisces q̄ omnibus istis q̄nq; panib⁹ dant sapor̄. intellect⁹ et opatio accipi possunt. quia sine illis nullus istor̄ panum sapid⁹ est vt patet inducēti. B Primus ergo panis est abstinentie corpalis qui bene cōgruit isto tpe quadragesimali quo prece teris diēb⁹ abstinētie vacandū est. Quia vt dicit Ambrosi⁹ in ꝑmone. Quāuis abstineat q̄s ceteris diebus. quāuis cibor̄ dulcia alimēta ñ sumat. nō tamē illius acceptū fert ieuniū. q̄ nō diebus quadragesimalib⁹ ieunat. Et hoc ieunū siue abstinētia bñ intelligit ꝑ panē quia q̄cunq; ab omni cibo in longū abstineret. nō vtiq; ieunaret sed deū temptaret z seipsum interimeret. Qui etiā cibos nimiū accuratos sumeret nō recte ieunaret. Quia vt dicit Aug⁹. in sermone. Qui sic se a carnib⁹ tpant vt alias escas et diffi/ciliorꝰ ꝑparationis z ꝑcij maioris inq̄rant. ml̄tum errāt. Nō enī est hoc suscipe abstinentiaz sz inuitare luxuriā Hec Aug⁹. Modicus autē z tpatus cib⁹ carni z aīe vtilis est. vt dicit Hiero. in epla ad rusticū monachū. Et talis req̄rit ad verū ieunū z cōgrue designat̄ per panē. q; inutium necessarie rei vite hominuz est panis inter alia que enumerat sapiēs. Ecc̄. xxxix. Et de ꝑ pane dicit Esa. xxx. Dabit tibi dñs panē artum et aquā breuē. Et loquit̄ ꝓpheta de cōuersis z ō cōuerti volētibus ad deū a via sua mala. q̄les omnes isto tempe esse debem⁹. quib⁹ indicit victus artus z breuis q̄ ꝑ panē artū z aquā breuē intelligitur. Istū panē omni die petim⁹ nobis dari ī oratione dñica cum dicim⁹ Panē nostr̄ū quotidianū da nobis hodie. C Ubi subtiliter ī sex verbis implicant̄ sex circūstantie in abstinētia sacri ieunij attēdende q̄ et innuunt̄ in euāgelio hodierno. C Prima est vt in victu superfluitas euitet̄. Que superfluitas attendit̄ in trib⁹. In quātitate. in qualitate. z in modo. In quātitate dupliciter. Uno modo ꝑm excessum. q̄n aliquis nimis multū sumit etiā de cibarijs grossis z vilibus. Ūñ Hieron⁹ in quadā epla. Mōnulli vitā pudicā appetētes. in medio itinere corruūt. dum solā abstinentiā carniū putāt. z legumib⁹ stomachū onerant. que moderate parceq; inocua sunt. Alio modo ꝑm defectū quādo quis nimis parū sumit. Quia ꝑm Grego. xxx. libro moraliū. Per abstinētiā carnis vicia extinguēda sunt. non caro Unde Hiero. in epla ad demetriadem Sic inquit debes ieunare vt nō palpites z respirare vix possis. z comitū tuaz vel posteris vel trabaris manib⁹. sed vt fracto corpis appetitu. nec in lectione. nec in oratiōe. nec in ope. nec ī vigilijs soluto q̄d minus facias. C Mediocritas ergo. id est. necessitas tenēda est in ieunio. que signatur ꝑ panē. Unde in oratiōe petimus panē. nō dicimus carnes vel pisces vel aliquid aliud. sz superfluū necessitati nature. sed solū panem. Unde inter apl̄os duodecim nō repiebant̄ nisi q̄nq; panes. Uerū quia non semp expedit nature ieunare in solo pane. ideo etiā inter apl̄os inuenti sunt duo pisces. Expedit enī ꝓ mediocritate seruāda aliquādo aliq̄d pani addi Ūñ glosa sup istud. j. Thy. v. Noli aquā bibere sz modico vino vtere. dicit sic. Prudēter sibi vult de⁹ ꝓuiri. vt nō nimietate debiles fiant z post medicorum suffragia requirāt. Temperādum enī est vt si fieri potest ceptū obsequiū gradatim proueniat. Potiꝰ q̄z ꝓ iēsideratiā minuat̄ In qualitate etiā attendit̄ superfluitas. Quia vt dicit Augustin⁹ in quodā sermone. Qui sic se a carnib⁹ temperāt ꝛc. vt supra. In modo nihilominus attendit̄ superfluitas. tam in ꝑparando q̄z in sumēdo. Unde Hugo in de claustro aīe dic̄ sic Superfluū quidā nimis ī ꝑpandis cibis studium adhibent. infinita decoctionū frixuraz z ꝓdimētorum genera excogitāt̄. modo mollia. modo

tura.modo calida.modo frigida.modo cocta.
modo assa.modo pipere.modo oleo.modo cy/
mino.modo sale condita ꝑm ꝓgnantiū mulier
consuetudinē desiderātes. Ita q̄ ibi desudāt co
quorū artes.⁊ fiunt questiones varie vtrū debe
ant fieri assata vel frixa vl elixa.⁊ tāta sollicitudi
ne ꝓparant vt deuotans quattuor vel q̄nq; fer/
culis ꝑma nō impediūt nouissima. Et cū iā sto/
machus crebris rucib⁹ repletū se indicat.non/
dum tamē curiositas satiat. Isti dicunt colere vē/
trem tanq; deū. Nō sic christus et aplī qui pāe
ordeaceo⁊ in quo numero fuerūt cōtenti.vt su/
pra in postillādo

B Secūda circūstantia
est vt non de aliquo alieno q̄s vescat.puta de ra
pina vel furtu vel alias illicite acquisito. Qđ no
tatur in eo q̄ dicit nostrū quasi nō alienū. Un/
Chrysostom⁹. Qui de iusticia panē acquisitum
manducat.suū panē manducat.qui aūt cū pec/
cato alienū. Unde in euangelio hodierno chri/
stus nō fecit sibi afferri panes alienos et pisces
vbicunq; ꝑ mundū ministerio angelorū qđ⁊ li
cite potuisset. Quia dñi ē terra et plenitudo ei⁹
Sed volēs nobis dare exemplū de panibus su
is⁊ discipulor⁹ dedit turbe ad comedendū. Ex
diceres.q̄d de pauperibus qui nō habēt panē ꝑp
um⁊ omni die vescunt de alieno Ad qđ dicēdū
q̄ nō est alienū qđ amore dei est datū. Un pau
per inuitatus ad mēsam diuitis panē suum co/
medit.⁊ q̄cquid comedit volūtate dantis suū ē.

E Tertia est vt in sumēdo cibum nō volu
ptas sed necessitas attendat. Qđ innuit in eo q̄
dicit ꝑm Matth. supsubstantialē. id est.supad/
ditum substātie nostre nature. Cibus enī dū cō
uertitur quasi substātie nostre supaddit. Et sic
ꝑ restaurationē depdit corpus sustentat. Ad il
lum ergo finē ieunās debet sumere cibū vt sub
stātia nature sue supteneat⁊ sustētetur. sicut di/
cebat Augustin⁹ .x. confessionū. Hoc me docui
sti domine vt quēadmodū medicamenta sic ali
menta sumptur⁹ accedā. Nō ergo nemo sumit
medicinā causa delectationis. sed causa sanita/
tis restaurāde vel cōseruāde. Sic recte ieunās
optare debet potius se posse subsistere sine cibo
qđ quia nō potest.ideo comedit solum vt subie/
ctum sustētetur. Ubi autez Matthe⁹ dicit sup/
substantialē.ibi Lucas dicit quotidianum. Et re/
fertur ad idem. Quia enī quotidie fit in nob de/
perditio. necesse est vt quotidie fiat restauratio
Un oportz q̄ pānis restauratiu⁹ ⁊ sustentatiu⁹
sit quotidianus.vt sit sensus Panem nostrum
quotidianum.id est.quo quotidie indigemus.
⁊ sine quo in vita ista subsistere nō valem⁹. Un/
de etiam dom⁹ cū vellet reficere multitudinē
dicebat Si dimisero eos ieiunos deficiēt in via
Ad hoc ergo refecit vt non deficerent.non vt in
gluuiarētur⁊ lasciuirent

F Quarta est vt
cibus sine benedictione nō accipiat⁊ quoda di
uino munere recognoscat. Et vtrūq; istorū no/
tatur in eo q̄ in oratione dñica dicim⁹ da. Quā
tum ad primū documentū sensus est cū dicim⁹
Panem nostrū quotidianum da.id est.benedic
et sanctifica. Unde Chrysostom⁹ .panē nostrum
quē iam habem⁹ a deo nobis dari petimus. vt
dum ab eo datur sanctificatus accipiatur. Si/
cut sacerdos accipiens panē a laicis sanctificat
⁊ porrigit eis Panis enī offerētium est.sz q̄ san
ctificatum est beneficiū est sacerdotis. Quātum
autē ad secundū documentū cū dicimus: Pa/
nem nostrū quotidianū da . sensus est.quasi di/
ceret.quia nec minimū granū ex nobis habere
possumus.igitur tu pater da nobis. Unde Gre
gorius in moral. Panis quē habemus dei est
ex munere.noster ꝓ vsum⁊ acceptionē. Et vter/
q; sensus iste significat⁹ in verbo da.explicatur
in benedictione mēse cū dicimus. Benedic dñe
dona tua que de tua largitate sumus sumpturi
In eo q̄ dicit bñdic tangit primus sensus In eo
q̄ additur dona tua ⁊c. tangit secundus sensus.
Tali igit mente debet homo deuotus sumere ci
buz ac si de manu dñi sibi ꝓpitialit ministretur
Et hoc significauit dominus in facto istius euan
gelij quādo ipe panē benedixit.fregit.⁊ distribu
it In eo q̄ benedixit significauit primū documē
tum.videlicet q̄ nullū cibū sumam⁹ sine benedi
ctione Unde dicit Cyrillus sup eo dē verbo Do
cumentū habemus hic.vt nihil sumam⁹ i cibuz
nisi creatura sanctificet verbo dei⁊ signo crucis.
Nā ppter peccatū homis diabolus vsurpauit
sibi in rebus istis corporalib⁹ ordinatis ad vsū
hominis vt p eas ipsi homini noceat. Un Chry
sostomus sup Matth. Causa inqt sanctificāda
rum rerz.scz escarz hec est.quia tot⁹ mūdus est in
maligno positus. Unde⁊ res corpales que sūt
magna ps mundi in maligno posite sunt. cōse/
quenter⁊ infantes quādo nascunt.q̄ntū ad car
nem in maligno sunt positi.⁊ ideo oportet et in/
fantes⁊ res corpales bñdicere vt expellatur no/
cumentū diaboli. Et hec est rō quare infantes⁊
cibi ad hominū vsum spectātes bñdicunt tem/
pore paschali.q; tūc diabol⁹ magis est homibus
infestus vt supra habitū est. Exemplū de beato
Johe euāgelista cui venenū nullū nocumentū
prestitit.q; ꝑus bñdixerat. Itē exēplū de scō bñ/
dicto cui cū porrectū esset vas in q̄ erat venenus
mixtū vino bñdixit⁊ ecce vas ꝛfractū est. Item
exemplū de sanctimoniali comedēte lactucā si

ne bñdictione quã obsedit diabol⁹. Itẽ exẽplus de fratre comedẽte frixuras sine bñdictiõe quez inuasit tãta temptatio carnis qualẽ nunq̃z fuerat exptus. Mã post buccellã furtiue ⁊ sine benedictione comestã inuasit eũ illa turpis tẽptatio Sicut post buccellaz legit in iudã sathanas intrasse. Qz aũt dñs panes fregit ⁊ distribuit. in ℞ dedit nobis secundũ documẽtũ q̃ omne qđ in cibũ sumim⁹ ab ipso nos accipere cognoscam⁹

¶ Quinta circũstantia ẽ q̃ qñ hõ comedit pauperũ recordetur. Juxta istud. Mittite partes eis q̃ nõ ꝓparauerũt sibi Neemie. viij. Et ℞ notat in eo qđ in oratiõe dicit nobis. nõ dicim⁹ mihi. ad innuendũ q̃ null⁹ sibi cibũ debet sic apropriare q̃n etiã velit indigẽtib⁹ coicare. Unde Chrysо. Mia que nobis de⁹ dat p nos alijs dat. vt de eo q̃ accipim⁹ ptẽ indigẽtib⁹ faciam⁹ Augustin⁹. Dicit inq̃t tibi christ⁹. da mihi ex eo qđ dedi tibi. habuisti largitorẽ. habe debitorẽ. habe feneratorẽ. Uñ Tho. iij. Panẽ tuũ cũ esurientibus ⁊ egẽtib⁹ comede. Et licet oĩ tpe hõ ℞ facere debeat. maxime tñ tpe ieunij. q̃ ieunium elemosynis multũ adiuuat. Quia vt dicit Cesari⁹. Tale est ieunium sine elemosyna qualis sine oleo lucerna. Uñ Esa. lviij. Cũ ꝓpheta multas abusiones ieuniorum iudeis exprobrasset subiũxit Nonne hoc est ieunium qđ elegi. Et subiungit. Frãge esurienti panẽ tuũ ẽ. Qđ verbũ ptractãs Gregori⁹ in omel. dicit sic. Illud ieunium de⁹ aꝑpobat qđ ad dei⁹ oculos man⁹ elemosynarum leuat Hoc ergo qđ tibi subtrahis alteri largiaris. vt vñ tua caro affligit inde egẽtis ꝑmi caro repareſ. Et hoc etiam oñdit christ⁹ in facto euãgelij hodierni. quia nõ solũ sibi ⁊ suis dedit ad comedendũ. sed ⁊ toti multitudini. Inter q̃s nõ dubium q̃n multi pauꝑes fuerunt. imo omẽs fuerũt pauꝑes ꝑ quãto nõ habebãt ad comedendũ Et qđ plus est ad ꝓpositũ. fecit colligi de fragmẽtis duodecim copbinos nolẽs q̃ perirent sz p pauꝑibus ꝑseruarent. Mã fragmẽta mẽsarum diuitum ad pauꝑes ptinẽt. Qz vt dic̃ Aug⁹. in li. de vbo dñi loquẽs diuitib⁹ q̃ in ꝑsuetudine habẽt accurati⁹ viuere. Utere inquit cibis necessarijs. ⁊ da pauꝑib⁹ supflua. vtere ꝑciosis ⁊ da pauꝑib⁹ vilia

¶ Sexta circũstantia est vt solicitudo nimia caueat. Juxta istud Mat. vj. Nolite solliciti esse ĩ crastinũ. Crastin⁹ enĩ dies sollicit⁹ erit sibiipsi. Et ℞ innuit in oratiõe dñica cũ dicim⁹ hodie. nõ p. xxx. vel. lx. annos. imo nec p cras. q̃ nescim⁹ an ĩ crastinũ pueniam⁹. Ad eũdẽ etiã sensum ꝑt referri qđ lucas dic̃ quotidianũ vbi matthe⁹ dicit supsubstãtialẽ. Uñ dicit Chrysostom⁹ Pro cibo qtidiano oramus. vt neq̃a q̃z vltrioris diei cura concurrat. Crastine enim diei spacium te visuz nescis. quã ob causaz in illius sollicitudine torqueris. Et ℞ est ꝑceptor⁹ quos cupiẽtes dissolui petũt regnũ dei vt de vita ꝑsenti nõ sollicitent. Unde Cyprian⁹. Diurnus cibũ discipulus christi debet petere. Qtaruz enĩ esset ⁊ repugnãs si nos q̃ petim⁹ regnũ dei velociter aduenire q̃rerem⁹ in ℞ seculo diu ꝑmanere. Et ℞ etiã oñsum est ĩ euangelio hodierno. ex eo q̃ christ⁹ ⁊ discipuli cũ exissent ĩ desertũ locuz nec dũ etiã puiderãt sibi de cibo vni⁹ diei sufficienter. vt ꝑz supra ĩ postillãdo sup eodẽ vbo themat⁹. Est puer vn⁹ hic ẽ.

¶ Subsermo Primus CLXXI

Et puer un⁹ hic qui

ẽ ¶ Secũdus panis est penitẽtie luctualis. De quo pane est istud ꝑs Cibabis nos pane lachrymaz ⁊ potũ dabis nobis in mẽsura. id est. ꝓ modo culparũ sm glo. Vere enĩ penitẽtibus ipse lachryme panes sunt et potus. quia eis reficit spũs cõmbulat⁹. Hũc panẽ petebat Augustin⁹ cũ dicebat in oratiõe. Sint mihi dñe lachryme mee panes die ac nocte. da mihi lachrymas ex toto affectu q̃ peccatorum meoz possint dissoluere vincula Circa istũ panẽ cadũt tres ꝓsideratiões q̃ tãgunt in euangelio eodẽ. ꝑ q̃s accipi pũt tres circũstãtie in vã pnĩa attendẽde ¶ Prima ẽ q̃ pnĩa nõ sit nimis sera. Nã licet pnĩa ad vltimũ vite momẽtũ dilata possit esse vtilis. Exemplũ de latrõe. Est tamẽ multũ dubia ⁊ incerta. Quia vt dic̃ Aug⁹. in q̃dam ℞mone. Si q̃s posit⁹ in vltima necessitate sue egritudis voluerit accipe pnĩam ⁊ accipit ⁊ mox recõciliabit ⁊ hinc vadit. fateor vob̃ non illi negam⁹ qđ petit. sz nõ ꝓmittim⁹ q̃ bñ hic erit. si secur⁹ hinc exit ego nescio. pnĩam dare possumus. securitatẽ dare nõ possum⁹. Nunq̃d dico dãnabit. sed nec dico liberabit. vis ergo a dubio liberari. vis qđ est incertũ euadere. age penitẽtiam dũ san⁹ es. Si sic agis dico tibi quia securus es. quia penitentiã egisti eo tempe quo peccare potuisti. Si autẽ vis agere pnĩam quando peccare nõ potes. pcta dimiserunt te nõ tu illa. Hec Augustin⁹. Et istud notat in facto hui⁹ euãgelij vbi legit ℞m matthei ⁊ marci. q̃a duo ꝑsante die discipuli accesserũt ad dñm dicentes. Dimitte turbam vt euntes in villas vicinas emãt sibi escas. quia hic in deserto sumus ⁊ hora ꝑteriit Ubi aꝑparet q̃ discipuli sollicitabant̃ de turba. ne nimis sero posset habere escas. Et sine dubio sic euenisset si non miraculũ superuenisset. Sic potest dici. q̃ si isti sero penitentes saluantur.

magis ascribi debet miraculo q3 solito cursui. sicut etiã penitẽtia latronis valde miraculosa fuit

¶ B Secunda est vt penitẽtia sit austera et aspera. Unde olim penitẽtia agebat in cinere et cilicio ꝓpter asperitatẽ. et hoc cõuenienter vt delectationi peccati correspõdeat asperitas penitẽtie. Aspera enĩ penitẽtia melio curat peccata q3 leuis. Et ponit Chrysos. sup Matth. tria exempla Primũ est quia medicina aspera z amara melius curat malos humores q3 lenis atq3 dulcis Secundũ quia malas herbas melius eradicat rastrũ ferreũ q3 ligneũ. Tertiũ quia malos nodos vel nexus melio soluit malleus ferreo q3 plũbeus. Unde dicit Augustinus. Maiorẽ in se qsq3 debet seueritatẽ exercere vt a seiudicatus minus iudicet. dicẽs cum psal. Quoniã ego in flagella paratus sum. Et hec asperitas innuit in eo q illi panes fuerũt ordeacei de qbus dominus pauit turbã. Ordeũ enĩ asperũ est. z panis qui ex eo fit est grossus z cũ difficultate comedit. Unde ẽ potius abusiumentorũ q3 hominũ Sic hõ penitens tã asperã penitentiã faciat vt possit dicere cũ ps. Ut iumentũ factus sum apud te. Quantumcũq3 tamen ordeũ sit exterio asperũ. medulla tamẽ eius est medicinalis ꝑm Plinũ. Nam vt dicit pect9 mũdificat. corpus nutrit z restaurat. spiritualia mẽbra recreat. Sic penitẽtia cõscientiã sordidã mũdificat. animã infirmam sanat. spũm mentis sauciũ recreat z roborat

¶ C Has z qualdã alias vtutes penitentie explicat Augustinus in libro de penitẽtia sic dicens Penitẽtia lãguores sanat. leprosos curat. mortuos suscitat. sanitatẽ auget. grãm ꝓseruat. claudis gressum. cecis restituit visum. vicia fugat. vtutes exornat. mentẽ munit z roborat. Ecce quo modo panis iste penitẽtie si sit asper in cortice. medicinalis est tamẽ in medulla. Unde apte panis iste figurat9 est Judicũ. vij. vbi legit q gedeone auscultante hostes. audiuit q quidã narrauit somniũ suũ in hec verba. Vidi somniũ et videbatur mihi quasi subcinerici9 panis ex ordeo volui z in castra madian descẽdere. Cũq3 peruenisset ad tabernaculũ. pcussit istud atq3 subuertit et terre fundit9 coequauit. Iste panis significat panẽ penitẽtie qui est ex ordeo vt dictum est Est etiã subcinerici9. quia cineres signãt penitẽtiam. Unde Job. xvj. Operui cinere carnẽ meã. id est. penitẽtia cooperui z deleui peccata mea. Unde etiã de anima penitẽte dicit Osee. vij. Effraim fact9 est panis subcinerici9. Ad qõ repzesentandũ in principio hui9 tpis cineres capitibus nostris supponim9. Per castra autẽ madian intelligitur exercit9 peccatorũ. Madian interpretat iniquitas vel cõtradictio. Et quid iniquius q3 peccatũ qđ contradicit z aduersat animẽ. Panis ergo in castra madian descẽdit z tabernaculũ subuertit. quando penitẽtia impetu spũs sup multitudinẽ peccatorũ descendẽs corpeccatoris p cõpunctionẽ cõterit z subuertit. et sic totũ exercitũ peccatorũ in fugã cõuertit. Tũc vero tabernaculũ cordis terre fundit9 coequat qñ expulsa culpa supabundãte gratia in aĩma imago mẽtis reformat ꝑm illud apli ad Col. iij. Expoliãtes vos veterẽ hominẽ cũ actibus suis z hoc quantũ ad expulsionẽ culpe. z induentes nouũ hominẽ qui renouat in agnitione dei ꝑm imaginẽ eius qui creauit eũ

¶ B Tertia cũ cum stãtia penitẽtie est vt penitẽs a peccando q escat. Juxta illud. Peccasti qesce. Sic enĩ christus ꝓcipere cõsueuit eis quib9 peccata dimisit Jã amplio noli peccare. Joh. viij. Et hoc innuit in eo q dñs multitudinẽ comesturaz discũbere siue sedere fecit Quid ẽ sedere nisi a peccãdi mobilitate quiescere Ũñ de rege niniuita dr Jone iij. Qz indut9 sacco sedit in cinere. Quicũq3 enĩ induitur sacco debet sedere. id est. a peccãdo desistere z hoc in cinere recognoscẽdo vilitatẽ priã p verã humiliationẽ. Dicit Aug9 in solilo quiis Inanis est penitẽtia quã sequẽs culpa coinquinat. Nihil ꝑsunt lamẽta si replicant pecca ta. Nihil valet malis veniaz poscere z mala denuo iterare. Iaz quoniã ꝑm Greg. Omnis ẽ mala nõ agere nisi etiã quisq3 studeat bonis opib9 insudare. Ideo isti comedẽtes nõ simpliciter sedere sed sup fenũ viride sedere iubebant Per fenum viride germẽ bone actionis intelligit ꝑm illud Geñ. j. Germinet terra herbã virentem. vbi alia littera habet fenũ viride. Quid est terraz fenum viride germinare. nisi animã penitentez q prius fuerat arida nunc bonas actiões fructificare Unde Augustinus in libro de penitẽtia Ad agendã pniam nõ sufficit mores ĩ melio cõmutare z a malis factis recedere. nisi z de bis que facta sunt satisfaciat dño p pnĩe dolorez. p humilitatis gemitũ. p ꝓtriti cordis sacrificiũ. coopantibus elemosynis z alijs bonis opib9 Sicut ergo ad iussũ dñi discipuli fecerũt turbã sup fenũ viride discũbere. sic boni ꝓfessores q̃ sũt imitatores discipl'oz iniũ gãt sibi ꝓfitẽtib9 vt a peccãdo ꝏbeant qescere z se ĩ bonis actiõib9 exercere ꝛc

Subsermo Secundus. CLXXII.

Ut puer un9 hic ꝛc. Qz nũc est tps pnĩe lati9 est loquẽdum de pane pnie. Sciẽdũ ergo q ad esum

pantis spiritualis nō abrupte sed ordinate pue/
nitur. Ad verā pniam requrunt nouez q̄ i pcessu
pītis euāgelij inuīt Primū ē diuine pietatis
attractio. Unde Hiere.xxxj. loquit deus ad pec
catorē In charitate ppetua dilexi te/ideo attraxi
te miseransq tui Nō enī est volētis velle neq cur
rentis currere. sed miserētis dei. Ante omnia er
go vt recedam⁹ a malo q accedam⁹ ad bonum
requirit motio diuina. qua de⁹ interi⁹ animaz
mouet siue inspirat ppositū. De hac attractiōe
dicit Joh.vj. Nemo potest venire ad me nisi pa
ter meus q̄ misit me traxerit illuz. Et h attractio
dei ad penitentiā innuit in pncipio euāgelij vbi
dicit. Oz sequebat ieluz multitudo magna. qz
videbant signa que faciebat per hmōi autez si/
gna q pinstinctus internos attraxit eos vt veni
rent ad se. Sic deus adhuc p aliqua signa intri/
seca mouet corda peccatorz B Secundū
est homis p liberū arbitriū ad deū cōuersio. nō
enī sufficit instinct⁹ diuinus. nisi homo aliquid
apponat de suo. hoc est liberū arbitriū. qđ maxi/
me est ppriū homis Unde Aug⁹. Qui creauit
te sine te. nō iustificabit te sine te. Et huiusmodi
cōuersio est quedā pparatio ad gratiā. qual' p/
paratio requirit ex pte nostra. quia homis est ani
mum pparare. vt dicit Prouerb.xvj. Sicut ciz
ille qui habet oculū auersuz a lumīe solis p hoc
se pparat ad recipiendū lumē solis q oculos su
os cōuertat versus solē. Sic in ppsito Nectī
homo se ad deū cōuertere potest sine auxilio dei
interius mouētis. Unde Hiere.xxxj. Conuerte
me domine q cōuertar. Primū ergo est q deus
nos moueat ad cōuertendū ad se. q tunc secun/
do requirit q nos cōuertamur ad deū. Et h cō/
uersio innuit in hoc q turba mota ab eo vt dictū
est arripuit iter eundi ad deuz. q sic in tota via illa
cōuertebant facies suas versus eū C Ter/
tium est gratie infusio. Cū enī homo peccando
cōtrahat maculā inquantuz priuat decore gra/
tie ex deformitate peccati. si debet aīma reforma
ri ad decorē suū pristinū. requirit q a deo sibi in
fundat habituale donū gratie. Unde Aug⁹. su
per illud ps. vt exhilaret faciē in oleo. dic. Oz gr̄
tia est nitor anime sanctū cōciliās amorē. In h
oleo gratie facies mētis exhilarat quādo ad ei⁹
pristinā pulcritudinē reformat. Unō subdit Et
panis cor hominis cōfirmet. qđ ad panē peniten/
tialem referri pōt. Et hec infusio grē designat in
eo q christus subleuatis oculis suis multitudi
nem venientē ad se respexit q miser⁹ est sui vt di
cit Marc⁹. Adaptatio patz. D Quartuz
est liberi arbitrij in deū motio. Gratia enim dei
vbicūqz est vacua nō est. Unde mox infusa mo
uet liberū arbitriū in deū p fidē. Juxta istud ad
Hebre.xj. Credere oportet accedentē ad deuz q̄a
est q inquirentibus se remuneratoz sit. Ita q hō i
genere credat eū ee iustificatorē et remūeratorē
nostrū per mysteriū christi Et hec motio in deū
innuit in eo q turba intenta erat sermonib⁹ ei⁹.
docebat enī eos multa vt dicit Marc⁹ E
Quintum est peccati detestatio Nam liber
arbitriū cum motū fuerit in deū vt dictū ē. mox
mouetur in peccatū detestando ipsum. quia est
contra deū. Unde motus liberi arbitrij in deuz
precedit naturaliter motū liberi arbitrij in pec/
catum. cū sit causa q ratio eius. Et iste motus li/
beri arbitrij in peccatū innuitur i eo q illi homi/
nes de turba obtulerūt ei languidos q infirmos
eorum. vt dicit in Matthēo q Luca. Sicut enim
homīes naturaliter detestātur infirmitates coz/
poris. Sic multo magis detestari debent egritu
dines anime et earū remedia querere. F
Sextū est culpe remissio Nā post duplicem
motū liberi arbitrij predictū. deus immediate re
mittit culpā. quia deus pmo⁹ est ad prestandaz
veniam q̄z homo ad petendā. eā. Et hoc notat i
eo q dom⁹ dixit discipulis. Vate vos illuc mā
ducare p̄m tres alios euangelistas. Antequ enī
turba ab eo peteret escā ipse pronus fuit reficere
eam Et nota q licet ser predicta distinguātur
sic gradatim ordine nature. omia tamē cōcurre
re possunt in vno instanti. quia agens diuinuz
cum sit virtutis infinite. non indiget tempore in
actione sua G Sed omnibus istis sex per
transitis. adhuc remanet reat⁹ ad penā. Ad cu/
ius expiationē requrūtur adhuc tria ex pte no/
stri. scilicet contritio. cōfessio. q satisfactio q̄ sunt
partes penitentie. Sed diceret aliquis. Postq̄z
remissa sunt peccata p prima sex. ad quid tūc ne
cessaria est penitētia. Ad quod dicēdum. q ad
solū propositū confitendi q satisfaciendi deus di/
mittit peccata. Juxta illud psal. Dixi. id est. i cor
de meo proposui cōfitebor aduersuz me inusti
am meā domino ꝛc. Obligatur tamē homo ad
huc ex ordinatione dei et ex precepto ecclesie ad
penitentiā sacramentalē. que cōsistit in istis tri/
bus. que si homo ex cōtemptu dimitteret. cōtra
heret nouū peccatū ingratitudinis. quod soluz
sufficeret ad damnationez. Valent enī ista tria
ad reatus pene expiationē H Primuz er
go istorū triū quod est septimuz in ordine pmi
sorum est cōtritio. Est autē contritio dolor assū
ptus pro peccatis cum proposito cōfitendi q sa
tisfaciendi. Et hec cōtritio posset esse tanta q̄ suf/
ficeret ad abolitiōz pene q culpe Et ista ꝓtritio i/
nuit i eo q dns accepit panes. benedixit q fregit

Panē pnīe nrē dē⁹ accipit ⁊ bñdicit. qñ p grāz suā penitentiā nostrā admittit ⁊ eā bñdictā nobis efficit. Tunc vero panez frangit. qñ p minutas partes de qbus penitēdū sit nobis oñdit. Licet enī ex sola displicentia ⁊ detestatiōe pctōrum in generali cum pmissis alijs remittatur culpa. vt dictū est. oportet tñ q tota massa peccatorum postea frangat ⁊ in ptes diuidat. et sic minutati homo de singulis cōteret ⁊ cōfiteat. Et hanc fractionē ipse deus facit p quāto actū ☧ritionis inspirādo efficit. In qua qdē ☧ritione homo sigillatim omīa peccata sua añ tribunal ☧scientie sue adducit. ⁊ ibi seipsum accusans in amaritudine aīe sue de singulis ☧terit ⁊ postea cōfitet. ℣

¶ Octauū est ☧fessio. Cōtritio enī inualida est si ñ sequat cōfessio suppositā oportunitate. ☧fessionē nāq hō se subijcit arbitrio sacerdotis loco dei. Et ℟ innuit in eo q dñs panē ab eo fractū porrexit discipulis suis vt ipsi vlteri⁹ porrigerent turbe. ☧ dotuisset qdē p seipsū distribuisse turbe. sz voluit vt interueniret ministerū discipulorum. qz vices in ecclia tenent sacerdotes. In q facto significauit se claues cōmittere ministris. ligādi atq soluēdi. Deus enim frāgit cor pctōris ad pniam. sz executionez cōmittit sacerdotibus. ℣

¶ Nonū est satisfactio q notat in distributione fractionum panis p discipulos facta. In q distributiōe signant sūt qttuor attendēda. ☧primū est q discipuli fecerūt turbā sedere ⁊ ℟ exiussu dñi dicētis. Facite hoīes discūbere. In q notatur q in satisfactiōe imungenda a sacerdotibus ☧primū debz esse q sacerdos cōfitēti dicat ☧decasti. q̄esce ⁊ amplius noli peccare. vt de ℟ dictū ē supra. Secūdū vt faciat eos sedere i feno viridi. id est. germīe bonorum operum. Tertiū vt det eis fracturā panis ordeacei. i. vt īponat eis pnias satisfactorias. vt hec tria supra deducta sūt. Quartus est collectio fragmētorum. in q notat q penitēs quādiu vixit reliquias pctōrum debz habere i memoria ac p hoc reliquias pnie sp retinere. Hic de btō petro legit. Nō quis pctum negatiōis sibi dīs diu dimiserit. ipse tñ q̄diu fuit in hac vita pctum istō defleuit. Vñ vtile ē q sacerdos aliquā pniaz qñ tū cūq; puā ppetuā iniūgat vt reliq̄e pnie reliquias pctorum abstergāt. ⁊ vt hō p ℟ pctorum suorum ptem aliquā in ☧ritiōis spū rememoret. Naz ex ℟ sordes reliquiarum pcti melius depurant. vires aīe excitāt. spūs hūliat. ⁊ feruor deuotiōis accēditur. Vñ ps. cū dixisset. Dolor me⁹ renouat⁹ ē. subiūxit. Cōcaluit cor meū intra me. Vñ Greg⁹. vuj. moral⁹. Sepe qd tormētes latuit. flētib⁹ inotescit ⁊ afflicta mēs certi⁹ iuenit malū qđ fecerat ⁊ reatū suū ce⁹ secura ñ meminit būci se ☧mota ☧phēdit

¶ Subsermo Tertius CLXXIII

Et puer un⁹ hic ⁊c.

Tertiꝰ panis ē intelligēte salutaris siue panis intellectual⁹ q̄ est vbū dei. Be q̄ pane dr Ecc. xv. Cibabit illū pane vite ⁊ intellectus. De isto pane q̄ttuor ℟ documēta innuit. ☧primū ē q vbū dei ē cib⁹ aie. Vñ Mat. iij. Nō in solo pane viuit hō sz in omi vbo qđ p. de ore dei. Quappter sic corp⁹ ñ pt viuere sine pane materiali. sic aīa ñ pt viuere absq; pane intellectuali. perfecto q maior ē refectio mētis q̄z vētris. Et ℟ innuit in eo q dicebat. Si dimisero eos ieiunos deficiēt i via. Mar. viij. Et ea dē rō fuit ℟. Si ei dñs pane vbi dei nos ñ reficeret absq; dubio deficeremꝰ i via mor. ¶ ℟ Secōm ē q̄ intelligētia vbi dei ñ nisi illūiatōe diuīa acq̄rit. Vñ Aug. sup canonicā Ioh. Nolite inq̄t putare quēq; hoīm aliqđ discere ab hoīe. ām onere possum⁹ p strepitū vocis nrē. si non sit int⁹ q̄ doceat manus fit strepit⁹ noster. Et ℟ notat i eo q dñs fregit pānem a turba comedēdos. Nō nisi dñs frāgat nobis ⁊ aperiat intellectū sacre scripte. ñ intelligē⁹. Vñ discipuli cognouerūt dñm i fractiōe panis. Erāt ād isti pānes qs dñs fregit ordeacei ⁊ q̄nq; per qs ℟m Beda signat lex q̄ tinet in q̄nq; libris moysi. Qui añq; a dño frāgerēt ⁊ exponerētur ñ pascebāt sz onerabāt. Aperti vo p⁹ q̄z apti sūt ⁊ explicati p succedētē lucē noui testamēti totū inuolutū q̄ in q̄nq; milib⁹ hoīz sigt copiosissime refecerūt. Nō aūt isti panes ordeacei fuerūt sigt legē asperā et velatā. Sic ei ordeū aspez ē ⁊ tenacissima palea tegit. sic lex aspera erat nemini parcens. ⁊ velata enigmatibus ⁊ figuris. Necesse ergo erat a domino panē frangi. quia ante suū aduentum nemo erat qui istum panē frangeret. Et hoc lamētabatur Hieremias Thre. iij. Paruuli petierūt panem ⁊ non erat qui frangeret eis. Sic adhuc hodie quātumcūq; doctores ⁊ predicatores frāgant panem auditorib⁹. nisi deus intus audientes illuminet. sine intellectu erūt. Et ideo laudabilis consuetudo est semp in sermōis principio facere orationē. Sic sapiens Sap. vij. Optaui ⁊ datus est mihi sensus. inuocaui et venit in me spiritus. ¶ C Tertium documētum est q intelligentia verbi dei ad plenū a popularibus non capitur. sed tantus ab his qui sunt perfectionis apostolice sectatores. Et hoc notat in eo q multa fragmenta remāserunt q̄ turbe cape non potuerunt. Cupfuerunt enī. xij. cophini fragmētorum p̄m numerū apl̄orū ad insinuandum. q̄ soli viri apostolici illa intelligunt atq; seruant ad

que intellect⁹ populariū non attingit. ¶ B
¶ Quartū documētū est q verbū dei etiā si nō intelligat ab audiēte. nihilomin⁹ hz salubres effectus in cordib⁹ auditorz generare. Et ℞ innuitur in eo q iste turbe nō intellexerūt mysterium panū. imo etiā ꝺ discipulis dr. q nō intellexerūt de panib⁹. Ad ar. vj. Et tñ effectū saturatiōis in se expti fuerūt. Sic in ꝓposito ꝺba dei siue ꝺba sacre scripture audita. occultos effect⁹ opant in auditorib⁹ etiā si non intelligant ab eis. ℞ declarat valde pulcre Orig. sup ihesu naue omet. xx Si enī vt dicit ad ꝺba q̄dā incātatorū q etiā ipsi met incātantes nō intelligūt. serpentes de cauernis extrahunt. z in manib⁹ portant. z ita sopiuntur q venenis nocere ñ valeāt. Sepe etiā tumores in corpib⁹ būanis solis ꝺbis repmunt. Et interdū etiā aīe stupore quodā sensus ad ꝺba alienant. quātomagis credendū est q ꝺba dei et sacre scripture habēt effect⁹ suos etiā si non intelligant a nobis. Sicut enī apud infideles demōes audiētes illa carmīa incātationū assunt et exhibent famulatū. z dāt in boc ad q̄d ꝑ ꝺba illa īuocati sunt. Sic multo magis angeli dei q̄ nobiscū sunt. z q̄ ad nostrā custodiā sunt deputati libenter. z grate accipiūt q̄n ꝺba sacre scripture velut carmīa. z ꝓcantatiōes ex ore nostro ꝓmimus. q. si nos nō intelligam⁹ q̄ ore ꝓferim⁹. ille tamē celestes ꝑtutes q̄ nobis assistūt intelligūt. et velut carmine quodā inuitate adesse nobis. z ferre auxiliū delectant. ¶ Q. aūt sint nō solū circa nos sed etiā intra nos indicat ꝓpha in ps. B. ℞ dic aīa mea dñm. z oīa interiora mea nomē sanctū eius boc est. oīa q̄ intra me sunt. Cōstat ergo eē virtutes quib⁹ vel aīaz vel corporū cura cōmissa est. Que vtiqz cuz scriptura legit a nobis vel audit delectant. z validiores erga nostrā diligentiam fiunt. ¶ Pascunt enī. z reficiunt ex auditu scripture sancte velut. z diuis. z rōnabilib⁹ cibis. imo ipse dñs noster ihesus christ⁹ si nos inueniat in bis vacātes. nō solū pasci. z refici dignat in nob. verz etiā si illas epulas apud nos videret apparatas patrē secū dignatur adducere. sicut ipsemet ait: Amen dico vobis. q ego. z pater veniem⁹. z mānsionē faciem⁹. z cenabim⁹ apud eū. ¶ Apud quē. apud illū q̄ ꝺba sua audit. z custodit. Sicut aūt ex hmōi auditiōib⁹. lectiōib⁹. vl̄ meditatiōibus diuinar scripturar erga nos anglorz cōsortia. z officia ꝓuocam⁹. Sic ecōuerso malignorz spiritū insidias ac pessimorz demonū incursiones ex hmōi verborz. z noīm appellatiōib⁹ effugamus ¶ Hos itaqz tres effect⁹ ꝺbi dei videlicz. q demonū pēna depellit. z angelorz sanctorz assistētia prouocat. z nihilomin⁹ ipi christo cū deo pacē iocunda refectio prepat. Silr. z alios effect⁹ supra descriptos. z si imediate nō exprimur in nob. aliquali tñ tpe succedēte absqz dubio sentiemus. Et ponit exemplū Orig. Quia nō statiz hō exprit effectū medicine sz paulatim tpe succedēte. Sic hic

¶ Subsermo Quartus
CLXXIIII ℣

Et puer un⁹ hic ꝛc.

e Quart⁹ panis est eukaristie sacramētalis. De quo Joh. vj. Ego sum panis viuus q̄ de celo descēdi. Si q̄s mānducauerit ex hoc pane viuet in eternū. De isto pane colligere possum⁹ ex pñti euāgelio quattuor documēta.
¶ Primū est q ad hūc panē sumendū quilibz fidelis debet se ꝑparare saltē in stāte tēpe paschali iuxta statutū cōcilij generalis. Extra. de pe. et re. Dis vtriusqz sex⁹. Et hoc notat in eo q erat proximū pasca q̄n reficiebatur multitudo a christo
¶ Secundū est q licet iste panis sit velat⁹ accidētibus. substātia tñ diuinitatis ꝺe est ibi latēs. ℞ signat in hoc q isti panes dicunt fuisse orde acei. z virtute diuina in eis opante fuerūt multiplicati. vt de eis satiarent tota multitudo. ¶ Tertium documētū est q mānducaturi hūc panē debent sedere sup fenū viride ꝑ q̄ signāt delectamēta carnis iuxta illud Esa. j. Dis caro fenum Cōicaturi ergo ℞ pane dñt calcare. z ꝓculcare fenū delectatiōis carnalis. z desup sedere vt quasi a toti⁹ corpis mēbris suppriman. Hunc est sm Aug. q iste panis ꝺr hostia rōnabilis. ꝑ q̄nto ꝑ eā bestiales sensus. z carnalia desideria subiugatur ¶ Quartū documētū est q sm christi ordinationē ille panis ꝑ ministrorz man⁹ dz ꝑpl̄o ministrari. q̄d signatū est in eo q dñs panē a se fractū discipulis cōmisit dispēsandū turbis.

¶ Subsermo Quintus
CLXXV. ℣

Et puer un⁹ hic ꝛc.

e Quint⁹ panis ē glie eternal. De q̄ Lu. xiij. Beat⁹ q̄ mānducabit panē in regno celorz. Et bñ illa beata fruitio ꝺr panis Quia sic panis corpalis replet. z satiat appetitū edētis. sic fruitio illa satiat desiderū ꝓplātis. ¶ Psal. Satiabor cū apparuerit glia tua. Reficiūt aūt illi beati nō solū visiōe diuinitatis sz etiā pascunt deliciosa ꝓplatione būanitatis i christo ¶ Propter q̄d sciendū q sm beatuz Bern. christ⁹ ꝺr triplex panis. Ipse enī est panis subcinericij incarnationē et reuersatus in resurrectiōe. z trutice⁹ in nude diuinitatis ostēsione ¶ Panis subcinericius est de⁹ homo. Quid enī vt ait Bernard⁹. est

deus. nisi vita ⁊ panis Et q̄d est hō nisi puluis ⁊ cinis. Et q̄d est in vna ꝑsona deꝰ latēs et homo patēs. nisi panis subcinericiꝰ. Panis ergo subcinericius est panis sub cinere. deꝰ latēs sub homine. Et hoc erat christꝰ añ resurrectionē. Panis reuersatꝰ est ecōuerso hō deus. s. post resurrectionē. Prius enī quasi cinis panē occultauit post v̄o quasi panis cinerē celauit. Qñ enī christus habuit corpꝰ glorificatū. tūc humanitas q̄si in eo celata fuit. Uñ añ passionē humanitas i eo manifesta fuit. diuinitas latebat. Et ideo tunc ꝑ miracula ⁊ ꝑdicationē diuinitatē ꝓbare ⁊ mūdo oñdere oportebat. Post resurrectiōz v̄o magis ꝓbatiōi hūanitatis q̄z diuinitatis insistebat Uñ tūc visu. tactu. esu ⁊ multis argumētis alijs se verū hominē ꝓbabat. Panis triticeus sine oī cinere est. sine furfure. sine enigmate. sz de simila purissima. Hec est nuda diuinitas Hic panis ē deus deꝰ Nam vt dicit Bern̄. Deuotioni non sufficit semel dicere deꝰ. Vox enī deuota est deꝰ deus meus. Hoc faciat mihi deꝰ. ⁊ hec addat vt sit deꝰ deus meꝰ. Quid enī mihi ꝓderit deus si nō sit deꝰ meꝰ. Christꝰ ergo est panis beatoruz subcinericiꝰ inquantū reficit eos sue hūanitatis passibilitate. que ibi apparz in cicatricū oñsione. Hec est enī vna causaꝝ quare dñs cicatrices in suo corpe reseruauit. vt videlicet beati de eis habeant gaudiū singulare. Est etiā panis reuersatus inq̄ntū reficit eos eiusdē humanitatis glorificatione ⁊ sublimatiōe. Ex hoc nempe beati habent gaudiū singulare ꝙ vidēt suaz naturā tāta claritate dotatā ⁊ sublimatā. ac idētitate suppositi verbi q̄si in sinu trinitatis collocatā. Uñ Bernardꝰ sup Cañ. Plenuz est suauitatis dulcedine videre ibi hominē hoīs ꝯditorē. Est preterea panis triticeꝰ inq̄ntū ipsos reficit nude diuīitatis oñsione. quā in ipso clare ⁊ nude cōtemplāt Et sic siue ingrediant ꝑ diuinitatis cōtemplatōnem siue egrediant ꝑ hūanitatis intuitionē. sꝑ pascua inueniēt ꝑ noue dulcedinis degustationem. B Et iste triplex panis in christo īnuitur in p̄nti euāgelio Nā natura passibilis quā habuit ꝑ incarnationē signat ꝑ hoc ꝙ isti panes scribunt fuisse ordeacei. Et forte etiā ad lrām fuerunt subcinericei vtpote panes pauperꝝ. Et s̄m hoc ꝯueniēter christus ꝓut habuit naturā passibilē figuratꝰ ē ꝑ illū panē ordeaceū ⁊ subcinericium. de quo dr̄ Iud. vij. ꝙ voluebat ī castra madian ⁊ subuertit tabernaculū. qz christꝰ ꝑ passionem suā irruit in castra diaboli ⁊ claustra inferni destruxit. Qꝫ aūt dñs respiciēs in celū. panes acceptos benedixit signat ꝙ naturā assumptā ꝑ diuinā potentiā benedixit. glorificauit. ⁊ in celo collocauit. Et sic fuit q̄si panis reuersatus. qz super cinerē corruptibilitatis oīs creature eleuatus. Qꝫ vero panes fregit significat ꝙ diuinitatem latentē in carne humana aperuit ⁊ patefec̄. Quādiu enī panis integer est latet q̄d intus est sed hoc fractione manifestat̄. Sic hic. Luc. xxiiij Cognouerūt discipuli dñm in fractione panis. Isto itaqz pane ordeaceo ⁊ subcinericio q̄ntuz ad primū. benedicto quantū ad secundū. et fracto quantū ad tertiū. christꝰ dñs noster reficiet multitudinē fideliū suoꝝ. ⁊ hoc sup feno viridi ī regno celoꝝ. vbi sancti requiescent ī herbis virētibꝰ ⁊ in pascuis pinguibꝰ pascent̄. Ezech. xxxiiij De quibus pascuis dicit Gregꝰ. Que sunt illa pascua nisi interna semp virētis ꝑadisi gaudia. Pascua nanqz electoꝝ sunt p̄ns vultꝰ dei. quidum sine defectu cōspicit̄ sine fine mens cibo satiatur. Quibus pascuis nos satiare dignet̄ ipse panis angeloꝝ. qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum Amen.

Explicit Secūda pars

huius operis que respicit tempus cōuersionis hominū et vocationis ad fidē. Et durat hoc tp̄s a dominica post octauā epiphanie vsqz ad dñicam in passione domini.

Incipit tertia pars huius operis que respicit tempus nostre redemptiõis facte per christi passionẽ. Et durat hoc tempus a dominica ī passione domini vsqz ad octauam pentecostes.

CLXXVI.

Postquã in pma parte operis actũ est de euãgelijs ptempe aduẽtus christi z incarnatiõis. et pñter in secũda pte de euangelijs ptinẽtib9 ad tps nostre cõuersionis. Nũc in tertia pte agendũ est de euãgelijs respicientibus tẽpus nostre redemptiõis. Tẽpus aũt nostre redẽptionis cõplectit dñi passionẽ. resurrectionẽ. ascensionẽ. z spũssancti missionez. z ꝑm hoc ista ps totaliter diuidit principaliter in ꝗttuor ptes. In pma agit de christi passione. In secũda de eius resurrectiõe. In tertia de ei9 ascẽsione. In quarta de spũssancti missione. Patentes partes patent. Circa primã ptẽ est sciendũ. q christ9 passus est dupliciter videlicet vbis ꝓtumeliosis. z factis iniuriosis. Primo agit de passione dñi vbali. z hoc in euãgelio dominice pñtis q ꝓ hoc dicit dominica in passione dñi Ibi. Dicebat ihesus turbis iudeoz ẽc. Secũdo agit de passione dñi reali. z ꝑ in dominica palmaz qñ passio legit ꝑm Matheũ. Et tũc sequit secũda ps principalis in q agit de christi resurrectiõe. z hoc in euãgelio dicit pasce. Ibi. Maria magdalene ẽc. Et ex tũc diuisiones alias put de9 dederit ꝓsequemur.

Expositio euangelij dominice ī passione domini CLXXVII

Dicebat ies9 turbis t iudeoz et principib9 sacerdotũ. Quis ex vobis arguet me de peccato. Si veritatem dico vobis quare nõ creditis mihi. Qui ex deo est. verba dei audit. Propterea vos nõ auditis. quia ex deo nõ estis. Solẽt innocẽtes anteqz subeãt iudicũ passionis expetere iudicũ examinatiõis. Vñ dominus noster sciẽs iudeos in mortẽ suã cõspirasse iudicũ examinatiõis ab eis expetijt. ad ostẽdendam suã innocentiã z iudeoz maliciã ac eoz iudiciariã iniusticiã a ptius cõuincendã. Ad cui9 euidentiã est sciendũ q post Lazari resuscitatio nẽ de qua legit in euãgelio ferie sexte ꝓxime ꝓcedenti. iudei inuidia ꝓtra christũ incitati cõspirauerũt eũ interficere. Et tõ ecclia in hac dñica incipit officiũ passiõis. Resuscitatio q̃ ꝑ lazari fuisse facta creditur ꝑma luna martij. cui9 .xv. luna domin9 passus fuit. Cõuenient ergo pñs euãgeliũ in dñica passionis legit. z ꝓpter duas causas. Prima q in hoc euangelio dñs añqz plecteret ad mortẽ iudicium exegit examinatiõis a iudeis dicens. Quis ex vob arguet me de pctõ. Secunda q in eodẽ euãgelio dñs passus legit iniurias tã verboz q̃z factoz. Vñ ꝑs euãgelij hz tres ptes ꝓncipales. In quaz ꝑma describit q̃liter dñs a iudeis expetijt iudiciũ examinationis cũ premittit. Quis ex vob arguet me de pctõ. In secũda oñdit qualit dñs a iudeis passus est ꝟba cõtumelie z false criminationis. Ibi. Rñderunt ergo iudei z dixerũt ẽc. In tertia ponit q̃liter ab eis passus est facta intentate lapidatiõis Ibi. Tulerũt ergo lapides ẽc. Quãtũ ad ꝑmã ptẽ est sciendũ q quãuis dñs vltro mortem pati voluerit. ipse tñ suã innocẽtiã omnib9 manifestã esse voluit. Quã declarat ex trib9 Primo q omnib9 se ad examẽ obtulit. q. dicebat voce publica. turbis iudeoz. tãqz cõmunib9 z popularib9. z ꝓncipib9 sacerdotũ. tãqz maioribus Notandũ q iudei turbaz noie nuncupant. Nã ꝑm Papiã. Turbe dicte sunt a turbãdo. z q iudei turbidi erãt q̃si obscurati intellectu. vt ꝟba christi loquẽtis nõ intelligerẽt Johã. viij. Loquelã meã nõ cognoscitis. q nõ potestis audire sermonẽ meũ. Erãt aũt turbidi z turbati quia inflãmati ira. inuidia. z indignatiõe cõtra christũ. Psal. Turbati sunt z moti sunt sicut ebrius z oĩs sapia eoz deuorata est. Quibus tñ christ9 loquebat vt furorẽ eoz mitigaret z turbulentiã ab intellectu tolleret. declarãdo innocẽtiã suã dicẽs. Quis ex vobis arguet me de pctõ. quasi diceret. Vos vultis me interficere. oñdite peccatũ quo meruerim mortẽ. q si nõ poteritis manifestũ erit me innocẽter moriturũ Et cõsidera ꝑm Chrysо. q magna est fiducia iusticie vbi causa aduersario cõmittit Deut. xxxij. Et inimici nostri sũt iudices. Magna est etiã humilitas ponere se in discussiõe seruoꝝ. Job. xxxj. Nõ ꝓtempsi subire iudiciũ cũ seruo meo et ancilla mea cũ disceptaret aduersũ me. Et nota ꝑm Orig. q hoc ꝟbũ christi tãte fiducie est q nullus vnq̃z hominũ ꝑ dicere potuerit. nisi sol9 dominus noster q peccatũ nõ fecit Nota etiã ꝑm Greg. q pensat hic mãsuetudo dei. q nõ dedignatur ex rõe oñdere se nõ esse peccatorẽ. q ex vtute diuinitatis poterat pctõres iustificare. Ꝑ

Secūdo declarat innocētiā suā ex eo q̄ vitati sp inmīsus fuit. Unū ait. Si vītatē dico vob̄ q̄re nō creditis mihi Et accipīt ibi si p q̄. Joh̄. xviij. Ego nat⁹ sum ⁊ ad h̄ veni in mundū. vt testimoniū phibeā vītati. Quare nō creditis mihi q̄si dicat. Nō potestis arguere pc̄m meū in vita mea. nec falsitatē doctrina. ergo ex vicio vestro est q̄ nō creditis mihi. Notandū q̄ pl̄a sunt q̄ debēt allicere hoīem ad credēdū deo. Primus ē cognitio diuinor. Joh̄. xij. Ego lux veni in mūdum vt oīs q̄ credit in me nō maneat in tenebris. Esa. vij. Nisi crediderit⁊ nō intelligetis. sm trāslationē. lxx. Secūm est defensio cognitor. Psal. Credidi ppter q̄d locutus sum. ij. ad Corinth. iiij Et nos credim⁹ ppter q̄d ⁊ loq̄mur. Tertiū est impetratio petitor. Joh̄. x. Nōne dixi tibi. si crediderīs videbis gloriā dei. Matth̄. ix. Si credis oīa possibilia sunt credēti. Quartū est toleratō aduersor. Sap̄. xvj. Sermo tu⁹ eos q̄ in te credunt suat. j. ad Thy. v. Ob quā cām ego patior sed nō pfundor. scio enī cui credidi. Quintū est viuere in grā Joh̄. viij. Qui credit in me sic dicit scriptura flumia de vētre ei⁹ fluēt aque viue Jacobi. ij. Credidit abrahā deo ⁊ reputatū est ei ad iusticiā ⁊ amic⁹ dei appellat⁹ est. Sextū est vitare picula. Joh̄. xj. Dis q̄ viuit ⁊ credit in me non morīet in eternū Ro. x. Dis q̄ credit illū nō pfūdet. Septimū est lucrari eterna gaudia. Joh̄. iij Sic dil⁹ dilexit mūdū vt filiū suū vnigenitū daret. vt oīs q̄ credit in eū nō pereat sz habeat vitā eternā. ij. Pet. ij. Vobis igit̄ honor credētib⁹ ⁊c

¶ Tertio declarat innocentiā suā ex vicio aduersarior de q̄ eos puincit cum dic̄. Qui ex deo est vba dei audit Quia enī ipsi q̄ christū crucifigere moliebāt. nō potuerūt eū arguere de pcto vite nec falsitate doctrine. relinquit q̄ h̄ processit ex eor vicio. q̄ vītatē audire noluerūt. ac p hoc a vītate ⁊ a deo alienos se eē demōstrauerūt. Vel aliter pōt introduci hec pticula vt sit q̄si solutio q̄stionis sue pmisse q̄ dixerat. Quare nō creditis mihi Quia enī ipsi ad h̄ rōnabiliter rīndere nescuerūt. iō ipse eis hmōi cām assignat dicēs. Qui ex deo est vba dei audit . Ista ppositio dat intelligere ptrariā. s. q̄ nō est ex deo vba dī nō audit. Unū subdit. Propterea vos nō auditis q̄d est oppositū pntis. q̄ ex deo nō estis . q̄d ē destructio añcedētis. Et est efficax argumētū in materia puertibili a destructiōe psequētis ad destructionē añcedētis. sz in alia materia nō valet. Et sic soluta est q̄stio q̄re iudei nō audiebāt vba dñi vītate plena. vel q̄re sibi nō credebāt. q̄ videlicet ex deo nō erāt. Et h̄ fuit figuratū i Ezechiele cui dñs ait: Dom⁹ israel exasperās ē. nor lunt enī audire te. q̄ nolunt audire me

Notandū sm Greg. q̄ ad vbū dei diuersi diuerlimode opant. Quidā enī sunt q̄ nec aure vba dei dignant audire. sz magis delectant in fabulis ⁊ vanis hmōi⁹. ij. Thy. iiij. A vītate quidem auditū auertēt. ad fabulas aūt puertētur. De salute istor despandū est. q̄ nō est spes sanitatis infirmi nullā medicinā volentis accipere Alij sunt q̄ vba dei aure q̄dē corpis audiūt. sed mētis delectatiōe nō suscipiūt. Qui sunt silēs fe bricitātibus. q̄ manducātes dulcia nō pcipiunt sapor ē ex infectiōe colere. Quidā aūt ē sunt q̄ sic in audiēdo vbū dei delectant. vt etiā fletib⁹ ppū gant. sz vba nō retinēt. ⁊ post paululū ad pcta dilabunt. Qui silēs sunt cribror q̄d madefit recipiēdo aquā. tū nō retinet ipsam. Quarti vō sunt q̄ delectabilit audiūt ⁊ memorit retinēt. nō vt fm ea operent sz vt sciāt de eis loq̄. Et q̄ in hoc tā in fe ipsis delectant q̄z apud alios gloriātur. sic illi de spiritu becardico Qui sūt silēs boī hītu mor bū q̄ dicit canin⁹ appetit⁹ intēsus ⁊ insatiabilis sic canis nūq̄z satiat̄ timo reuertit ad vomitu. Sic isti q̄b⁹ nō pficit cibus vbi dei. sz deuorādo ⁊ vomendo vt canis ptinue laborāt ad mortē. Et tales cōpant etiā viro psiderāti vultū nativitatis sue in speculo. Jac. j. Sūt pterea q̄nti q̄ vba dei tali intētione suscipiūt vt ea retineāt. nō tantuz memoria sz etiā opatiōe. Et isti sūt sapiētes De q̄bus dr Matth̄. vij. Dis q̄ audit vba mea ⁊ seruat ea assimilat viro sapiēti q̄ edificauit domuz suā supra firmā petrā Cōsideret ergo vnusq̄sq̄z in corde suo vt dic̄ Greg. si ex deo sit. Si enīz ille vba dei audit q̄ ex deo est. ⁊ audire vba ei⁹ nō pōt q̄squis ex illo nō est. Interroget se ergo vn⁹ q̄sq̄z si vba dei aure cordis pcipit ⁊ intelliget vtī sit. Celestē patriaz vītas desiderare iubet. desiderīa carnis ptēnere. mūdi gliam declinare. aliena nō appetere. ppria largiri. Pensет ergo apud se vnusq̄sq̄z vestrz si hec vox dei i aure cordis eius cōualuit ⁊ q̄ riā ex deo sit cognoscit. Bubitaret aūt aliq̄s circa h̄ q̄ hic dr. q̄ ex deo non estis cū oīa pipsū facta sint. quō isti dicunt nō esse ex deo. Ad q̄d dicendū sm Aug. Dr omnis creatura q̄ntū ad naturā ex deo ē. q̄ p ipsum facta sunt oīa. Sz repit q̄daz alt⁹ mod⁹ essendi ex deo sz sm esse gratuitū. de q̄ habet Joh̄. i. Qui nō ex sanguinib⁹ neq̄z ex vo. car. ⁊c. sz ex deo nati sūt. Et hoc mō nō oēs sunt ex deo imo q̄dā sunt ex diabolo. Quales sūt illi q̄ p peccatū mortale auersi sunt a deo. Argumētū est igit̄ q̄ aliq̄s sit ex dō p grām ⁊ amorē q̄n audit vba dei. q̄ libenter vba illi⁹ audim⁹ quē diligim⁹. Et nota q̄ ex hoc q̄ hic dicit. q̄ ex deo est q̄dā suppleūt occasiōz

dicendi.q; boni spūs sint ex deo materialit. Sed erroneū est dicere q; de⁹ sit alicui⁹ materia.cum sit simplicissim⁹. ¶ Ex tūc obiecit. Si ex dīc originē ⁊ causam efficientē tūc oēs sum⁹ ex deo.ergo oēs audim⁹ vba dei. Itē nōne iudei audiebant eū. Ad hoc dicendū ꝑm ꝓdicta ꝑm Augu. q; ex dicit hic originē nō q̄ntū ad esse ꝑmū.qđ est esse nature.sed q̄ntū ad esse ſcdum qđ est esse grē vel culpe. Et hoc qđē ꝑm cōformitatē ⁊ imitationem. Vñ sensus est. ¶ Qui ex deo est ¶ ꝓformitatē volūtatis ¶ vba dei audit ¶ ⁊ hoc aure cordis nō solū corpis.q; sicetiā mali audiūt

¶ Secūda pars expositiōis euāgelij

CLXXVIII

voce magna iocūda ⁊ alacri. Nō dubiū q̄n discipuli p̄ alijs p̄stantius ⁊ alacri⁹ clamauerūt illas voces laudis. Qđ patet ex luca q̄ dicit. Q⁹ q̄dā pharisei⁹ de turbis dixerūt ei. Magister increpa discipulos tuos. Quib⁹ ip̄e ait. Q⁹ si hi tacuerint. lapides clamabūt _ dicētes. Osanna filio dauid _ Osanna vt dicit Hiero. hebrū hebreū ē cōpositū ex corrupto ⁊ integro. Nā osi idē est q̄ salua. sed anna est interiectio hebraica obsecrantis. Vñ anna nō signat rem aliquā sz affectū. Quicunq; ergo dicit in lingua hebraica osanna dicit salua cū aliquo mō vocis obsecrātis affectū. Et ideo osanna idez est q̄ salua me obsecro. Et patet q̄ ē dictio composita ex corrupto et integro ꝓm Remigiū. Cū enī deberet ꝓferri osianna p̄ syncopā dicit osanna. Pōt aūt dupliciter ꝓstrui ista dictio filio. Vel pōt eē vna vel due ptes. Uno mō sic _ Turbe clamabāt filio dauid _ scz christo. tūc est dñi casus. Vel aliter _ turbe clamabāt dicētes o fili dauid _ vocatiui casus _ osanna _ i. obsecro salua. Et postea cōuertebāt ad inuicē sermonez d. _ B̄ndictus q̄ venit in noīe dñi. _ Et sumpta ē hec laus sz Hiero de ps. cxvij. vbi sic dicit. O domine saluū me fac. Ubi in hebreo habet sic. Anna adonay osianna. O dñe bñ ꝓspare. bñdictus qui venit in noīe dñi. Et est sensus ꝓm glo. _ Benedictus. i. gloriosus sit _ qui venit _ p̄ carnis assumptionem _ in noīe dñi _ i. tanq̄z dñs. ps. Dominus nomē illi. Item vt cognoscāt q̄ nomē tibi dñs. tu solus altissim⁹ sup oēm terrā. Vel _ in nomine dñi _ i. in noīe patris Joh. v. Ego veni in nomine patris mei. Item ꝓm istud qđ dicit in marco adhuc turbe adiūxerūt sciaz laudē. B̄ndictū regnū patris nostri dauid. Quasi dicerēt. Benedictū sit regnū patris nostri dauid. qđ restitutū est nūc in aduentu tuo. Vñ angelus ad v̄ginez de christo. Dabit illi dñs deus sedē dauid patris eius ⁊ regnabit in domo iacob in eternū. ⁊ regni eius nō erit finis. Item ꝓm Lucā tertiā laudē addiderunt dicentes. Pax in celo ⁊ gloria in excelsis. Quasi dicerēt. Facta est in celo pax hoīs ad deuz vñ sit deo gloria in excelsis. Et iterū cōuertētes v̄ba ad christū dicebāt. Osanna. i. salua obsecro in altissimis. q̄ nō querim⁹ salutez terrenaz sed celestem. ⁊ hoc cōuenienter. q̄ p̄ christū venit totius mūdi salus in celis ⁊ in terris. Item ꝓm Joh. addiderūt. B̄ndictus rex israel q̄ venit in nomine dñi. ⁊ sic receperūt eū p̄ rege. ¶ Sed q̄ritur hic quare dñs p̄misit sibi nūc impēdi regias laudes imminente sua passiōe q̄ p̄us oblatuz sibi regnū Joh. vj. fugiēdo declinauit. Ad ꝟ rñdet Beda sup Mat. vt doceret q̄ nō tp̄alis ⁊ terreni regni sz celestis et eterni rex eēt imperij ad qđ p̄fecto regnū triūpho passiōis ⁊ gloria resurrectionis puenit. Vñ post resurrectionem dicebat Mat. vlt. discipulis. Data ē mihi oīs p̄tās in celo et in terra. Alia ratio ē vt oñderet q̄ hi q̄ multū honorant̄ sp̄ debeant memoriā mortis habere si nō velint subire. Unde christus vadēs ad mortē acceptauit honorē quē p⁹ fugiebat. ¶ Hz nūc videam⁹ qualiter christus se habuit in tāta gloria. Certe videz ciuitatem fleuit. ⁊ hoc ꝓpter q̄tuor. Primo ex cōpassiōe. Sciebat enī q̄ hi q̄ cū tanta gloria eū recipiebāt in primo erāt eius occisuri. p̄ cui⁹ mortem ciuitas erat euertēda ⁊ cūcti iudei dispergēdi. Cōpatiebat enī nō solum de excidio ciuitatis. sz plus de eruno infidelitatis ⁊ damnatiōis aiaz illoz q̄ eum erāt crucifixuri. ¶ Secūdo ad ostendēdum q̄ oīa gaudia ⁊ honora bilia mūdi lacrimis ⁊ doloribus sunt admixta. ¶ Tertiō ad dandū exēplū p̄latis q̄ q̄n assumūt ad magnos honores p̄ cura p̄lī. poti⁹ dēnt flere suā imp̄fectionez ⁊ p̄lī defectionē. q̄z gaudere de tp̄ali sublimatiōe. ¶ Quarto etiā fleuit sciens post tantū honorē tantā se passurū in primo cōtumeliā. Habebat enī christ⁹ corpus passibile. Et iō ex imaginatiōe nocui naturaliter ī eo potuit eē passio tristicie ⁊ fletus. licet sp̄ cuz rōne et volūtate p̄cedēte. sicut dicit Gam. iij. li. Praecedebat inquit in christo volūtas passiōis. Unde volēs esurire. volēs turbatus ē ⁊ fleuit ꝛc.

¶ Sermo de eadem dominica.

CLXXXVI

Qurima autem turba strauerūt vestimēta sua in via ꝛc. ¶ Quia ꝓpter cōmemoratiōnē hui⁹ solēnis p̄cessionis q̄ dñs hodie cū magno honore ⁊ innūerabili comitiua p̄lī deduct⁹ est hierusalē. ecclia instituit hodierna die p̄cessionem solēnē hēdā saltē apud ecclias collegiatas. In q̄ p̄cessiōe pōt̄ fer si adest vel p̄sbit̄ p̄sonaz christi repñtās cū magna solēnitate ⁊ cruce discoopta ꝓducit̄ in ecclias. Hos cōuertēdo singula ad moralitates. sp̄ualem p̄cessionē ordinabimus. q̄ christ⁹ dñs noster q̄tidie dignat̄ venire ī hierusalē. i. in aiaz fidelē et deuotā. Fuerūt autē ī ista hodierna p̄cessiōe ad hrām q̄ttuor signāter aduertēda. Primū q̄ dñs in asina eq̄tauit. Secūdū q̄ turba vestimētis suis ⁊ ramis arborez viā dño strauit. Tertiū q̄ alia turba cū floribus ⁊ palmis ei obuiauit. Quartū q̄ oīs cetus osanna clamās glorificauit. Et hec q̄ttuor ī aīa fideli sp̄ualit̄ pagunt̄. sz aliter in ī̄cipiēt̄b⁹. aliter pficiēt̄b⁹. ⁊ aliter ꝑfectis. Et ꝓm B ordinabim⁹ triplicez p̄cessionē. Prima ꝓuenit incipiēt̄b⁹. Secūda

dicat Greg. Alinas possidere est cogitationes simplices intra nos regere. que dū in subtiliori intellectu currere nō valēt quo q̄i pigri⁹ ambulant eo fraterna onera māsuetius portāt. Sunt nāq; nōnulli qui dū alta nō intelligūt ad exteriorus quersationis opa se bumili⁹ p̄mūt ū. ¶ E

¶ Secūdo pficientes vestimēta sua et ramos arborū in via dño substernūt. Per vestimenta intelliguntur bona opa q̄bus interior hō vestitur Apoc. xvij. Beatus q̄ vigilat et custodit vestimēta sua ne nudus ambulet. Ista vestimēta aliq̄n sordidant p vicū spūalis superbie. que sp opibus bonis insidiat. vel p lucrū p̄aue cupie. vel p pulueres intētiōis sinistre. Jō oportet ea frequenter lauari Job. ix. Si lotus fuero q̄ aquis nuis et fulserint q̄ mūdissime man⁹ mee. tū sordib⁹ intinges me et abominabunt me vestimenta mea Quasi. d. Quādiu lucrū corruptiōis nostre curcūferim⁹ quātūcūq; bonis opib⁹ insistam⁹. p fectā mūdiciā nō habem⁹. Quia in ꝓspectu dei nostra mūdicia est immūdicia. Unde hortat sap. Ecc. Omni tpe sint vestimēta tua cādida. Tales fuerūt illi de q̄b⁹ dicit Apoc. vij. Hi sūt qui nō inquinauerūt vestimēta sua. Ista igit vestimenta substernēda sūt pedib⁹ saluatoris. vt nō attribuamus nobis aliq̄d de bonis opibus nostris sz deo cui⁹ sūt. Dia enī bona que facim⁹. q̄i a pedibus diuine miserationis in nos pfluūt. et iō ea sibi subijcere debem⁹ tāq; sua. Qđ figuratur est j. Reg. xviij. vbi dr q̄ Jonathas expoliauit se tunica q̄ ipe erat indutus et dedit eā dauid. Jonathas iterp̄tat colūba venēs et signat fidelē aiaz in statu pficiendi. Dauid q̄ interp̄tat desidērabilis signat christū. Et signanter dicit scripta q̄ Jonathas tunicā q̄ ipe erat indutus dedit dauid. nō dicit tunicā suam. vestimēta enī ista .i. bona opa nō sūt nostra sz nos eis induti sumus a deo Qđ recognoscens Esa. dicit. Induit me dñs vestimēto salutis Esa. lxj. Nō solus aūt vestimēta bui⁹cemodi sed cū hoc etiā ramos arborū diuinis pedibus debemus substernere. i. voluntatum nostrarū exordia. neq; enī voluntatem bonam munimā ex nobis habere possum⁹. quare oportet nos etiā recognoscere bonas volūtates a christi pedib⁹ habere sicut ipe volūtatē suā patri substrauit. d. Pater nō mea volūtas sed tua fiat. Unde Aug⁹ in solilo. aie. Scio dñe et cōfiteor q̄ nō est bois velle q̄d possit. nec posse q̄d velit. nec scire q̄d velit et possit. sed post te gressus boīs diriguntur. ¶ F Tertio pficientes cuz palmis oluis et flor⁹ dño obuiant. p que tria accipiūtur tria q̄ specialiter ptinēt ad pficientes si velint digne occurrere christo venienti ad se. Primum est victoria cōtra difficultatē virtutū. Naz post victoriā habitā de vicijs p qua certāt incipientes restat adhuc certamen cōtra difficultatē ad vtutes. et hoc ptinet ad pficientes Quia vt dicit Amb. sup Beati imaculati. Nulla sine labore virtus. Et hec victoria signat in palmis. Unde xij. Reg. vj dicit q̄ salomon i hostijs oraculi sculpsit cherubin et palmas. designans q̄ non puenit ad diuinū secretū ad q̄d tendūt pficientes nisi p plenitudinem scientie et palmā spūalis victorie. ¶ G

¶ Secūdū est misericordia cōsequēs charitatem. Et hec misericordia ad plura se extēdit q̄z illa incipientiū. quia illa solum elemosinaz corpalium largitionē exposcit. Ista autē ad plures effectus charitatis se extendit. Et hec designant in oliua. Habet enī oliua in radice amaritudinez. in foliis viroris pulcritudinē. in fructu dulcedinem. in oleo pinguedinē. Et hec quattuor ad effectum misericordie q̄ debet eē in pficientib⁹ ptinent. Habet nāq; misericordia cōpassionē in aio Est enī misericordia cōpassio sup miseria aliena. inquātū. s. aliq̄s miseriā alienā apprehendit vt suam. q̄d ex radice charitatis p̄cedit. Habet etiam ꝓsolationē in vbo inquātuz ꝓsolat afflictos q̄d p̄cedit de latitudine charitatis. Et hec vba cōsolatoria signant p folia. Habet etiā miserationes in facto quātū ad erogatiōez elemosynaz. tam corpaliū q̄z spūaliū. Et hic est fructus oliue Habet p̄terea deuotionē in affectu ad deū. Et hec ē pinguedo olei. Unde ps. Unxit te deus deus tuus oleo leticie Tali aie cui exuberat ista misericordia appropriate pōt dici illud Hiere. xj. Oliuā viridē pulcrā fructiferā speciosam. vocauit dñs nomē tuū. ¶ H Tertiū est delectatio spūalis excludens torporē. Pficientes enī p cōtinuū exercitium ita habituant in actib⁹ virtuosis. vt ipsuz opari sit eis delectabile et vacare ab opere sit eis penale. Et hec delectatio q̄ ē in actib⁹ virtutū signat p flores ppt delectabilitatē et amenitatem. Unde sponsa vtutū actib⁹ delectata ampli⁹ pficere desiderās dicit ad sodales Cañ. ij. Fulcite me floribus stipate me malis. q. amore lāgueo. Fulcite me floribus. Quasi. d. Prebete mihi miaz ampli⁹ me exercitādi in opib⁹ vtuosis i q̄b⁹ mihi sūma est delectatio. Stipate me malis et exemplis pfectorum vt eos imitando semp in meli⁹ pficiam. Quia amore langueo. vnde quiescere nō possum sed in ꝓtinuo exercitio ero donec appbendam dilectū. ¶ I Quarto pficientes clamare habent osanna sed aliter q̄z incipientes. Illi enī clamauerunt recordatione peccatorum p̄terito⁹ tribulati. penitentie sarcina grauati. et recidiuo periculo expositi. Et ideo clamabant

osanna.id est.salua obsecro. Isti aũt clamãt pro pter alia tria.videlicet ppter adiutorij indigen tiam.ppter adiuuãtis beniuolẽtiã.7 ppter intẽ ti excellentiam. Primo inquã ppter adiuto rij indigentiam. Quia enim salus pficientiũz at tendit circa exercitium bonoꝝ opm que ex seip sis pficere nõ possunt. Quia vt dicit Bernũ.in li. de libero arbitrio Conatus liberi arbitrij.ad bo num cassi sũt.sia grã nõ adiuuẽtur.nulli si non excitent. Jõ pficere volentes semp debẽt inuoca re diuinũ adiutoriũ clamãtes osanna Secũdo ppter adiuuãtis beniuolẽtiã. Tã ta est enim diuina beniuolentia circa nos vt ipse pnior sit ad dandũ qz nos ad petẽdũ. Sed vult orari a nobis p beneficijs suis. Vñ ipe dicebat Lu.xviij. Oportet semp orare 7 nõ deficere. Su per quo verbo dicit Chryso. Qui te redemit.qd te facere voluit demõstrauit. Nõ vult te cessare in pcibus.vult te beneficia meditari dum petis vult te rogando accipe qõ sua benignitas desi derat impiri. Vñ nec vnq̃z orãti beneficia õne gat.qui vt orãtes non deficiãt sua pietate instiz gat. Et iõ pficiẽtes cũ clamant Osanna.addere debent. Benedictus qui venit in noĩe dñi. Ubi duo implicant que nos excitãt ad orãdũ. Pri mũ est dei benignitas qua ipse offert nobis qd petamꝰ. In eo qd dicit. Qui venit. Ipe enim ve nit ad nos portãdo nobis obuiam qd petere de beamus. Vñ Exo.xx. dixit dñs ad israel. Uenã ad te 7 bñdicã tibi. Secũdũ est eiusdem ptãs q potẽs est dare qd petimus. In eo q dicit venire in noĩe dñi.qd est nomen potestatiuũ Et qz con sideratio boni duoꝝ magnã pbet fiduciã pficiẽ di. Ideo de his deus benedicit 7 laudat dicẽdo Bñdictus q̃ venit in nomĩe dñi. Tertio isti clamãt ppter eius ad qd tendũt excellentiaz. Per exercitiũ nãqz actiõis tendit ad fastigiuz ꝓtemplatiõis.qd tante excellentie est q ad eius pfectionem in hac vita nũq̃z puenit. Sed sicut dicit Augie.sup nũeri omel.xvij. Semp ambu lant.semp pficiunt.7 quanto pficiunt tanto eis via pficiẽdi auget.7 in ĩmẽsũ tendit. Alia enim sci entie igniculo succẽsa.nunq̃z põt otiari 7 q̃esce re.sed semp a bonis ad meliora.7 a melioribꝰ ad supiora itez puocat. Hec Augie. Et istud est qd dam regnum sine fine in nobis agendum. quo ille desiderabilis 7 verus dauid in nobis regna re phibeat.cum dicit Lu.ij. Dabit ei dñs sedez da uid patris eius.7 regnabit in domo patris eius ineternum.id est in aĩa deuota. Et ad istud re gnum cõsiderationem habẽtes isti pficientes. addunt in laudem saluatoris illud qd scribit in marco. Et benedictum qd venit regnuz patris nostri dauid.

Subsermo secundus.

CLXXXVIII

Lurima autem tur

p ba. Post duas pcessiones pcedẽtes scz incipientiũ 7 pficiẽtiuz. sequit pcessio pfectoꝝ et contemplatiuoꝝ. In q plibata quattuor aliter tñ 7 aliter sunt ordinan da. Primo nãqz in ista pcessiõe christus isedet a sine.p quã intelligi põt fidelis aĩa in statu pfectiõis cõstituta.ppter tres cõditiões bonas quas natura ingeniauit in asina. Prima est quia in hũeris suis stigmata crucis christi por tat. Sic pfecte aie christũ pfecte sequẽtes stigma ta crucis in corpore suo semper portant. Talis fuit ille qui dicebat Gal.vj. Ego stigmata domi ni iesu in corpe meo porto. Ubi sm glo.stigma ta intelligit aplõs notas penarũ de pfecutiõibꝰ quas patiebat. Et sm hoc ille stigmata crucis christi portat in humeris qui sp paratꝰ est oẽm penam p christi gloria sustinere. Et tali homini totꝰ mũdus crux ẽ.7 põt dicere cũ aplo ibidem. Mihi mũdus crucifixꝰ ẽ 7 ego mũdo. Unde Bernũ. Mũdus ubi crucifixus sit.vt q mũdus appetit crucẽ reputet.7 tu crucifixus sis mundo vt illis que mũdus crucẽ reputat toto amore in bereas Talis asinus fuit scũs lucas de q legit q crucis mortificationez in gĩe in suo corpe p chri sti amore portauit. Secũda ꝓdicio asi ne ẽ.q ẽ aĩal mansuetũ.pacis amicũ.7 discordie nescium.ac p hoc est inter verbera durissimum Sustinet enim verbera durissima potiꝰ q̃z recal citret.7 vt solũ caput illesum cõseruet caput ad rubũ ponit 7 reliquũ corpꝰ ꝓberibꝰ expõit Sic viri pfecti p pacem mentis cõseruãda sustinent q cũq̃z dura.sicut illi de quibus dicit apostolus ij.Cor.xj. Sustinetis enim si quis vos in seruitutez redigit.si quis deuorat.si qs accipit.si qs extollit si qs in faciẽ vos cedit. Talis fuit ille scũs pat ꝺ q legit in vitis patrũ. Aq cũ eẽt qslitũ q̃libt acquisi set tãtã virtutẽ patiẽtie q cũ in monasterio emerge bat q̃cũq̃z tribulatio nũq̃z loqbat. Rñdit. Qñ in traui dixi aio meo. Tu 7 asin9 vnũ estote. Sic ergo ille vapulat 7 ñ loqt.iniuriã patit 7 nõ rñdet sic 7 tu facias.put ait psalmista psalmo.lxxij. Ut iumẽtũ factꝰ sũ apud te.7 ego sptecũ Tertia ꝓdicio asine ẽ q ñ bibit nisi bonas aq̃s lac q̃z ei9 cãdidissimũ est sm plinĩ 7 cõferre dꝛ can dorem in cute. Vñ legit q põpea ꝓpter neronis balneabat in lacte asine Sic viri pfecti ñ curãt do ctrinas sectares q̃ sũt q̃ aq̃ turbide.sed ad fontes optimos sacri eloquij sitiunt et eos exquirunt

dicit Greg. Animas possidere est cogitationes simplices intra nos regere. que dū insubtiliori intellectu currere nō valēt quo q̄ pigri⁹ ambulant eo fraterna onera māsuetius portāt Sunt nāq; nōnulli qui dū alta nō intelligūt ad exteriorus quersationis opa se bumili⁹ p̄mūt ū. ¶ Secūdo pficientes vestimēta sua et ramos arborū in via dño substernūt. Per vestimenta intelligunt bona opa q̄bus interior hō vestitur Apoc. xvij. Beatus q̄ vigilat et custodit vestimēta sua ne nudus ambulet. Ista vestimēta aliq̄n sordidant p vicū spūalis superbie. que sp opibus bonis insidiat. vel p lucrū prauo cupie. vel p pulueres intentiōis sinistre. Jō oportet ea frequenter lauari Job. ix. Si lotus fuero q̄ aquis niuis et fulserint q̄ mūdissime man⁹ mee. tū sordib⁹ intinges me et abominabunt me vestimenta mea Quasi. d. Quādiu lutū corruptiōis nostre circūferim⁹ quātūcūq; bonis opib⁹ insistam⁹. p fectā mūdiciā nō habem⁹. Quia in ꝓspectu dei nostra mūdicia est immūdicia. Vñ hortat sap. Eccl. Omni tpe sint vestimēta tua cādida. Tres fuerūt illi de q̄b⁹ dicit Apoc. iij. Hi sūt qui nō inquinauerūt vestimēta sua. Ista igit vestimenta substernēda sūt pedib⁹ saluatoris. vt nō attribuamus nobis aliq̄d de bonis opibus nostris sz deo cui⁹ sūt. Dia enī bona que facim⁹. q̄ a pedibus diuine miserationis in nos pfluūt. et iō ea sibi subijcere debem⁹ tāq; sua. Qō figuratur est i. Reg. xvij. vbi dr q̄ Jonathas expoliauit se tunica q̄ ipe erat indutus et dedit ea dauid. Jonathas interptat colūba venēs et signat fidelē aiaz in statu pficiendi. Dauid q̄ interptat desiderabilis signat christū. Et signanter dicit scripta q̄ Jonathas tunicā q̄ ipe erat indutus dedit dauid. nō dicit tunicā suam. vestimēta enī ista .i. bona opa nō sūt nostra sz nos eis induti sumus a deo Qō recognoscens Esa. dicit. Induit me dñs vestimēto salutis Esa. lxj. Nō soluz aūt vestimēta bui⁹cemodi sed cū boc etiā ramos arborū diuinis pedibus debemus substernere. i. voluntatum nostrarū exordia. neq; enī voluntatem bonam minimā ex nobis babere possum⁹. quare oportet nos etiā recognoscere bonas volūtates a christi pedib⁹ babere sicut ipe volūtatē suā patri substraxit. d. Pater nō mea volūtas sed tua fiat. Vñ Aug⁹ in solilo. aīe. Scio dñe et cōfiteor q̄ nō est bois velle q̄d possit. nec posse q̄d velit. nec scire q̄d velit et possit. sed post te gressus bois dirigunt. ¶ F Tertio pficientes cum palmis olivis et flor⁹ dño obviant. p que tria accipiūtur tria q̄ specialit ptinēt ad pficiētes si velint digne occurrere christo venienti ad se. Primum est victoria cōtra difficultatē virtutū. Paz post victoriā habitā de vicijs p qua certāt incipiētes restat adhuc certamen cōtra difficultatē ad vtutes. et hoc ptinet ad pficiētes Quia vt dicit Amb. sup Beati imaculati. Nulla sine labore virtus. Et bec victoria signat in palmis. Vñ. xj. Reg. vj dicit q̄ salomon i hostijs oraculi sculpsit cherubin et palmas. designans q̄ non pueniat ad diuinū secretū ad q̄d tendūt pficientes nisi p plenitudinem sciētie et palmā spūalis victorie. ¶ G Secūdū est misericordia cōsequēs charitatem. Et bec misericordia ad plura se extēdit q̄z illa incipientiū. quia illa solum elemosinaz corpalium largitionē exposcit. Ista autē ad plures effectus charitatis se extendit. Et bec designant in oliua. Habet enī oliua in radice amaritudinez. in foljs viroris pulcritudinē. in fructu dulcedinem. in oleo pinguedinē. Et bec quattuor ad effectum misericordie q̄ debet eē in pficiētib⁹ pertinent. Habet nāq; misericordia cōpassionē in aio Est enī misericordia cōpassio sup miseria aliena. inquātū. s. aliq̄s miseriā alienā a⁹ prebēdit vt suam. q̄d ex radice charitatis procedit. Habet etiam ꝓsolationē in vbo inquātuz ꝓsolat afflictos q̄d procedit de latitudine charitatis. Et bec vba cōsolatoria signant p folia. Habet etiā miserationes in facto quātū ad erogatiōes elemosynaz. tam corpalium q̄z spūaliū. Et bic est fructus olive Habet pterea devotionē in affectu ad deū. Et bec ē pinguedo olei. Vñ ps. Unxit te deus deus tuus oleo leticie Tali aīe cui exuberat ista misericordia appropriate pōt dici illud Hiere. xj. Oliuā viridē pulcrā fructiferā speciosam. vocauit dñs nomē tuū ¶ H Tertiū est delectatio spūalis excludens torporē. Proficiētes enī p cōtinuū exercitium ita habituant in actib⁹ virtuosis. vt ipsuz opari sit eis delectabile et vacare ab opere sit eis penale. Et bec delectatio q̄ ē in actib⁹ virtutū signat p flores propt delectabilitatē et amenitatem. Vñ sponsa vtutū actib⁹ delectata ampli⁹ proficere desiderās dicit ad sodales Cañ. ij. Fulcite me floribus stipate me malis. q⁹ amore lāgueo. Fulcite me floribus. Quasi. d. Prebete mibi miaz ampli⁹ me exercitādi i opib⁹ vtuosis i q̄b⁹ mibi sūma est delectatio. Et pate me malis et exemplis pfectorum vt eos imitando semp in melius proficiam. Quia amore langueo. vnde quiescere nō possum sed in continuo exercitio ero donec appbendam dilectū. ¶ J Quarto pficiētes clamare babent osanna sed aliter q̄z incipiētes. Illi enī clamauerunt recordatione peccatorum preteritorum tribulati. penitentie sarcina grauati. et recidiuo periculo exposiri. Et ideo clamabant

osanna.id est.salua obsecro. Isti aũt clamãt pro pter alia tria.videlicet ppter adiutorij indigen tiam.ppter adiuuãtis benuolẽtiã.7 ppter intẽ ti excellentiam. Primo inquã.ppter adiuto rij indigentiam. Quia enim salus pficientium at tendit circa exercitium bonoꝝ opm que ex seip sis pficere nõ possunt. Quia vt dicit Bernn. in li. de libero arbitrio Conatus liberi arbitrij.ad bo num cassi sũt.si a grã nõ adiuuẽtur.nulli si non excitent. Jõ pficere volentes semp debẽt inuoca re diuinũ adiutoriũ clamãtes osanna Secũdo ppter adiuuãtis benuolẽtiã. Tãta est enim diuina benuolentia circa nos vt ipse pmior sit ad dandũ qz nos ad petẽdũ. Sed vult orari a nobis p beneficijs suis. Vñ ipe dicebat Lu.xviij. Oportet semp orare 7 nõ deficere. Su per quo verbo dicit Chryso. Qui te redemit.qd te facere voluit demõstrauit. Nõ vult te cessare in pcibus.vult te beneficia meditari dum petis vult te rogando accipe qđ sua benignitas desi derat impiri. Vñ nec vnq̃z orãti beneficia dẽne gat.qui vt orãtes non deficiãt sua pietate instiꝝ gat. Et iõ pficiẽtes cũ clamant Osanna.addere debent. Benedictus qui venit in noĩe dñi. Ubi duo implicant que nos excitãt ad orãdũ. Primũ est dei benignitas qua ipse offert nobis qđ petamꝰ. In eo qđ dicit. Qui venit. Ipe enim ve nit ad nos portãdo nobis obuiam qđ petere de beamus. Vñ Exo.xx. dixit dñs ad israel. Uenã ad te 7 bñdicã tibi. Secũdũ est eiusdem ptãs q potẽs est dare qđ petimus. In eo q dicit venire in noĩe dñi.qđ est nomen potestatiuũ Et qz con sideratio borũ duoꝝ magnã pbet fiduciã pficiẽ di. Ideo de his deus benedicit 7 laudat dicẽdo Bñdictus q̃ venit in nomĩe dñi. Tertõ isti clamãt ppter eius ad qđ tendũt excellentiaz. Per exercitiũ nãqz actiõis tendit ad fastigiuz ꝓtemplatiõis.qđ tante excellentie est q ad eius pfectionem in hac vita nũq̃z puenit. Sed sicut dicit Ugo.sup nũeri omel.xvij. Semp ambuꝝ lant.semp pficiunt.7 quanto pficiunt tanto eis via pficiẽdi auget.7 in ĩmẽsũ tendit. Nia enim sci entie igniculo succesa.nunq̃z põt otiari 7 q̃esceꝝ re.sed semp a bonis ad meliora.7 a melioribꝰ ad supiora itez puocat. Hec Ugo. Et istud est qđ dam regnum sine fine in nobis agendum. quo ille desiderabilis 7 verus dauid in nobis regna re phibet.cum dicit Lu.ij. Habitet dñs sedez da uid patris eius.7 regnabit in domo patris eius in eternum.id est in aĩa deuota. Et ad istud re gnum cõsiderationem habẽtes isti pficientes. addunt in laudem saluatoris illud qđ scribit in marco. Et benedictum qđ venit regnuz patris nostri dauid.

Subsermo secundus.

CLXXXVIII

Lurima autem tur ba. Post duas pcessiones pcedẽtes scz incipientiũ 7 pficiẽtiuz. sequit pcessio pfectoꝝ et contemplatiuoꝝ. In q̃ plibata quattuor aliter tñ 7 aliter sunt ordinan da Primo nãqz in ista pcessiõe christus isedet a sine.p quã intelligi põt fidelis aĩa in statu pfectiõis cõstituta.ppter tres cõditiones bonas quas natura ingeniauit in asina. Prima est quia in hũeris suis stigmata crucis christi portat. Sic pfecte aie christũ pfecte sequẽtes stigmata crucis in corpore suo semper portant. Talis fuit ille qui dicebat Gal.vj. Ego stigmata domini ihesu in corpe meo porto. Ubi sm glo.stigmata intelligit aplis notas penarũ de plecutiõibꝰ quas patiebat. Et sm hoc ille stigmata crucis christi portat in humeris qui sp paratꝰ est oẽm penam p christi gloria sustinere. Et tali homini totꝰ mũdus crux ẽ.7 põt dicere cũ aplo ibidem. Mihi mũdus crucifixꝰ ẽ 7 ego mũdo. Unde Bernn. Mũdus ubi crucifixus sit.vt q̃ mũdus appetit crucẽ reputet.7 tu crucifixus sis mundo vt illis que mũdus crucẽ reputat toto amore in bereas Talis asinus fuit scũs lucas de q̃ legit q crucis mortificationez iugit in suo corpe p chriꝝ sti amore portauit. Secũda ꝓdicio asiꝝ nee.q ẽ aĩal mansuetũ.pacis amicũ.7 discordie nescium.ac p boc est inter verba durissimum Sustinet enim verba durissima potiꝰ q̃z recalꝝ citret.7 vt solũ caput illesum cõseruet caput ad rubũ ponit 7 reliquũ corpꝰ ꝑberibꝰ expõit Sic viri pfecti p pace mentis cõseruãda sustinent q̃ cũq̃z dura.sicut illi de quibus dicit apostolus ij.Cor.xj. Sustinetis enim si quis vos in seruitutez redigit.si quis devorat.si q̃s accipit.si q̃s extollit si q̃s in faciẽ vos cedit. Talis fuit ille scũs pat õ q̃ legit ĩ vitis patꝝ. A q̃ cũ eẽt q̃sitũ q̃ liẽt acq̃siuiꝝ set tãtã virtutẽ patiẽtie q cũ i monasterio emergebat q̃cũq̃z tribulatio nũq̃z loq̃batꝰ. Rñdit. Qñ ĩ traui dixi aĩo meo. Tu 7 asinꝰ vnũ estote. Sic ergo ille vapulat 7 ñ loq̃t. tãuiã patit 7 nõ rñdet sic 7 tu facias.put ait psalmista psalmo.lxxij. Ut iumẽtũ factꝰ sũ apõte.7 ego sptecũ Tertia ꝓdicio asine ẽ q ñ bibit nisi bonas aq̃s lac q̃z eiꝰ cãdidissimũ est sm plinũ 7 cõferre ocan dorem in cute. Vñ legit q põpea ꝓtor neronis balneabat ĩ lacte asine Sic viri pfecti ñ curãt doctrinas sectares q̃ sũt q̃ aq̃ turbide.sed ad fõtes optimos sacri eloquij sitiunt et eos exquirunt

Per lacaũt intelligit mũdicia vite ⁊ cãdor doctrine que requirunt in viris pfectis. Unde in Cañ. Oculi sponsi. p quos accipiunt viri ꝓtemplatiui. dicunt sicut colũbe que lacte sũt lote. ⁊ ꝓpter vite nitorem ⁊ doctrine candorẽ. De talibus pfectis dicit Treñ. iij. Cãdidiores nazarei eius vino ⁊ nitidiores lacte. ¶ Iste felices asine figurate sunt in asina balaam que sup naturam angelum vidit ⁊ loquendi officiũ accepit. Quia reuera iste sãcte aie angelos ⁊ plerũq; ipsum deũ p aliquã speciem ministerio angelorũ in cõtemplatiõe ꝓspiciunt. ⁊ docendi sciam ⁊ officium nõnũq; ꝓrevelatiõez assumunt. Cuius exemplũ ẽ in paulo asino vtiq; elegantissimo. q̃ in raptu euangeliũ didicit ⁊ euãgelizandi officium accepit. Sicut ipe scribit ad Gal. i. Notum inq̃t vobis facio euãgeliũ qđ euangelizatum est a me. q̃r nõ est ꝑm hoiem neq; eni ego ab homine accepi illud neq; didici. sz ꝓ revelatiõez iesu christi. Item legit de btõ Anthonio q̃ sine lris sciuit sacrã scripturã. ⁊ ꝓdicauit inspiratione diuina. vt dicit Au. in de doctrina christiana. Iste sunt electissime asine quib⁹ libenter insedet dñs. ⁊ nõ tãtũ asine sz et pullo. vtrũq; eni dñs dr insedisse vt supra in postillis. Talis enim aia ⁊ asina ẽ et pullus. Asina ꝓpter fecũditatem opm ⁊ doctrine q̃ exuberat ex pfectionis plenitudine. pullus vo ꝓpter immunitatẽ innocẽtie q̃ exultat ex diuine ꝓsolationis magnitudine. Un̄ de illo pullo in marco dr. q̃ sup eũ adhuc null⁹ hoim sederat. qđ innocẽtiã indicat. ¶ De tali aia vacissime verificat illa ꝑclara ꝓphetia Jacob q̃ cũ filios benediceret. ⁊ venisset ad isachar. ait. Isachar asinus fortis. accubãs inter terminos. vidit requiẽ q̃ eẽt bona ⁊ terrã q̃ eẽt optima ⁊ supposuit humerũ suum ad portãdum Geñ. xlix. Isachar interꝑtat merces. ⁊ signat aiam cõtemplatiuam. que ꝑm Rich. totiẽs future mercedis arram accipit. q̃tiẽs internũ dñi nostri gaudiũ intrat ⁊ ex aliqua pte degustat. Iste isachar recte asinus fortis dr. ppt tres ꝓditiões de asino ꝑmissas. qui inter ĩmios accubare dr. Inter ĩmios accubare ꝑm Gre. i. Mor. at. ẽ pstolato mũdi fine requiescere. nihilq; de his que nũc in medio versant querere. sz vltima desiderare. Iste iquã asinus vidit requiẽ q̃ eẽt bona. In oib⁹ nãq; rebus creatis mutabilitatis ih stabilitatem reperit. sz in solo deo quietem eẽ mentis oculo vidit ps. Videte quoniam suauis est dñs. Vidit etiã terram q̃ eẽt optima. Per terraz hic ꝑm Rich. mentis stabilitas tranquilla intelligitur. q̃n videlicet mẽs in seipa tota colligitur. ⁊ in vno eternitatis desiderio immobiliter figit. Terra enim ineternuz stat ceteris oĩbus motis. Hec est illa beata terra quã vitas pmittit cum dicit. Beati mites quoniã ipi possidebunt terram. Ad hui⁹ itaq; terre possessionem habendã isti elegantes asini supponũt humeros ad portãduz. Quia vt dicit Gre. Conspecta supna requie. ꝓceptis etiã gravibus in opatione se subiciũt. ⁊ qđqđ intolerabile pusillanimitas asserit. hoc ei leue ac facile spes remuneratiõis ostendit. Talis asin⁹ fortissimus fuit aplus paulus. q̃ suppositus bũeros suos ad portandum q̃i totũ mundũ. ppter zelũ euangelij. ppt qđ dicebat. j. Cor. ix. Omnib⁹ oĩa factus sum vt omnes facerẽ saluos. iudeis tanq̃z iudeus. his qui sub lege q̃i sub lege. his qui sine lege tanq̃z sine lege. infirmus infirmis z̃. Et. j Cor. xi. dicebat. Instantia mea quotidiana solicitudo omniũ eccliaz. Quis infirmat ⁊ ego nõ infirmor. q̃s scandelizat ⁊ ego non vror. ¶ Secũdo in ista pcessiõe pfectoz vestimenta christo substernunt tam sup asina ⁊ pullo. q̃z etiam sub pedibus in via. Et hoc est specialiter in ista pcessione. In alijs enim pcessionibus solum fiebant stramenta vie nõ aũt asine. Ista enim pcessio specialiter cõuenit aplis q̃ vestimẽta sua posuerunt sup asina ⁊ pullo. et nihilomin⁹ alia vestimenta sua residua sternebant in via cuz reliq̃ turba. Per vestimẽta aplorz itelliguntur opa electa. Modus aũt euidẽtiã est sciendum q̃m distinctiõez statuũ distinguunt eorũ vestimenta. ¶ Sũt aũt quedã vestimenta que soluz tegũt. Et hec sunt incipientiũ. qui reiecta veteri tunica habent aliq̃d boni opis quod tegit turpitudinẽ peccatorum. Sed nihil vel parum calefacit ppt frigiditatem charitatis in eis. Unde licet pentitentes non sint nudi. male tamen vestiti sunt. Un̄ de Muniutis dicitur Jone. iij. Q̃ induti erant saccis a maiore vsq; ad minorem. ¶ Alia sunt vestimenta que non solum tegunt sed etiam calefaciunt sed non ornant. Et hec sunt opa profitientium in quibus est feruor charitatis Prouerb. vlt. Non timebit domui sue a frigoribus nivis. Oẽs enim domestici eius vestiti sunt duplicibus vestibus sz taz tegentibus q̃z calefacientibus. ¶ Alia preterea sunt vestimenta q̃ tegunt calefaciunt et cuz hoc ornant. Et hec sũt opera perfectorum. opera scilicet electa puta supreme perfectiones operum virtutum ⁊ donorum erũpentium in beatitudines ⁊ fruct⁹. Hec vestimẽta miro mõ ornãt aiam ⁊ delicijs eã affluere faciũt. Un̄ Cañ. viij. sup illo vbo. Que ẽ ista que ascendit de deserto delicijs affluens in nixa sup dilectũ suũ. Dicit glo. Delicijs. i. opib⁹ electis. De istis vestib⁹ dicit Prouerb. vlt. In

laude mulieris fortis p quam anima pfecta ī
telligīt ꝑm glosam. Stragulatam vestem fecit
sibi. Stragulata vestis est que manu artificis
diuersa varietate ꝓtexīt. Et ꝑm glo. signat firmis
sima ⁊ fortia opa aīe pfecte et diuersa vtutū eius
ornamēta. Be qb⁹ in ps. xliij. Astitit regina a
dextris tuis in vestitu deaurato circūdata vari
etate. Talia fuerunt vestimenta aplica q̄ digna
erāt christo ī asina substerni. Neq; enīz sup alia
vestimēta sedere dignat⁹ est dñs q̄z que electis
opibus aplicis sunt cōtexta Que tñ apostolica
opa quātūcūq; electa p̄ciosa et alta. quia ex sola
diuina grā sūt elicita. debēt nō solū sup asinam
sed et subter asinā christi pedibus substerni pi
cum ramis arborū electissimarū videlicet volū
tatū. nihil sibi penitus attribuēdo. sed totū chri
sti pedibus submittēdo. imo etiam ipius asine
pedibus ꝓculcanda psternēdo. Ita q ipa mens
pfecta. que pasinā intelligīt. quidq̄d sui est ⁊ h⁹
mōi opibus ⁊ volūtatibus nihil oīo reputet. sci
ens q; vniuerse iusticie nostre sūt sicut pān⁹ mē
struate Esa. lxiiij. Ac p hoc etiā pp̄ijs pedibus
cōculcāde. Qua sicut dr in collatiōib⁹ patruz.
Quātomagis mens hūana pfecerit et ad iteri
orez puritatez ꝓtēplatiōis puenerit. tāto se īmū
diorē quasi p speculū sue puritatis inspiciet. Et
quia necesse est vt cū ad sublimiorē animꝰ se ex
tēdit intuitu. alia in quibus ē vt inferiora semp
ac viliora despiciat. Nemo enī illo in quo pfece
rit gradu pōt eē cōtent⁹. ⁊ quāto q̄s fuerit mēte
purgatior. tāto se fordidiorē vidēs magis hūili
tatis q̄z elatiōis cās inuenit. quātoq; amplius
ad sublimiora cōscendit. tanto magis videt sibi
supeē quo tendit ¶ Tertio isti pfecti in p
cessiōe sua cū palmis oliuis ⁊ floribꝰ christo ob
uiā pcedūt. In quib⁹ tribus insignijs tria ma
xime pfectionis insignia declarant. Primū est
oīm mūdanoz etiā suiipsi⁹ pfecta victoria. Isti
enīz totū mūdū vicerunt. qui oīa que mūdi sūt
arbitrātes vt sterco. Phil. iij. Be seipis etiā p
fecte triūphauerūt intātū. q nec ignis. nec gladi
us. nec tribulatio neq; angustia. neq; fames ꝛc
poterūt eas separe a charitate que est in christo
iesu Ro. viij. Et hec pfecta victoria designat in
palma. Vñ talis aīa dicere pōt cū sponsa Cant.
vij. Ascēdā in palmā et apprehendā fructꝰ eius.
Quid ē in palmā ascēdere. nisi toto mentis ni
su ad martiriū suspirare. Et talis sine dubio ap
p̄hendit fructus martirij etiā si ad factū nō pue
niat. Quia vt dicit Gre. in omel. Duo sūt mar
tirij genera. vnū in publico. aliud in mente sit et
actiōe. Itaq; martires eē possum⁹. ⁊ si nullo fer
ro pcutientiū trucidemur. ¶ Secūdū est
interioris hoīs pax serena. Ista pax ista tūc est quā
do mēs in diuino amore sic fuerit firmata. q nī
hil ipam extrinsecus pturbare pōt. nec interius
desiderū fluctuat circa diuersa. sed omēs vires
sūt recollecte ad ītēdēdū vni et sūmo bono. De
qua pace dicit leo papa. Hec est vera pax a dei
voluntate nō diuidi. ⁊ in his que solius dei sūt
delectari. Et hec pax designat in ramis oliue q̄
portant in signū pacis. Unde colūba rediēs ad
noe portabat in ore ramū oliue virētibus folijs
vtiq; in signū pacis et tranquillitatis reddite in
mūdo a facie aquarum. Gen. viij. Per colūbaz
q̄uenient intelligīt aīa cōtēplatiua ꝑm Orige. q̄
capax spūsscī volatu celeri cupit puenire ad q̄
tem contemplatiōis dicēs illō ps. Quis dabit
mihi pennas sicut colūbe ⁊ volabo ⁊ re. ꝛc. De q̄
colūba loq̄t sp̄s⁹ Can. ij. Surge amica mea. co
lūba mea. formosa mea ⁊ veni. iā enī hyems trā
sijt. imber abijt ⁊ recessit Ubi oīa pturbatiua h⁹
interne pacis remouent vt dicit Orige. Nō enī
añ oīa verbo dei sociaī. nisi oīs ex ea hyems per
turbationū viciorz pcella discesserit. vt vltra nō
fluctuet ⁊ circūferaī oī vēto doctrie. desiderioz
q̄z tēpestas effugerit. Ulī nō p⁹ colūba ramum
oliue portauit q̄z aq̄ cessassent sup trā. Ex q̄ colli
gīt q illa pax nullo mō pōt haberi ī vita actiua.
q̄ sp fluctuat in aq̄s. ⁊ circa multa occupaī cum
martha. sz solū obtineī in vita ꝓtēplatiua q̄ vni
soli bono intendit cum maria. Postro vnuz est
necessarium Luce decimo ¶ Tertium
est future beatitudinis inchoatio prelibatoria.
Futura quippe beatitudo nostra consistit in vi
sione dei. Juxta illud Johānis decimoseptimo.
Hec ē vita eterna vt cognoscāt ꝛc. Hec autez co
gnitio hic inchoatur in contemplatione p quā
dam diuine suauitatis p̄libatoriam degustatō
nem. Et hec inchoatio ī floribꝰ designat. Flores
enim sunt initium fructus. Sic et hec p̄libatio
ī ꝓtēplatōe ē initiū beatitudis etne. De istis flo
ribꝰ dr Can. ij. statī post vba p̄missa. Flores ap
paruerūt ī tra nrā. Terra aīe est habitatio eiꝰ ī
carne. vñ aīa tādiu dr eē ī tra q̄z diu fuerit ī carne
In hac tra posita aīa nullo mō fructū etne bea
titudis carpe poterit. sz tñ bñ flores eiꝰ apparēt
i terra nrā. Vñ greg. sup Ezechielē ptractāsidē
verbū dicit sic. Tūc apparēt flores in terra. q̄n de
eterne bītudis vita. q̄dam suauitatis p̄mordia
pie gustare aīa cepit. q̄si iā in floribꝰ odoratus
exiens quem postq̄z egressa fuerit ī fructu vbe
rius habebit. qui fructus erit nobis vberrimꝰ
visio vnius. Hec Greg. Isti flores apparuerunt
Augustino cū dicebat. r. ꝓfessi. Aliq̄n intromit
tis me in affectū insolitū multū introrsꝰ ad ne

ſcio quã dulcedinẽ. que ſi pficit in me neſcio q̃d erit. vnũ ſcio q̃ vita iſta nõ erit ¶ Quarto iſti pfecti in pceſſione ſua decãtãt oſanna ꝛc. In quo himno quẽ decantauerũt pueri hebreoꝝ in q̃bus iſti pfecti pueri ꝛ immaculati repſentati ſũt. implicant q̃nq; clauſule quibus ipi pfecti habent laudare deum vltra alios in poꝛibus pceſſionibus deſcriptos. ¶ Prima eſt. Oſanna Quia enim iſtis magna pena ẽ remanere i carne reputãtes ſe quaſi in carcere incluſos in corpoꝛe. Cupiunt eni diſſolui et eẽ cũ chriſto. Jõ q̃ti die gementes clamant. Oſanna. Quaſi diceret ſalua liberãdo de boc carcere. Sic ingemuit ꝛ clamauit dauid. Heu mibi inq̃ens. quia incolatus meus plongat⁹ eſt. Sic etiã clamauit apl's gemens cum dixit. Infelix ego q̃s me liberabit de coꝛpe moꝛtis hui⁹ Ro. vij. ¶ Secũda eſt benedictus qui venit in noie dñi. Quia enim iſti ſentiũt in ſe diuinã pñtiã. ideo euꝝ p ſuo iocũdo aduentu benedicẽtes ꝛ laudantes clamãt. Bñdictus qui venit in nomie dñi. ¶ Tertia eſt ſm Marcũ. Benedictũ regnum patris noſtri dauid. Quia enĩ iſti expiunt intra ſe regnũ dei iam dicẽtes iſtud ps. xvij. cũ dauid. Bñs regit me et nibil mibi deerit. Jõ de boc laudãt deũ clamantes. Benedictum regnum patris noſtri dauid. ¶ Quarta clauſula eſt ſm Lucã. Pax in celo. Quia eĩ iſti pfecti potiunt pace interna vt dictũ eſt. Jõ pulcre ipi iã velut in angelicã vitã tranſformati coꝛrñdent himno angelico iubilãt. Angeli enĩ chriſto nato nũciauerũt pacẽ boibus i terra dicẽtes. Et in terra paꝛ boib⁹ Nũc vo chriſto eunte ad locũ paſſionis. homines nunciant pacem in celo. ꝛ Pax ſiquidẽ in celo fuerat pturbata i ruina angeloꝝ. que paꝛ p chriſti paſſiõez eſt reformata p reſtaurationẽ boim in locũ ãgeloꝝum. Et qui vel quales boies nunciauerũt pacem in celo. certe pueri hebreoꝝ. i. vincentium et trãſeuntiũ. quales pueri ſoli ſũt pfecti. Iſtoꝝ inq̃z pueroꝝ ẽ clamare paꝛ in celo. q̃ ipi ſoli pacez internã mentis nouerũt vt ſupꝛa dictũ ẽ. Quaſi. d. Si tãta pax nobis in terra bic pceſſa ẽ p gratiã. quãta putas paꝛ in celis ẽ p gloriã. ¶ Quinta clauſula eſt hui⁹ himni Gloria in excelſis ſm Lu. Quia enĩ iſti pueri hebreoꝝ viri ſcz pfectiſſimi reuelata facie cũ apl'o gloriã dñi ſpeculãtur cui⁹ etiam glorie ſuauitatez iã plibatorie guſtauerũt vt ẽ dictũ. Jõ ipi pñt dicere. Gloria i excelſis deo. ¶ Ad In qua vltima clauſula ipi reſumunt pncipiũ himni angelici. ita q̃ vbi angeli inceperũt ſuũ himnũ. Jbi iſti angelici boies ſuũ himnũ finiunt. vt inſinuet q̃ finis noſter eſt coſoꝛtium angeloꝝ. Eſt aũt himn⁹ iſte ſm conſonantiã oĩm euangeliſtaruꝝ talis. Oſanna. bñ dictus qui venit in noie dñi. Et benedictum q̃ venit regnũ patris noſtri dauid. paxĩ celo ꝛ gloria in excelſis. Igit̃ himn⁹ iſte pueroꝝ hebreoꝝ ẽ laus ꝛ iubilus boĩm pfectoꝝ. q̃ in ℞ipo admittunt q̃dammõ ad cõcentũ angeloꝝ. Et bincẽ q̃ himn⁹ iſte cantat̃ in miſſa p⁹ pfatiõez ꝛ añ myſteria canonis. q̃n ſacerdos repſentãs ibi locuꝝ pfectoꝝẽ in maiori deuotiõe ꝛ mẽtis eleuatõne ad deũ. q̃ iã vltra boies angelis ſociat⁹. ꝛ cãtat ita dicens. Et iõ cũ angelis ꝛ archangelis. cum thronis et dñatiõib⁹. cũ q̃z oĩ militia celeſtis exercitus ꝛc. Et ſeq̃t. Sãctus ſcũs ſcũs ſ̃. Et iſte ẽ cantus angelic⁹ vt habet Eſa. vj. ꝛ Apoc. iiij. Et p⁹. Oſanna in excelſis. Bñdict⁹ q̃ venit in noie dñi ꝛc. Et bic ẽ cant⁹ bũan⁹ iſtoꝝ ſcz pueroꝝ vt ℞ Et in alia pfatiõe dr. Per quẽ maieſtatẽ tuam laudãt angeli ꝛc. Et ſubdit. Socia exultatiõe cõ celebrant. Cũ q̃b⁹ ꝛ noſtras voces vt admitti ꝛc Scũs ſcũs ſcũs ꝛc. Ex quib⁹ patz q̃ iſte himnus hebreoꝝ cõpetit boib⁹ pfectiſſimis ꝛ iã in angelicã vitã q̃dammõ trãſformatis. Intra quoꝝ nũeꝝ nos ponere dignet̃ merito paſſiõis ſue ieſus chriſt⁹ dñs noſter. Qui cũ patre ꝛ ſpũſcto viuit ꝛ regnat in ſecula ſeculoꝝ amen.

¶ In paraſceue de paſſiõe domini ſermo et tractat⁹ habes ſexagitaſex partes et ſexagintaquiq; theoꝛemata de ſexagintaquiq; articulis dominice paſſionis. ¶ A

Aſpice et fac ſe

cũdũ exẽplar q̃tibi i mõte mõſtratũ ẽ Exo. xxv. Et ſi chriſtus vbiq; i ſcꝑtura dicat̃ mõs rõne ſũmitatis ſue excellentiſſime pfectiõis. marie tñ exaltat⁹ i cruce mõs ꝺr rõne ſ̃blimitatis meriti ſue ſacratiſſime paſſiõis In ℞ g⁹ mõte chriſto vꝛ crucifixo bodie mrãtũ ẽ nob exẽplar. diligẽt iſpiciẽdũ ꝛ efficaciť imitãꝺ. Nõ. n. ſufficit chriſtião. chriſtũ paſſũ inſpicẽ. nã ꝛ ℞ fecerũt ꝛ iudei ꝛ gẽtiles ſui crucifixores. ſz exigit̃ et ℞ exẽplar mrãtũ opari ꝛ facere. ꝛ ℞ ẽ q̃ꝺ ꝺr cuilibz fiꝺli i vbis ꝓpoſitus. ¶ Inſpice ꝛ fac ſz exẽplar ꝛc ¶ q. d. iſpice exẽplar dñice paſſiõis ipſa tibi p ũtimã ꝓpaſſiõz bodie viſceraliť ĩcoꝛpãdo ꝛ fac ℞ illꝺ exẽplar. ipz efficaciť imitãꝺo. ꝛ vtq; boꝝ doctz btus petr⁹ j. pe. ij. Chriſt⁹ iãt p nobis paſſ⁹ ẽ. ecce pmũ q̃ ẽ diligẽt coꝛdis ocłꝺ iſpiciẽꝺũ. vob reliq̃s exẽplũ vt ſeq̃mi veſtigia ei⁹. ecce ℞ q̃ ẽ efficaciť i ſcõ imitandum. Igitur circa hec ꝺuo verſabitur noſtra cõſideratio in toto ꝓceſſu iſtius btẽ paſſiõis. ita q̃ circa q̃ libz ar

ticulum. Primo q̄ christus passus est inspiciemus. Secūdo quid nos p̄m illud exemplar ꝺbeamus facere documenta subijciemus. ℣

¶ Circa p̄mū est sciendū q̄ si nos oīa q̄ christus in mundo passus est vellemus enarrare. innūerabilia vtiq; eēnt. Et si singula scriberent. totus mundus capere nō posset eos q̄ scribendi eēnt libros. vt Joh̄s dicit in fine euangelij sui. p̄sertim cum tota vita christi in terris quedā passio fuerit. Mirū cū etiam tota vita cuiuslibet christiani hominis si p̄m euāgelū viuat quedam cruciatq; martyriū sit. vt dicit Aug̃. Quāto magis ℣ ꝺubitabile est de ꝺño nostro iesu christo q̄ euāgelū condidit. & in seipo p̄fectissime adimpleuit. Exordiendo enī a p̄mordio natiuitatis sue ispice q̄ pauper natus fuit qui nec domicilīū habuit neq; vestes sed in vili diuersorio natus. in p̄sepe sup feno exiguo añ bruta aīalia reclinat⁹. pānis vilibus inuolutus. octaua die circūcisus. iam p nobis sanguinē suū fundere cepit. Deinde persecutionem herodis fugiēs in egyptū deportatus & inde denuo rediens p totā puericiā & adolescētiā suā parētibus subiectus. Et nō ꝺubium si magna pauptate educat⁹ fuit. Deinde veniēte tpe ostētatiōis sue inspice. quō ieiunio. xl. diez continuato macera⁹ fuit. & quātas et tūc a diabolo tētatiōes sustinuit. Quātas et iniurias & p̄tumelias a iudeis frequenter passus fuit. nūc dicētibus eū a demone obsessum. nunc samaritanū. nunc vorato:em carnū & potato:ē vim. nūc de fornicatione natum. nūc blasphemū. nunc seductorē ꝓpli. & alia multa blasphemātes dicebāt in eum. Lu. xvij. Et nihilomin⁹ ad facta iniuriosa sepe p̄cedere attēptabāt. Nūc volentes eum lapidare. nunc de montis supcilio p̄cipitare. Inspiciamus etiā cum quāto labore vixerit. q: quotidie erat p̄dicans in templo & in synagogis & de ciuitate in ciuitatem. de terra in terram ambulauit In oratōne sepe pnoctauit. Infirmos multos curauit. Obsessos a demone liberauit. Mortuos suscitauit. Multitudinē esurientē pauit. Et nihilomin⁹ in his oībus nature legib⁹ subiectus fame. siti. frigori. estui. ventis. imbribus. vigilijs ieunijs. ceteris q̄z infirmitatib⁹ homīs. absq; tñ peccato expositus fuit. Ecce quō vita sua tota i laboribus et passiōib⁹ fuit. Ex oībus talib⁹ passionem hodierne diei añcedētibus obmissis. Incipiemus ab eo loco vbi iob̄s passionē christi inchoat. oīm nihilomin⁹ quattuor euāgelistaruz dicta de ea dē passione simul ad seriē historie cōtexendo. Nec est intentētiōis mee circa singula gesta historie passiōis immorari. sed circa illa p̄cipue puncta in quib⁹ singulis christ⁹ aliq̄d notabiliter passus fuit que oīa ad. lxv. articulos reducunt. ¶ Sane licet plage vulnerū christi fuerint multo plures. fuerūt q̄ppe q̄nq; milia quadringenta septuagintaq̄nq; vt habet ex revelatione facta aliq̄bus deuotis p̄sonis Accipiendo videlicet quālibet plagā flagellatiōis pro vno vulnere & p̄cturā cuiuslibet spine p vulnere vno. Añ quicūq; dixerit q̄tidie. xv. pat̄ noster in memoriā passiōis christi p vnū annū cōtinuum. hic completo anno cuilibet vulneri dixit vnū pater noster. ita q̄ tot sunt vulnera q̄t dies in anno q̄ndecies. & inde resultat numer⁹ p̄taxatus. Que quidē oratiō multū eē efficax p̄hibet. Vt si quis singulis sextis feriis q̄i vice horaz septies legerit psalmū. xxix. i. Exaltabo te ꝺñe. Hic p⁹ carculum anni habebit tot versus q̄t christ⁹ vulnera habuit. Ex nos ad p̄ñs flagellationē totā accipiemus p vno articulo Et oīm spinarū p̄cturas p vno articulo. Et hoc mō oēs ptes passionis christi reducent ad articulos. lxv. ℣

¶ Qui quidem numer⁹ bñ cōgruit mysterio ꝺñice passiōis. Senarius enī cōstat ex ductu senarij in denarū. Est aūt senarius numerorū p̄fectoz p̄m⁹ & denarius est numer⁹ decalogi p̄ceptoz. Añ senarium⁹ p̄fectā decalogi iportat obseruātiam. quā vtiq; christ⁹ in sua passione p antbonomasiā adimpleuit. Quinari⁹ vo q̄ supest refert ad vulnera christi p̄cipalia q̄ fuerūt q̄nq;. imo etiā tota vniuersitas vulnerum passionis christi p̄m numeꝝ p̄taxatū resoluit i quinariū. Qō ptz Nā q̄nq; milia quadringēta septuaginta q̄nq; resoluēdo p q̄nq; inueniem⁹ q̄ mille sies nonagesies q̄nq; reꝺꝺūt nūerū p̄notatū. Cui⁹ etiā nūeri ptes singule congruūt mysterio ꝺñice passiōis Millenari⁹ enī qui ē vltim⁹ limes nūeroz. vltimā & sup̄maz p̄fectiōez in hac vita homini possibilē insinuat. quā vtiq; christus in passiōe sua in sūmo adimpleuit. Nonagenarius vo q̄ cōstat ex ductu denarij in nouenarū designat nouē ordines angeloz intra quos ducimur p obseruātiā decalogi p̄ceptoz Et ℣ non nisi p meritū passiōis christi. Quinari⁹ aūt ad q̄nq; sens⁹ referī i q̄b⁹ oīb⁹ christ⁹ pass⁹ fuit. vt sensus nostros peccatis coruptos reintegraret ¶ Circa secundū ē sciendū qō sic dicit Aug̃. in li. de vā religiōe. Nō solū q̄ꝺq̄ꝺ christ⁹ bonī gessit i ꝺñis sz & q̄ꝺq̄ꝺ mali sustinuit totū ꝺt scriptura mox fuit. Añ passio ꝺñi in se cōplectit oēm p̄fectionē homī possibilez in hac vita. q̄nā oīa opa p̄fectionis que christ⁹ vnq̄z in euāgelio docuit. ipe in seipo in sua passiōe p̄fectissime adimpleuit. Ita q̄ in cruce ꝺomini est finis legis & scripture. In passione eius est summa omnis

pfectiõis. ¶In morte ipi⁹ est cõsũmatio omis sermonis. Vñ aplus .j. Cor.ij. dicebat. ¶Nõ iudicaui me aliq̃d scire inter vos nisi iesum christum et hũc crucifixũ. ¶Nempe q̃ hoc scire est oĩa scire q̃ spectãt ad salutẽ. ¶Nã si de pauptate voluntaria loq̃mur. q̃s vnq̃z pauptior christo nudo pẽdẽte in cruce. vbi nec habebat vbi caput suũ reclinaret. ¶Si de obedientia z humilitate loq̃mur. q̃s vnq̃z intãtũ se humiliauit z exinaniuit sicut christus qui factus est obediẽs vsq̃z ad mortẽ. mortem aũt crucis. ¶Phil.ij. ¶Si de castitate virginali mentio fit. quis castior eo. cui⁹ mater virgo et cui⁹ pater feminã nescit. ¶Si de charitate sermo fuerit. q̃s vnq̃z maiorẽ vel tantã charitatem habuit q̃z christus. qui in passione sua posuit aiaz suaz pamicis suis. ¶Denicz si de patiẽtia agit̃ tota passio excellentissimam christi patiẽtiã ostendit. ¶Si de ptemptu mũdi z abstractiõe a rebꝰ mũdialibus loq̃mur. q̃s vnq̃z elongatior et abstractior ab oĩbus terrenis q̃z christus in cruce sup terrã z supza omnia trena eleuat⁹ et abstractus. ¶Si de abstinẽtia z ieiunio seu victꝰ inedia fiat mentio. christ⁹ nil gustauit in passione sua nisi fel z acetũ l'mirratũ vinũ. ¶Si de corpis castigatione agit̃. cui⁹ vnq̃z corp⁹ fuit intantũ castigatũ quãtũ corpus dñi in cruce. ¶Si de efficacia oriõis ꝑmo fiat. q̃s vnq̃z efficaci⁹ orauit christo. qui ex vehemẽti attẽtione oriõis guttas sanguineas sudauit. ¶Si de elemosyna z largitõe z aliis mĩe opibus loq̃mur. q̃s vnq̃z maiorez elemosynam dedit q̃z ipe christus q̃ ppriũ corpus suuz ĩ cibum et sanguinem suum in potuz nobis pauperibus in ppetuã elemosynã dedit. ¶Infirmos etiã visitauit dum infirma discipulorꝝ corda cõforauit z egros mltos curauit. Captiuos multos in limbo redemit. ¶Mortuos ꝺ sepulcris suscitauit. ¶Si de dilectiõe inimicorũ agit̃. in cruce pendens p suis crucifixoribus orauit. ¶Si de dimissiõe offensaz loq̃mur. quis vnq̃z liberalius dimisit debita debitoribus suis q̃z christus. q̃ latroni nõ solum debita dimisit. sed z paradisuz sibi promisit. Et sic de similibus inducendo p singula opa superogationis. q̃ oĩa in passione christi si bene aduertimus superoganter adimpleta ĩuenim⁹. ¶Que z nos si pfecti imitatores christi esse volumus adimplere debem⁹ vel in facto vel in desiderio vel in mysterio. ¶Nã sicut dicit Hiero. sup ¶Mat. ¶Singula ea que circa dñm in passione sua gesta sunt. quãuis iudei z alij quecũq̃z fecerũt alia mente fecerũt. nobis tñ credentibus mystica afferũt sacramẽta. ¶Sicut etiã caypbas qñ dixit ¶Expedit vnũ hominẽ mori p pplo. nescit quid diceret. z tñ ppbetauit. ¶Similiter ẽ de singulis gestis dñice passionis. que nos inspicere debemus z ꝑm exemplar eorꝝ facere. ¶Inspice igit̃ z fac ꝑm exemplar ꝛc. ¶F ¶Notandũ aũt q̃ infra scripti .lxv. articuli distinguunt̃ in septez ptes ꝑm septem horas canonicas. ¶Nec hic accipiunt̃ horę diei pũctualiter sed large. put dicitur aliq̃d factũ hora sexta. quia fuit ppe horã sextaz sicut etiã Joh. dicit. ¶Erat aũt hora q̃si sexta. Joh. xix. ¶Et ꝑm hũc modũ loquẽdi ꝑmus articul⁹ respicit horã matutinalem. ꝓ eo q̃ accidit in pfunda nocte. nam diu añq̃z egressi eẽnt trãs torrẽtez cedron ꝑmiserat ihs. ¶Erat aũt nox Joh. xiij. q̃n scz iudas accepta buccella exiuit z ex post iesꝰ fecit sermonẽ longũ altum z pfundum. ¶Et orauit ꝓ discipulis suis ad patrem. ¶Et post hec omnia egressi fuerũt trãs torrentẽ cedron. ¶Et tũc q̃n cepit contristari. erat iam ppe mediam noctem. ¶Quare non inconuenienter ille articulus refert ad horam matutinalem. ¶Horro ꝑm istum modum hora matutina habet .xx. articulos. ¶Hora prima .viij. ¶Hora tertia .xij. ¶Hora sexta .xviij. ¶Hora nona .v. ¶Hora vesptina vnũ. ¶Hora cõpletorij vnũ. ¶Ut aũt de eisdem articulis planior euidentia habeat̃. cuilibet articulo ꝑmittit̃ vnũ theorema ꝓ modum oriõis. in quo vtrũq̃z ꝑmissorum scz tam articulus passiõis q̃z exemplar imitationis substantialit̃ implicant̃. Et hec theoremata deseruiunt nobis ad duo. videlicet ad sui⁹ mariam recollectionẽ illoꝝ que sub illo articulo cõtinent̃. Et ad legentium deuotionez si q̃ forte easdem oriones legere velint ꝓ horis dñice passionis. Quicũq̃z enĩ istas .lxv. oriones dixerit q̃ die cõtinuando hoc p .xiij. septimanas cuz vna die. hic pficiet nũez plagarum christi supra notatum. Et superabũt .xlv. oriones ꝑ maiori cõplemento. semp vnã orionẽ ad vnũ vulnus vel plagam christi referendo. Legent̃ aũt he oriones cũ ps. ¶Deus de⁹ meus. respice in me. semp quinq̃z vsus ad quãlibet horam cũ gloria patri. Et tũc vltimus q̃narius versuũ scz ad completorium manebit impfectus. quia sunt solum quattuor versus ad designanduz q̃ effectus passiõis christi nunq̃z complebit̃ in hac vita. sed in resurrectione futura. Et vt in recolendo istos articulos dominice passionis deuotio magis augeatur. oĩa que christus passus est ita debẽt homini eẽ accepta z grata ac si ꝓ ipso solummodo salute ea sit passus. Et propter hoc orationes iste omnes in singulari numero sunt formate.

¶Prima pars de hora matutinali et habet articulos .xx.

Theorema CXC

Domine ihesu christe

Notandū ꝙ iste angelus ex mō sue apitiōis gloriā resurgentis declarat. Quīq; enim dicunt̄ Primo enī apparuit in etate iuuenili. Hec aūt florida ⁊ iocūda etas est. Et ideo resurrectionē dñi insinuat. in qua caro ipius refloruerat vt dicit ps. In quo etiā vt dicit Seuerian⁹ in ſmōe de pasca ostēdit̄. ꝙ oēs in etate iuuenili resurgemus. Nescit enī resurrectio senectutē aut infantiam. sed etatem floridā ⁊ iocūdaz. In quattuor aūt reliquis dotes corpis ostendunt̄. Nā ꝑ hoc ꝙ sedebat sup lapidem monumēti vt dic̄ Mat. dos leuitatis ⁊ agilitatis intelligunt̄. quia illuz nunciabat. qui sua resurrectione ꝑ dotez leuitatis omni grauitati ⁊ grossiciei supeminebat. Secūda dos est īmortalitas. que dat̄ ītelligi ꝑ hoc ꝙ sedebat a dextris. Unde Greg. dicit ꝙ ꝑ dextraz vita ꝑpetua intelligit̄. Recte angelus in dextera sedebat. quia redemptor noster pñtis vite corruptionem transierat. Tertia dos est subtilitas. q̄ signat̄ ꝑ hoc. Quia vt dicit Mat. facies angeli erat sicut fulgor. Fulgor enī est velocissimū et sb̄tilissimum. quia subito mouet̄ ab oriēte in occidens ⁊ omnia penetrat. Quarta dos est corpis claritas que insinuat̄ ꝑ hoc ꝙ angelus cooptus erat stola candida. Illū enī designat de quo dic̄ ps. Amictus lumine sicut vestimēto. Hic ergo iuuenis talis apparēs vt dicit Hiero. formaz resurrectiōis oñdit. B Notandū ꝙ Mat. xxviij. dicit̄ angeluz eē vnum qui sedebat sup lapidem. Hic vero dicit̄ ꝙ introeūtes in monumētum viderūt iuuenē sedentē in dextris. Lu. xxiiij. dicit̄. Ecce duo viri steterunt sec⁹ illas. Joh. xx. dicit̄. Vidit duos angelos in albis sedentes vnuz ad caput ⁊ vnum ad pedes. Ubi sciendū ꝙ mattheus qui dicit angelū sedere sup lapidē reuolutum a monumento. forte tacuit de angelo quez mulieres intrantes viderunt vt marcus h̄ dicit. Ita ꝙ forte Marcus tacuit de illo quē viderūt sedere sup lapidem. sicut dicit Matthe⁹. Ita scz vt mulieres viderint duos angelos ⁊ sigillatim a duobus audierint que dixerāt angeli de iesu. Vel possumus dicere mulieres vidisse angeluz in domūcula vel spelunca ante sepulcruz dñici corpis sedētē a dextris. id est. ad meridiē ad quā dñici corpis dextra extendebat̄ in sepulcro. Quē angelum dicit Mattheus sedentē sup lapidem. Forte enī p̄mo sedit sup lapidē ⁊ transtulit se ad dextrā illius loculi. Q; aūt dicit lucas angelos stetisse. ⁊ alij euāgeliste dicūt angelos sedere. Dici pōt ꝙ angeli p̄mo sedebant. sed mulieribus q̄rentibus iesum assurrexerunt et steterunt iuxta illas.

Tertia pars expositiōis euāgelij.

CCLVII

Qui dicit illis Nolite expauescere. Jesum queritis nazarenum crucifixum. surrexit non est hic. Ecce locus. vbi posuerūt eū. Sedite dicite discipulis eius ⁊ petro. quia p̄cedet vos in galileam. Ibi eum videbitis sicut dixit vobis. A

Tertia ps in qua tangit̄ ꝙ nō sufficit ꝑ signa ista resurrectionez credere. Ideo cū dixit. Qui dicit illis. ostēdit̄ q̄uo angelus qui christi gl̄iaz

habitu ōmōstrabat.eandē vero verbo affirma uerit.Et quattuor facit Primo ei angelus pa uorem remouet a mentibus mulierū vt gloriaz resurrectiōis intelligant|Qui dicit illis|sermo ne blando et cōsolatorio|Nolite expauescere| Quasi.d.ſm Greg.paueant custodes qui non amant aduētū supnorū ciuiū.Vos autē nolite timere meaz pītiam.q; vestr cōcuem videtis. Secundo vt mulieres magis confidant. ostendit se scire quid scilicet ipse querant|Jesū queritis|Erat inq̄sitio salutaris.Tūc enī pe sa/ lus humani generis erat cōpleta.ps.Deꝰ autē rex noster añ secula opat⁹ est salutē ī medio ter/ re|Nazarenum|qui interptat floridus vel san ctificat⁹.Ecce enī inq̄sitio debita.ps.Supi pm aūt efflorebit sanctificatio|crucifixū|Ūn inq̄si tio ista gloriosa Gal.vi.Michi aūt absit gloria ri nisi ī cruce dñi nostri iesu christi.Ūn ſm The, ophilū.Angel⁹ crucē nō erubescit.in ipa enī est salus hoim et btōr spirituū. Notandū sup illō|iesū q̄rit|q; iesū q̄rere cū istis mlierib⁹ mīta suadēt. Primū ē.dānū qđ incurri⁹ ppt ei⁹ amissionē.Et hoc mō q̄rūt eū penitētes Hiere. xxix.Cū quesieritis me in toto corde vestro inue niar a vobis et reducā captiuitatē vestrā de cū/ ctis locis ⁊ congregabo vos ⁊c Ubi enumerat ma la in que deuenerāt ex amissione dei. Secū duz dolor quo agimur ppter eius absentiā.Et hoc mō eum querūt aduersa patientes.ps.Imple fa cies eorū ignominia ⁊ querēt nomen tuū domi ne Idem Cū occideret eos querebāt eū. Tertiū piculum qđ incurrit ppter eius dimissionez.Et hoc mō debēt ipm querere dispōati.ps.Querite dñm ⁊ confirmamini.Et.ij.paralip.xvj.In tota voluntate sua quesierūt dñm.⁊ dedit eis req̄m ab oībus hostibus eorū.Quartū quesiti amor Can.iij.Quesiui p noctē quē diligit anima mea Sic quesiuit maria magdalena Joh.xx.Mulier quid ploras quē queris.Quintū est commo di valor Treno.iij.Bonus est dñs sperātibus in eum.aie querēti illum.Sextū est inueniendi fa cultas.Esa.lv.Querite dñm dū inueniri pōt Sap.vj.Facile enī inuenit ab his qui querūt eū Septimū est possidendi securitas Jo.xvj.Gau dium vestrū nemo tollet a vobis Octauū est in uenti vtilitas.ps.Querite dñm ⁊ viuet aīa vrā. C Tertio christi resurrectionem insinuat. Surrexit|Quasi.d.Nolite querere crucifixū ⁊ mortuū.sed querite resurgentē a mortuis.Nz vt dicit Hierom.Radix amara crucis euanuit Flos vite cū fructibus erupit.⁊ qui iacuit ī mor te resurrexit in gloria|Nō est hic|in monumē/ to,iō eum hic nō querite sed sursum querite.vbi christus est in dextera dei sedēs Greg.Non est hic pītia carnis qui nusq̄z deest p pītiam ma iestatis.Et vt probet se verū dicere q surrexit et nō est ibi.subiūxit|Ecce locus vbi posuerūt eū| vt si meis sermonibus nō creditis vacuo creda tis sepulcro Hic querunt tria.Primo de ite gritate corpis christi resurgentis.Et dicendum q corpus christi resurrexit.quia ania vnita fuit corpi quod in morte reliquerat.nec illud corpꝰ vllam habuit diminutionē.sed cū oībus mēbris et ceteris corporis lineamentis surrexit viuuz. B Item in ipa resurrectione sanguinē fu sum in cruce resumpsit et omnia que sūt de veri tate humane nature.Sup addite sūt quattuor dotes que naturā pficunt nō transmutāt.Pri ma incorruptibilitas.q; christ⁹ resurgēs a mor tuis iaz nō morit̄ mors illi vltra nō dñabit Ro. vj.Unde nullā passionem sustinere pōt.nec ca/ loris.nec frigoris.nec famis.nec sitis.nec aliquā quamcūq; necessitatem corpus eius. Secū da dos est corpis claritas Joh.xvij.Nūc clarificat⁹ est filius hoīs et deus clarificatus est in illo.Et ppter hoc corpus eius nullo vestimēto indiget Tertia dos est corpis agilitas.quia corpus ei⁹ nulla gūtate tardat̄ q̄n libere possit eē vbi vult. Quarta est subtilitas quia ei nihil resistere pōt sed oīa corpa quātūcūq; grossa sine dimensiōe penetrat. E Secūdo querit de tpe resurre ctiōis dñi.Et dicendū q dñs surrexit tertia die a mortuis.Sed oportet dies aliq̄s ⁊ noctes acci/ pere p sinodochen et hoc duobus modis.Pri/ mo vt dicit Beda vt extrema ptē pasceuen ac/ cipias p vna die cum nocte sequēte.Secūda ve ro dies fuit sabbatū cum nocte sequēte.Nz vōi ipa nocte mutatus est ordo dierū ⁊ noctiū.Cū enim a pncipio mūdi dies pcederēt noctē.in ip/ sa nocte resurrectiōis incepit nox diez pcedere. Nox igit̄ illa fuit cōmunis dñice et sabbato.vt igit̄ ipa sequit̄ sabbatū cōnumerat̄ cum secūda die Secūdū vero q pcessit dñicā cōnumerat̄ di ei tertie.⁊ accipiendo tertiā diem p pma pte ipsi us diei in qua dñs surrexit.Sed secūdo mō ali ter ordinat Aug⁹.sic scz q iste ordo dieruz et no/ ctium cepit in nocte pcedente pasceuē.Secūdū hec igit̄ nox pcedēs pasceuē cū ipa die sequēn fu it vna dies naturalis.nox aūt pcedēs sabbatuz cū ipo sabbato fuit scda dies. Nox vero prece/ dens dñicam cū prima pte diei ipius dñice fuit tia dies. Quocūq; aūt accipiat̄ iste ordo B pti quo christus fuit mortuus.xl.horis.vt dic̄ Aug. C Be hora vero resurrectiōis varie loquūtur sancti Hiero.enī in li.xij.questionū dicit q surre xit ad vesperaz sabbati Amb vero sup lucaz dicit

q̄ surrexit diluculo.qō magis tenet ecclesia.qa ī memoriam resurrectōis cantat matutinas laudes.Cui cōsentit illud p̄s.Exurge gloria mea.exurge diluculo.Ipa aūt hora qua christus resurrexit multa corpa sc̄oz surrexerunt cum eo vt essent testes resurrectionis christi ¶ Item qz angelus dixit[surrexit non est hic]. Ideo querit tertio vbi eēt christus post resurrectōez aīq̄z celum ascēderet p̄m corpalem p̄sentiam.Et dici pōt q̄ corpore glorificato nō debetur locus determinatus hic inferi⁹. Unde ip̄e erat vbi volebat.z forte cum sanctis qui cuz ip̄o resurrexerāt erat in extremis marisid est sup amplissimos fines orbis.aut forte habitabant in paradiso deliciarum. Item quarto dubitari pōt an debuerit dñica resurrectio p angelos nūciari.Dicendum q̄ ita.quia q̄ a deo sūt ordinata sūt Ro.xiij. Rerum aūt ordinatio exigit vt que fūt a deo sup humanā facultatez se extollentia p angelos hominibus nuncient.vt aut Dionysius de celesti hierar. hōi aūt erat resurrectō dñica.iuxta illō Ro. vj. Quod aūt viuit viuit do.glosa.id est.vita diuina z immortali. Cum igit̄ christi resurrectio sup humanā facultatez fuerit.vt pote que ad vitam nō humanā sed ad diuinā ordinabat.decuit vt p angelos debuerit hominib⁹ nūciari.Assignant ad idem alie rōnes.Quarū p̄ma est.vt ostēderet angelos subditos eē dño iesu.Jō eoz satellitio vsus est in ingressu z hic z Act.j. quādo in eius ascensione angeli visi sunt.Secunda vt sciremus q̄ angeli de bonis nostris gratulātur. Ideo nato dño cōcinerūt Lu.ij.Et eo resurgente apparuerunt et suam resurrectionem nūciauerunt vt hic Luc.xv.Gaudium est angelis dei sup vno peccatore ꝛc.Tertia vt daret intelligi q̄ etiam angeli p dñicam passionez z resuscitationem repandi erant.iuxta illud aplī Col.j. Complacuit instaurare.siue que in celis siue q̄ in terris sunt p sanguinem crucis eius.Quarta ppter sue resurrectionis certificationem.Habebat enim sua resurrectio testimoniū humanuz scz a ppbetis qui eam p̄dixerant Osee.vj. Vulsitabit nos p⁹ duos dies.z in die tertia suscitabit nos.Et quoniā in ore duorū vel trium testium stabit omne verbū Matth.xviij. Voluit dñs testimonio humano angelicum adhibere.Quīta ppter peccati ade deletionem quod fuit commissum diabolo instigāte.quod fundit⁹ deletū dinosc̄i etiam quo ad reatum.resurrectionem dñicam angelo nūciante.Nam iam adam cuz alijs patribus de limbo resurrexerat. ¶ Quarto angelus impositum mulierib⁹ vt christi resurrectionem annūcient.[Sed ite][festinanter][et dicite discipulis eius][cōmuniter][et petro][specialiter].Petruz specialiter nominauit.quia ppē verecundiam negationis christi erat confusus vt nisi fuisset spēaliter noīatus.nō fuisset ausus venisse inter discipulos vt dicit Greg. Vel hoc ideo.quia mortem christi petrus specialiter ebhorruerat Matth.xvj.vt de resurrectione maxime gauderet[Quia precedet vos in galileaz.] Et ideo sequimini eum ibidem[Ibi eum videbitis][non quidem][crucifixum z mortuum.sed iam resurrexisse viuum.][sicut dixit vobis] hoc iesus p̄dixit discipulis suis Matth.xxvj. Postq̄z aūt resurrexero p̄cedam vos in galileā. Precedit dux vite.mortis z glorie trūphuz deferēs Et viderunt euz discipuli in monte thabor vt dicitur Matth.xxviij. Ubi ante passionem future resurrectionis gloriā in suo corpe tribus aplis demonstrauit.Eamus igit̄ z nos ad galileam. id est.a terrenis ad celestia trāsmigrem⁹ vt christi gloriā videre possim⁹ Col.iij. Si consurrexistis cū christo que sursum sunt querite vbi christus est in dextera dei sedens.que sursum sūt sapite non que sup terraz. ¶ Sed hic occurrit multiplex questio ¶ Primo an debuerit dominica resurrectio p mulieres nūciari.Et videtur q̄ nō.quia dicit aplus.j.Thymo.ij. Mulieres in ecclesia loqui nō permitto.Non est ergo mulieris officium predicare christū.Respōsio. Hoc decuit multiplici ratione. Primo vt sicut mulier fuit nuncia delicti Gen.iij. vbi temptatio serpentis trāsiuit ad virum p mulierez.Sic nunc fieret nuncia gaudij.Et hanc rationez tangit Chrysostom⁹.Secūdo hoc voluit dñs vt q̄ precesserat in merito p̄cederet in p̄mio.Et quoniam mulieres plus amauerāt.que discipulis recedentibus nō recedebant.min⁹ etiā peccauerant.quia mulieres nō occiderūt christū.sed viri.ideo voluit dñs se eis p̄mo manifestare.Et vt sic pateret q̄ in christo iesu nō est masculus aut femina.dñs aut seruus.barbarus aut scita.sed fides p dilectionem opāt Col.iij. Tertio decuit ppter bonor̄ femineī sexus. Nam sexus virilis decorabat in christo resurgendo.mulieribus aūt in muliere nūciante. Nisi ergo mulier nūciasset a portione debiti honoris in dñica resurrectōe exclusa fuisset.quod non conuenit diuine iustitie.qui nō accipit p̄sonas hominū Act.x. Quarationem aūt in oppositum respōdet Ambr. dicēs Q̄z licet in ecclesia mulier nō p̄mittat loqui.nō tamē p̄hibet a doctrina domestica.que fit p familiarem et priuatam allocutionem. Et ꝫ modo cōmissa est mulieribus denunciatio dominice resurrectionis.scilicet vt apostolis earum

domesticis eā referrēt puata ⁊ domestica allocutiōe. ei⁹ ad pl'm diffamatōe aplis refuata ℞

Secūda q̄stio ē de eo q̄ in lrā dr. p̄cedet in q̄t vos in galileam. ibi eū videbitis ⁊c. q̄re ipe p̄mūiuit hier'm vt patet in luca. xxiiij. ⁊ Jo. xx. Et dicē dū p̄m Chrysp. sup istud Mat. xxvj. Postq̄z aūt resurrexero p̄cedā vos i galileā Alob se dñs i galileā se p̄cessurū p̄dixit. vt discipl'os lib̄aret a metu iudeor. ⁊ vt oñderet seipsū eundē eē q̄ resurrexerat. ⁊ sepe cū eis i galilea ꝓuersat⁹ fuerat. Sed q̄ apli se clauserāt in domo. nec tñ p̄sumebant egredi. ppter metū iudeor. dñs accelerauit promissionē. ⁊ apparuit eis semel. ⁊ bis. a ñq̄z de hierusalem exirent. vt ait Almb. sup lucā. Eusebius enī videt velle q̄ soli vndecim remāserūt in vrbe de quibus facit mētionem q̄ dñs eis appuit lucas ⁊ Joh⁹. Alij aūt multi p'ces in galileā pfecti sūt. ⁊ ibi dñm viderūt sicut Mat. dicit ⁊ Mar. ℞ oñdit. Añ p̄m Eusebiū illi q̄ in hier'm remāserāt nō vident fuisse cū alijs in mōte q̄ñ eis appauit dñs. Sz p̄mū melⁱ⁹ ē. scz q̄ p̄mo cū vndecim viderūt in hier'm. postea cū alijs multis iuerūt in galileā. Aug⁹ aūt de ꝓcordia euāgelistarum exponit hoc mystice. d. q̄ galilea signat cordā gētiū. cū interp̄tet trāsmigratio. vbi discipuli viderunt dñm p̄cedentē. q̄ nisi ipe p̄cessisset corda disponendo nihil ipi pfecissent fidē catholicam eos docēdo. Vel aliter vt ipe dicit. Galilea interp̄tat revelatio et signat p̄ns equalitatē ad quaz dñm ascendentē. ⁊ nos p̄cedentē videm⁹. ⁊ videbim⁹ p effectū opis. q̄ licet ipe ascēderit nobiscū est vsq̄z ad ꝓsūmatōez seculi. vt ipe pollicitus est. Mat. xxviij.

Tertia q̄stio ē de nūero apparitionū ⁊ dicēdū q̄ de⁹. x. vicib⁹ appuisse legitur añ suā ascēsionē. Primo marie magdalene Mar. xvj. Secūdo mulieribus redeūtib⁹ a monumēto Mat. xxviij. Tertio duob⁹ discipulis eūtib⁹ i emaus Lu. xxiiij. Quarto simoni petro Ibidē. Quīto. xj. aplis Jo. xx. Et he appitōes hodie facte sūt. Sexto aplis p̄nte thoma. ibidē. Septimo i galilea ad mare tiberiadis Jo. xx. Octauo in ea dē galilea Mat. xxviij. Nono aplis i cenaculo Mar. vlt. Decimo. ad montem oliueti Ibidē. ⁊ Act. j. Alias aūt apparitōes tangit apostol⁹ j. Cor. xv. Una q̄ vis⁹ ē iacobo. Alia q̄ vis⁹ ē pl⁹ q̄z q̄ngentis frib⁹ sil'. Alia aūt apparitio tāgit i euāgelio nichodemi. Sz nō ē autēticū. In q̄ dr christū apparuisse ioseph ab arimathia quē iudei incarcerauerāt. q̄ dñm sepelierat.

Sz Boccurrit dubiū circa apparitiōem factā marie magdalene q̄ dr p̄ma mar. xvj. Cui⁹ oppositū videt haberi Mat. xxviij. Ubi dr q̄ mulieres rede

untes a sepulcro viderūt dñm i via cuz q̄b⁹ magdalena erat. Et tñ Joh. xx. habet q̄ ipa vidit euz sola ⁊ p̄us nō viderat eū. cū añ apparitiōez recesserit cū alijs marijs q̄b⁹ in via dñs apparuit vt videt Mat. xxviij. ℞ Et idō vt h̄ ꝓuersia tollat notādū q̄ oēs tres marie. s. magdalēa cū alijs duab⁹ venerāt simul ad monumētū. et angelo annūciāte dñm resurrexisse discesserunt vt patet in euangelio. Recedētes vo a sepulcro iuerūt ad apl'os ⁊ renūciauerūt que audierant ab angelo. ⁊ in hac reuersiōe nihil viderūt Apli aūt hec audiētes. mirati sūt. ⁊ tūc petr⁹ et ioh̄es venerūt ad monumētū ⁊ magdalena post eos. alijs duabus redeuntibus ad pp̄ria. Recedētibus petro ⁊ ioh̄e magdalena ibi remānsit. ⁊ tunc p̄mo dñm vidit. mō quo ptz Jo. xx. Beniqz alie due marie scire gestiētes an magdalena q̄ reuersa fuerat aliq̄d videre potuisset. reuerse sūt ad ipsam. Quib⁹ ipa narrauit qūo ipsū viderat ℞ hec inde oēs tres cū gaudio recedētes venerūt ad apl'os. ⁊ in hac via ipm viderūt. ⁊ pedes eius tenuerūt. Quib⁹ ipe ait. Aluete vt ptz Mat. xxviij. Procedit ergo dubiū ex falsa imaginatiōe q̄ he mulieres viderūt dñm i p̄ma reuersiōe cū tñ hoc fuerit in secunda.

Sermo de eodem. CCLVIII

Maria magdalene et maria iacobi et salome emerūt aromata vt venientes vngerent ieſū. Marci vlt.

Sicut dicit b̄tus Aug⁹. sup p̄s. ciij. Nō difficilius querit solet dulci⁹ inueniri. Quare ergo iste sācte mulieres habebāt difficultatē i q̄rēdo christū. tū ppt metū iudeor. tū ppt vallatōez custodū añ sepulcrū. tū ppt magnitudinē lapidis advoluti ad ostium monumēti. iō p̄uenientes ⁊ pl⁹ q̄z quesierāt inuenientes. Quesierūt enī mortuū. ⁊ nūciante angelo inuenūt eū eē viuū ℞ Nō mirū si magna dulcedine gaudij ⁊ lencie sunt p̄fuse. Qua ppt p̄ns dies tota ē dies lencie. Unde recte hodie cantat illō p̄s. cxvij. Hec dies quā fecit dñs exultem⁹ et letemur in ea. Nos ergo hodie letemur imitātes istas tres marias sm mysticū sensū p̄ntis euangelij. In quo moralit̄ tria denotant. Primū ē q̄rentiū dñm varia cōditio q̄ signat in istis trib⁹ scis mulieribus noie maria. Secūdū ē p̄uenientiū ad dñm idonea dispositio. q̄ notatur in eo q̄ valde mane venūt ad

monumentū ¶ Tertiū est inuēti dñi stupida cognitio. qđ designat in eo| q̄ in troeūtes in monumētū viderūt iuuenē ꝛc ¶ B Quātū ad primū sciēdū q tres sūt stat⁹ boīm saluādoꝝ. q̄ꝝ q̄libet q̄rit chr̄istū. ⁊ extra hos nemo saluat. scz̄ iciēntiū. pficiētiū ⁊ pfectoꝝ. Siue penitētiū actiuoꝝ ⁊ ꝓtēplatiuoꝝ. Et hi tres stat⁹ signāt p tres marias q̄ q̄rebāt dñm quātū ad triplicē interp̄tatiōez nois maria. Stat⁹ penitētiū signat i maria magdalēa q̄ famosa peccatrix fuerat ⁊ penituit. Et licet alibi p ipam accipiat vita cōtēplatiua. vt tñ Marcus de ea hic loquit in ꝓ penitētes reputat. Subdit enī statim dicens. Maria aūt erat de qua eiecerat septem demonia. imo ipsa p̄micia penitentiū extitit in euangelio. Et s̄m hoc bñ cōuenit ei nomen maria. put interp̄tat mare amarū s̄m etymologiā latinā. vel s̄m derivationē hebraicā a mara qđ est amara latine. Unde Ruth. j. Nō vocetis me noemi. i. pulcrā sed vocate me mara. i. amarā. quia amaritudie valde repleuit me dñs. Qđ verificabat in maria magdalena q̄ ātē pedes dñi lacrimis lauit maculas criminis. Hic ⁊ petr⁹ penitēs fleuit amare. Unde cuilibet aīe vere penitēti dicitur istud Treno. ij. Magna est velut mare cōtritio tua filia syon ¶ C Status vero pficientiū et actiuoꝝ signat in maria iacobi que fuit mater iacobi minoris. Ad pficientes enī ptinet supplantare tucia ⁊ luctari in exercitio spūali virtutū. Cui cōuenit alia interp̄tatio marie put interp̄tatur dña syriace. Quia enim pficere volentes sūt in cōtinuo conflictu ꝓpter p̄nitatem ad malum ⁊ difficultatem ad bonum. necesse est pficiētes dominari passionib⁹ p rationē. ne temptationib⁹ cedant. ex qua lucta quādo videlicet ratio p̄dominatur sensualitati generant virtutes. Hā vir⁹ tus in infirmitate pficitur Coꝝ. xj ¶ B Status aūt pfectoꝝ ⁊ cōtemplatiuoꝝ signāt in maria salome que fuit mater filioꝝ Zebedei scz̄ iacobi maioris ⁊ iohannis. Hec postulauit filijs regnū Matth̄. xx. ⁊ Mar. x. Sic perfecti ⁊ cōtemplatiui nō occupantur nisi circa regnum dei. imo ipsi in se habent regnum dei. ⁊ hic p̄gustant quodammō regnum celoꝝ. Unde etiam salome interp̄tat pacificans. Nam in hac vita nulla pax est homini nisi in actu contemplationis. Et huic consonat tertia interp̄tatio nois maria ꝓut interp̄retat illuminata. Unde anime contemplatrici dicitur Esa. lx. Surge illuminare hierusalem quia venit lumen tuum ¶ E Quelibet istarum mariarum habet sua aromata seu vnguenta ¶ Penitentium aromata sunt dolor contritionis. pudor confessionis. ⁊ labor satisfactionis Ex his conficit vnguentum q̄ libenter vngitur dom⁹. Conficitur enim hoc vnguentum ex mirra aloes ⁊ thure. Unde Nicodem⁹ qui adhuc fuit in statu incipientiuz. q̄ discipulus occultus venit ferens mixturaz mirre et aloes vt dicitur Joh̄is. xix quibus cōuenienter additur thus. Per mirram que valde amara est signatur amaritudo contritiōis Per aloes quod etiam amarum est ⁊ valet cōtra retentionem menstruoꝝ. id est. peccatoꝝz signatur verecundia confessiōis. Per thus cuius odor cum fumo ascendit signantur opa satisfactiōis que per rectam intentionem in deum diriguntur Unde super illud Cañ. iij. Odor vestimentoꝝ tuoꝝ sicut odor thuris dicit glo. q̄ fidelis q̄libet in omnibus operibus suis orat cum intentione perueniendi ad deum. Sed ex his tribus nō bene conficitur vnguentum nisi apponatur oleum misericordie diuine. sine qua omnis penitentia est inefficax. Admixto autem oleo optimum vnguentum efficitur. Et tale fuit vnguentum Marie magdalene que omnes partes penitentie perfectissime impleuit. assistente sibi misericordia saluatoris. vt patet in euangelio Lu. vij. Ipsa enim lacrimas copiose effudit ex amaritudine contritionis Conuiuantes non erubuit ex pia impudentia confessionis. Pedes domini lacrimis lauit. capillis tersit. osculabatur. vnxit et se totam christi obsequio deuouit ⁊ impēdit. et hoc ex immenso affectu satisfactionis. ¶ F Proficientium aromata sunt patiētia humilitas et perseuerātia vel longanimitas Ex quibus conficitur vnguentum actuoꝝ. Et hoc vnguentum intrant mirra. gutta et casia. que simul ponunt̄. ps. xliij. q̄ fluunt a veste vite christi. Mirra bona est in omni vnguēto. Et ideo licet posuerimus eam in vngento penitentium. conuenienter etiam ponitur in vnguento proficientiuz. et ponetur etiam in vnguēto perfectoꝝ. Mirra enim s̄m glosaz p̄s. eodem arcet vermes. Sic patientia arcet vermes qui mordere solent coꝝ patientis Quia s̄m Gregorium in omel'. Patientia est equanimiter alia mala perpeti. contra eum quoq; qui mala irrogat nullo dolore morderi. Et hac patientia maxime opus est proficere volentibus in exercitio spirituali. Quia vt dicit Gregorius in moral'. Sicut in tritura palee grana premuntur sicut flores inter spinas pdeūt. ⁊ rosa q̄ redolet crescit cū spina que pungit. Sic virtutes inter pressuras passionū ⁊ pūcturas temptationum cre-

scūt ꝑ guttā aūt q̄ amonica dicit signatur humilitas. Qua vt dicit glo. vbi supra. Gutta pellit oēs inflaturas et tumores. Sic būlitas curat duricias cordiū. Hac etiā op⁹ est ꝓficientib⁹. Qr vt dicit Gre. Qrigo vtutis būilitas ē. illa in nobis virt⁹ vaciter pullulat q̄ in radice ppria ⁊ in humilitate pdurat. a qua nimiruz si abscidit arescat. qr viuificantē se in infimis būorē charitatis pdit. Et alibi. Qui sine būlitate vtutes cōgregat quasi in vētū puluerē spgit. Ꝑ cassiam vo q̄ et fistula dicit signat pseuerātia siue longanimitas. vt videlicet qs in exercitio spirituali nō frangat desperatione aut tedio. nec statuat sibi ēminū in pfectu. sed sp tēdat ad melius sine termino. Qr in spūali pfectu nō ē stat⁹. Cassia enī vt dicit glo. vbi supra in aquosis locis nascit ⁊ crescit in ūmensū. Sic bon⁹ pficiēs aqs diuinarū gratiarū fecundat⁹ crescit in ūmensū de virtute in virtutē. ⁊ nūq̄z cessat donec videat deum deoz in syon. Et hec aromata nō bñ ꝓficiūt si nō apponat oleū leticie. vt videlicet bō leticiaz spūalē habeat in bonis opibus suis. Et illā ponat in corde atq̄z cōscia sua. nō in laudib⁹ hoim ꝑm Aug̃. Et illud ē vnguētū marie iacobi q̄ habuit q̄tuor filios. scz iacobū q̄ interptat supplātans scz passiōes p patiētiā. Symonē q̄ interptat obediēs p būlitatē. Ioseph q̄ interptat augmētū vel apositio p longanimitatē. Et iudā q̄ interptat gloificās. s. deū p spūalē leticiam. ¶ G

¶ Perfectoz vel ꝓtēplatiuoz aromata sūt carnis oīmoda mortificatio. deifica conuersatio ⁊ charitatis pfectio. Ex q̄b⁹ fit vnguentū suauissimi odoris. in qō intrat mirra cinamomū ⁊ balsamū q̄ simul ponunt Ecc. xxiiij. vbi dicit in psona diuine aie. ad būc statū pfectoz sblimate. Sicut cinamomū ⁊ balsamū aromatizās odorem dedi q̄ mirra electa. Vbi p mirrā accipit totalis mortificatio carnis q̄ ꝓuenit pfectis. Ná penitētib⁹ ꝓueniebat mirra mortificās pctā p amaritudinē ꝓtritiōis. pficiētib⁹ ꝓueiebat mirra mortificās passiones vīmē. s. remordētē ꝑ tolerantiā passionū. Ex pfectis ꝓuenit mirra mortificans carnē a petulātia rebellionis. ne videlicet caro ī aliq̄ rebellet spū. Vñ Col. iij. Mortificate mēbra vra q̄ sūt sup trā. Et hē mirra electa ꝓma ⁊ pbatissima de qua Cañ. v. Manus mee distillaue rūt mirrā. ⁊ digiti mei sunt pleni mirra pbatissima. Manus. n. i. opa penitētū ⁊ actiuoz distillāt q̄dē mirrā vt dictū ē. Ex digiti. i. subtiles ⁊ spūales exercitatiōes ꝓtēplatiuoz sūt pleni mirra pbatissima. Probata q̄dē mirra penitētiū. pbatioz pficiētū sz pbatissima ē ꝓtēplatiuoz ⁊ pfectoz. ¶ Per cinnamomū accipit deifica ꝓuersatio. Cinamomi. n. cortex cū frangit spiramētuz visibile reddit. ad modū nebule vel pulueris. Sic pfectus si frangit aliq̄ vitupatiōe emittit odorem dulcis rīsiois. Vñ etiā cinnamomū valz ad bonū odorē oris. si frangit corpali molestia. in edia ūuria. labor frequētia vel q̄dq̄d sibi accidit sem per spirat visibilit odorem deifice cōuersatiōis. Per balsamū caritas pfecta itelligit q̄ foris mittit timorē ⁊ oēs cū q̄ ipa stare nō pōt. Vñ Ecc. vbi supra. dicit sapia in tali aia. Quasi balsamū nō mixtū odor meus. Balsamū enī si purz sit ⁊ non adulteratū sole ardēte manū penetrat. laneam vestē nō maculat. corpa sine corruptiōe ꝓseruat. Sic charitas pura ⁊ pfecta accedente ardore diuini solis oīa opa nrā penetrat et ea deificat. Itē nullū op⁹ caritate īformatū maculā ꝓtrahit. qa charitas nō emulat ñ agit pperā. i. Cor. xiij. Itē vbi charitas ibi nulla corruptio bois iterioris. Qr vt dicit Aug̃. ī de laude charitatis. Hrēoia sacramēta et mal⁹ eē q̄s pt. habere aūt charitatez ⁊ mal⁹ eē nō pōt. Ex istis pfectoz aromatib⁹ nō fit vnguētū sine admixtione olei diuine dulcedinis q̄ sp cōcomitat dicta tria Vñ ips. Impinguasti in oleo caput meū. i. mētē. Qd oleuz degustau erat idē ppha cū dicebat. Quam magna multitudo dulcedīs tue ꝛc. Et istō ē vnguentū marie salome q̄ fuit filia salome vroris zebedei ⁊ mat iacobi maioris ⁊ iohis. Per iacobū maiorē itelligit total⁹ supplātatio vt mortificatio hominis exterioris. Per salome itelligit deifica ꝓuersatio q̄ ñ ē nisi ī boie bñ itra se pacificato. Per iohānē charitas itelligit q̄ erat p ceteris a christo dilect⁹. Ex ꝓzebedeū q̄ interpretat fluitio itelligit pt diuīa dulcedo q̄ tlis aia fluit ⁊ affluit ōlicijs iternis. Itaq̄z cū istis vngētis q̄libz aia p statu suo oz vngere iesū. ¶ Oz q̄ vult p̄dicta aromata brē oportz ea emere. Ille. n. q̄ emit dat ō suo et accipit ō alieo. Sic ī opib⁹ vt uosis aliq̄d oportz ponere de nrō conatū ⁊ volūtatē. ⁊ aliq̄d recipe a do. s. opandi facultatez. Vñ ad Ro. vij. Velle adiacz mihi. pficere āt ñ valeo. Et j. Cor. xv. Nō āt ego sz grā dei mecū. Aut a deo recipim⁹ grāz p ueniētē. de nrō apponim⁹ volūtatē sbsequētem. Vñ. gre. Bona q̄pe q̄ agim⁹ ⁊ dei sūt ⁊ nrā. dei p grāz ꝓueniētē. nrā p sbsequētē liberā volūtatē.

¶ Subsermo primus. CCLIX

Tualde mane una sabbatoz veniūt ad monumētū ortoiā sole ꝛc. ¶ Secunda pars in qua describitur peruenientiū ad dominum idonea dispositio. Que attenditur in tribus. videlicet vt mane iter arripiat. vt ad monumētuz

vadat ⁊ vt obstacula remoueri ꝓcuret. ℙrimū innuit in eo q̄ iste mulieres valde mane orto iam sole venerūt. Secūdū in eo q̄ ad monumentū venerunt. Tertiuz in eo q̄ de remouēdo lapide solicite fuerunt ⁊c. Quātū ad ꝑmuz sciendum q̄ iste sc̄e mulieres venerūt ita mane q̄ adhuc tenebre erāt vt dicit Joh. Secūdū lucā aūt venerūt diluculo q̄ est claritas media inter noctis tenebras ⁊ diei claritatē q̄ aurora appellari solet vt dicit Aug⁹. Sed ꝑm marcū hic venerūt orto iam sole. ⁊ potuit eē ad hrām. q̄ valde mane cū adhuc tenebre eēnt ceperūt venire. diluculo aūt venerūt. sed ad monumētū orto iā sole puenerūt. ¶ B Et nota q̄ nō sine mysterio cuāgeliste diuersimode sic loquunt̄ de isto mane. sz oēs concordāt in hoc q̄ fuit mane. Mā vt patet ex p̄missis illud euāgeliū mystice ꝓcedit sz tres status ꝑm q̄ fuerūt tres marie. Huc aūt q̄ Joh. dicit. Cum adhuc tenebre eēnt respicit statum incipientiū. Q, vo lucas dicit. diluculo respicit statum ꝓficientiū. sz q̄ Mat. dicit. orto iaz sole respicit statū ꝑfectoꝝ. Et huic sensui alludit glo. sup illo verbo ps. v. Mane astabo tibi et videbo. Mane inq̄t glo. est finis tenebrarū ⁊ inuitium lucis. q̄ sp crescat vt neqz incipientes excludātur q̄ ꝓsuetudine ⁊ amore peccādi discedentibus q̄ tenebris incipiūt deū videre. B quātū ad incipientes. Et subdit. Et inde paulatim ꝓficiunt. B quātū ad ꝓficientes. Et q̄ subdit. Mane astabo tibi ⁊ videbo. B de mane ꝓtēplatiuoꝝ q̄ē orto iā sole. q̄n iā clare videri pōt. Debēt ergo fideles q̄rentes chr̄m q̄libet p statu suo mane venire Esa. xxvj. Mane euigilabo ad te. q̄ est cōtra pigros. Debent etiam venire vna sabbatoꝝ p q̄ quies ⁊ pax cordis signat̄. Sabbatū enī req es interp̄tat̄. ij. Thymo. uj. Quietā ⁊ trāquillaz agim⁹ vitā. Nō enī nisi pacis in tpe bene colit pacis auctor. Q̄ē cōtra discolos et discordes Quibus dicit̄ Lu. vj. Si offers munus tuuz ⁊c. ¶ C Quātū ad secūdū querentes chr̄m debent venire ad monumentū ⁊ ibi eū querere. sic iste sancte mulieres fecerūt. Monumētū ē mēs bn̄a quātū ad q̄libet statū. Mā cor penitētium dicit̄ monumētū rone luctus q̄ circa monumenta fieri solet. Unde etiā iste mulieres sedentes ad monumentū lamētabant̄ flentes dominū. Et reuera vere penitēs quotiēscūqz reuoluerit cor suū. nō inuenit nisi q̄dā sepulcrū cuz ossib⁹ mortuoꝝ. s. opeꝝ. Uñ q̄busdā dr Mat. xxiij. Similes estis sepulcris dealbatis q̄ a foris apparēt hoib⁹ speciosa. intus vo sūt plena ossibus mortuoꝝ ⁊ omi spurcicia. Q̄n igit̄ hoc inspiciunt vi penitētes nō p̄sumunt nisi lugere ⁊ flere sup seipsos. ℙroficientiū aūt cor dicit̄ monumentū rone opis mie. q̄ in sepeliendo mortuos exercet̄ ⁊ certe actiuoꝝ est insistere opibus mie. Cōtēplatiuoꝝ vero cor monumentuz dicit̄ rone quietis. Decunt enī corpa in monumentis quiescere. ⁊ quies maxime ꝓmouet ad cōtemplatiuos. In tali ergo monumento p quolibet statu rone q̄rit chr̄m⁹. Uñ Aug⁹. x. ꝓfess̄. Cū q̄siuissem deū in celo ⁊ in tra poēs creaturas interrogādo de vo. Rñdebāt sibi oēs creature. Nō sum⁹ de⁹ tu⁹. q̄re supnos. Demū quesiuit ipm in mēte sua ⁊ ibi inuenit vestigiū de deo ⁊ imaginē ipi⁹. Dicetiaz iste sc̄e mlieres. ⁊ si nō inuenerūt eū in monumēto corporaliter. inuenerūt tū vestigia resurrectōis ei⁹ ⁊ viderūt ac audiuerūt angelos nūciantes eis vbi ipm inuenire deberēt. vt patebit in ꝓcessu sequēti. ¶ B Quātū ad tertiū q̄rētes chr̄m vt ad ipm puenire valeāt dīt obstacula ipedīētia remouere q̄ intelligūt ꝑ lapidē magnuz aduolutū ad hostū monumēti. q̄ obsistente iste mulieres nō poterāt intrare monumentū. Sicī q̄libet statu ē aliq̄s lapis obstās ne q̄s possit intrare in ī tima mētis ⁊ exercere act⁹ suo statui cōpetētes. Lapis obstās penitētib⁹ ē pnitas ad malū. Lapis obstās ꝓficientib⁹ ē difficultas ad bonū. Sed lapis obstās ꝓtēplatis ē materialitas spēi. Sed iste lapis p q̄libz statu plerūqz remouet̄ ad solū dīoꝝ aie pie q̄rētis. Uñ dicēt̄ b⁹ istis mlieb⁹ adiunctē. Quis reuoluet nob lapidez ab hostio monumēti. ⁊ respicientes viderūt reuolutū lapidē. Nō dubiū q̄n ab āgelo vt Mat. dicit. Sicī ꝓposito. Et patz.

¶ Subsermo secundus.

CCLX

Introeuntes in

monumentū. ¶ A Tertiaps in q̄ describit̄ inuenti dñi enigmatica visio. Circa q̄ tria tanguntur. ℙrimū in qua forma dñs in statu quolibet videat̄. Secūdū q̄liter homo videndo deū in stupore ducat̄. Tertium q̄o in tali ammiratione mēs diuinit⁹ consolat̄. Et hec tria in hac ꝑicula euāgelij designātur. ℙrimū notat̄ in iuuenis visione. Secūdum in mulierū obstupefactione. Ibi Et obstupuerunt. Tertiū in angeli annūciatione. Ibi Qui dicit illis. ¶ Quantū ad ꝑmū sciendū. q̄ in hac vita videre deū nude sicut ē non possum⁹ iurta illd ō Exo. xxxiij. Nō videbit me hō et viuet. Unde dicit apostolus. j. Cor. xiij. Videmus nunc p speculum in enigmate. tunc autem facie ad faciem. Unde sicut in speculo non nisi imago cernit̄ vt dicit Augustin. Sic quidquid in hac vita

de eo cognoscimus quasi in imagine videmus Uñ iste mulieres nō viderūt ipm ihesū. sed viderūt p̄mo hostiū monumēti aptū. deinde introeūtes viderunt ibi iuuenē. q̄ in Mat. scribit fuisse angelus. In quib⁹ innuit q̄ nō sub eadē forma videt deus a quibuslibz sed differenter ꝑm diuersitatem statuum. ¶ Nam incipientib⁹ apparet dñs in forma hostij apti. proficientibus i forma iuuenis. sed p̄fectis et cōtemplatiuis in forma angeli. Peccatoribus nāq̄z quia habēt velamē añ oculos scz p̄fidie vel p̄ctōrum nequaq̄z deus videre possunt. sed cū cōuersus quisq̄z fuerit ad deū p̄ fidē z pniam. tūc auferet velamen vt dic̄ apls ij. Cor. iij. Et tūc incipit videre deū sz in enigmate z valde obscure in imagine scz sub forma hostij sibi tūc p̄mo apti p grām iustificatōis. Hoc hostiū christus est quo intrat ad salutē. Uñ ipe ait Johis. x. Ego sum hostiū p me si q̄s introierit saluabit. In eo igit̄ q̄ istis mulieribus lapide reuoluto patefactū est hostiū monumenti. data ē forma incipientibus. q̄ ablato velamine p̄fidie quātū ad infideles. vel p̄ctōr quātū ad credentes malos. dñs apparet eis p grām iustificatōis. Hō signatū est Apoc. iij. vbi dicit aie incipienti Ecce dedi cora te hostiū aptū. quia modicā habes virtutem. Ubi p hostiū sm glo. intelligitur christus p quem intrat ad vitā. Incipientib⁹ igit̄ qui adhuc modicā habēt virtutē istud hostiuz dat aptū. Et bñ dicit̄ q̄ dat. q̄ ex se aperire nō p̄nt. nec attingere hostiuz nisi diuinit⁹ eis det. In ꝯ figuram dñs apparuit abrae sedēti in hostio tabernaculi in cōualle mābre Gen. xviij. ¶ Proficientes vero quia iā intrauerūt p hostium distinct⁹ videt dñm. quia in forma iuuenis Unde hic dicit̄ q̄ introeuntes p̄cedendo videlicet p hostiuz q̄ō p̄ficientib⁹ cōuenit. tūc viderūt iuuenem ꝛc. Et cōuenienter dñs apparet p̄ficientib⁹ in forma iuuenis. Iuuenis enī est in continuo cremento. Hic p̄ficientes sūt in cōtinuo cremento de virtute in virtutē. Interior q̄pe homo nunq̄z senescit sed sp renouat de die in diez Uñ semp christus crescit in cordibus eor. vt supra i ꝑmone de etate spūali. Iste aūt iuuenis dicit sedere a dexteris. Virtuosis enī membris semp dñs a dextris est. Ipse enī habent dicere cuz ps. Quoniam a dexteris est mihi ne commouear. Propter hoc dilatatum est cor meuz. Quanto enim homo in virtutibus crescit tanto amplius cor eius dilatat̄ ad amplius crescenduz. Unde Rich. v. de cōtemplatione ca. ix. Quanto iquit mens ad altiora ducit̄. tanto amplius dilatatur vt crescat. z vndeinfimis remotior inde in seipsa purior z ad sublimia subtilior inuenit̄. Dicit̄ etiam iuuenis iste cooptus stola candida. Cooptus inquaz quia aliqua specie semp velatus hic apparet. stola candida q̄ candore mūdicie decoratus. Candor eteni vestis candorem indicat mentis. Quo instruimur q̄ si deū volum⁹ videre oportet nos eē mūdicia candidos. Beati enī mūdo corde quoniā ipi deū videbunt Mat. v. ¶ Perfecti vero z contemplatiui adhuc clarius vident deū. quia in specie angeli. Unde Mat. dicit angelum dñi descendisse de celo z locutum mulieribus. In hui⁹ figura iacob cū angelum vidisset z cum eo luctat⁹ fuisset dixit. Vidi dñm facie ad faciem. quia formam illam angeli viderat in qua se ei dñs ostenderat vt dicit glo. ¶ Quantū ad secundū est sciendum q̄ nouitas rei insolite z supra naturam inducit stupore. quia vires naturales absq̄z tremulētia sufferre nō possūt quidquid supra ipas accidit. Unde Rich. vbi supra. Quis inquit nesciat inde fieri ammirationem cum aliquid cernimus p̄ter spem z supra estimationez. Nouitas itaq̄z visionis z rei vix credibilis adducere solet ammirationē mentis et stupore. q̄n aliquid incipit vidri quod vix credi possit. Hec ibi. Et idō bene dicit̄ hic de istis mulieribus. q̄ ad visionē angeli obstupuerunt. Hic mens videns deum in qua cūq̄z specie merito obstupescit. Et h̄ stupor cōsurgit ex innouatiōe boīs p gratiā. quantū ad incipientes. vel ex feruore deuotiōis et exhilaratione spūs quātū ad p̄ficientes. vel ex dulcedine contemplationis quātū ad cōtemplatiuos. Quia vt dicit Rich. vbi supra. Mens humana dum in eius subleuatiōe semp ad altiora crescit. dum diu crescendo tandem aliq̄n humane capacitatis metas transcēdit. fit demū vt a seipa penitus deficiat z sup mundanū quendaz trāsformata affectuz. tota supra semetipam eat. Exemplum ad hoc familiare est in alauda. que in ascensu suo dulcissima modulatione iubilat sed cum in supremo fuerit quasi stupefacta. deficit a seipa et cadit in terram. Sic in proposito De isto etiam stupore est exemplum in pisce q̄ stupor dicit̄ quia facit stupere manū piscatoris ꝓpter aliquam virtutem occultam in illo pisce alterantem neruos manus. Sic in proposito adapta. ¶ Quantum ad tertium sciendum q̄ animam cui se domin⁹ in quacūq̄z specie dignatur ostendere nunq̄z dimittit sine consolatione et aliqua salubri reuelatione. Quod patet in omnibus apparitionibus suis post resurrectiōez. Nam mariaz magdalenā cui p̄mo apparuit in specie ortulani plorantē consolabat. vocās eam ꝓpio nomine dicēs Maria. Quo

verbo statim cõuersa cõsolata ⁊ edocta cognouit dñm cum gaudio magno. d. Rabboni. Reuelauitq; ei mysteriũ sue voluntatis. d. vade ad fratres meos ⁊ dic eis. Ascẽdo ad patrẽ meum Item duobus discipulis euntibus in emaus ĩ via apparuit in spẽ pegrini. quibus apuit sensũ scripture ⁊ eoꝝ corda fecit ardẽtia ⁊ demũ noticia sui eos plene ꝯsolabat̃ in fractiõe panis. Itẽ cũ appareret vndecim ꝯgregatis in vnũ ĩ ꝓpria specie ꝯsolabat̃ eos dicẽs. Pax vobis q̃d turbati estis. ego sum. videte manꝰ meas ⁊ pedes meos. Et apuit illis sensũ vt intelligerẽt scripturas Ecce quõ semp deus in apparitiõe sua consolatus est videntes se cuz aliqua reuelatiõe. Sic et istas mulieres angelus vice dñi eis apparẽs cõsolatus est dicens [Nolite expauescere] Et nũciauit eis gaudiosa noua. d. [Jesuz queritis nazarenum crucifixum. Nõ est hic surrexit. Sed ite dicite ꝛc̃] Signant̃ dixit nõ ẽ hic. Quia reuera deus qui a nobis querit̃ in quolibet statu. nõ inuenit̃ hic nuda ⁊ apta visiõe. sed quia ipe p̃cessit nos in galileam transmigrando de mortalitate ad immortalitatem. Si enĩ nude ⁊ aperte videre volumus. oportet nos eũ seq̃ in galileam quod trãsmigratio interp̃tat̃. trãsmigrando videlicz ab h̃ corruptibili corpe ad statum patrie. Ibi eũ clare videbimꝰ regnantem cum patre et spũ scõ. Per infinita secula seculorum amen.

Expositio euangelij dominice prime post pasca CCLXI

A

Cum esset sero die illa vna sabbatorũ et fores essent clause vbi erãt discipuli congregati propter metũ iudeoꝝ veĩt iesus et stetit ĩ medio. et dixit eis Pax vobis Et cũ hec dixisset ostẽdit eis manus et latꝰ. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iteꝝ. Pax vobis. Sicut misit me pater. et ego mitto vos. Hec cuz dixisset insufflauit et dixit eis. Accipite spũm sanctũ Quorũ remiseritis pctã remittũtur eis. Et quoꝝ retinueritis retẽta sũt. Thomas aũt vnus ex duodecim qui dicitur didimus nõ erat cũ eis quãdo venit iesꝰ Dixerũt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominũ. Ille ãt dixit eis. Nisi videro ĩ manibus eius fixurã clauoꝝ. et mittã digitũ meũ in locũ clauoꝝ. et mittam manũ meam in latus eius nõ credam

Solet dñs ⁊ saluator noster libent̃ interesse cõgregationi fideliuz dicente eo Mat. xviij. Vbi duo vel tres ꝯgregati fuerint in noĩe meo ibi in medio eorum sum. Si ergo hoc dicit de duobꝰ vel tribus quãto magis vbi sunt plures. Hinc est q̃ discipulis cõgregatis in vnum nõ dubiuz q̃n in noĩe eius. q̃r de deo loquẽtibꝰ Audierant enĩ de mulieribus et a duobus discipulis iaz reuersis de emaus eum resurrexisse. Vnde cõferebant de eo dolentes. quia reputabãt se seu credebant se reputari indignos christi visiõe. Sic ergo cõgregatis eis in vnũ de christo loquẽtibus p̃ntiaz eis suã exhibuit. Quẽ tũc thomas vidre nõ meruit quia cũ alijs in congregatõe nõ fuit. sed postea in cõgregatiõe eo existẽte. nõ solũ videre. sed ⁊ palpare ip̃m dñm meruit. Et de h̃ est p̃ns euãgelium. q̃d in tres ꝑtes diuidit̃. In quarum p̃ma agit̃ de diuina christi apparitiõe ad ꝓbandam resurrectiõis v̄itatem. In scd̃a v̄o subiungit̃ altera apparitio ad tollendã discipuli dubitationẽ. Ibi [Et post dies octo] In tertia aũt describit̃ multitudo signorũ christi ad cõfirmãdam fidei sinceritatẽ. Ibi [Multa quidẽ. In p̃ma ꝑte circa christi apparitiõez sex tanguntur. Quoꝝ p̃mũ est. Quam mira fuit ista apparitio quia videlicet ianuis clausis ad discipulos est ingressus. Vnde dicit [Cũ eẽt sero ꝛc̃] B

Nota q̃ mulieribus mane apparuit. discipulis vero sero. Et hoc ꝓpter quattuor cãs Primo quia voluit venire in hora qua eos omnes simul inueniret. iõ venit sero. quia de die dispergebant̃ ad diuersa negocia. p̃s. Exibit homo ad opus suũ ⁊ ad opationem suã vsq; ad vesperaz De sero aũt ad inuicem morabant̃ ⁊ ꝑ noctem. Secũdo quia tempus serotinũ ⁊ nocturnũ est magis pauidum. Vñ p̃s. A timore nocturno. Ideo tunc voluit venire vt eos assecuraret. p̃s. Adiutor in tribulatione. Tertio vt ostenderet q̃ ipse sero. id est. in fine seculorum apparere deberet. dilectis suis. ad retribuendum eis p̃mia ꝓ meritis eorundum Matth. xx. Cuz sero autem factum esset. dicit dominus vinee ꝓcuratori suo. Voca operarios et redde illis mercedẽ suam. Quarto vt tempore apparitionis reformaretur in cordibus eorum quibus apparebat. Ipsi enim tenebrosi erant et increduli. vt patet Luc. xxiiij. Vbi de hac apparitiõe agitur. Vnde ibi dicitur. Quod videntes eum turbati sũt et conterriti. existimãtes se spiritum videre. Iõ decuit vt per tempus nocturnum ad eos veniret. Sicut Luc. xxiiij. se exhibuit ĩ forma pegrini duobꝰ discipulis eũtibꝰ ĩ emaus. Et q̃si alia effigie se ostendit. q̃r alienus in eorũ cordibꝰ factus

erat. Bue aũt ṗme rões lr̃ales sũt. Bue autez sequẽtes magis mystice. ¶ Secundo subdit apparitiõis diẽ. die illa. scz qua resurrexit q̃ fuit. vna. id ẽ ṗma ℞ Bat. xxviij. ℣ Prima autez sabbati. sabbatoz. i. p⁹ sabbatũ dies dñica est Et aduertẽdũ. q romani dies septimane denominabãt a suis dijs dicẽdo die lune die martis. & hmõi. iudei vero a sabbato tãq̃a digniozi oĩ alios dies denoiant. dicẽdo ṗma sabbati. i. ṗma dies p⁹ sabbatũ. Ecclesia vero dies vocat feriales vt secũda feria. tertia feria. a feriando. i. cessãdo. quia oĩ die a malo cessare. i. feriare debem⁹. Et nota q̃ noluit christus. q̃ dies ista sue resurrectionis trãsiret q̃n demõstraret se apl̃is ppter hoc q̃ ipa die iam dudũ fuerat int̃ apl̃os colloquiũ resurrectiõis sue. ppter vba marie magdalene & aliarũ mulierum. vñ nimiũ desiderabãt eum apl̃i videre. & nõ min⁹ desiderabat se christus illis ostendere. Vñ ipam ṗterire nõ pmisit q̃n ipsis appareret. Et fores eẽnt clause. Clause erant ppter duo. Tũ q̃ iã erat hora tarda. Tũ quia timebant iudeos ne aptis foribus eos capent. ℣ Hystice p discipulos stantes in domo clausa designant̃ deuoti hoies in secreto cubili orõi vacãtes. ℞ Bat. vj. Tu autem cum oraueris intra cubiculũ tuũ. & clauso hostio ora patrẽ tuum in abscondito. Ubi erant discipuli cõgregati. Congregati erant in monte syon. i. cenaculo vbi christ⁹ añ passiõez cenã fecerat cum discipulis suis Tres aũt sunt cause quare ꝓgregabant̃ Una q̃ ppter memoriã christi adhuc conueniebant ad locum vbi cũ ipso i vltima cena mãducauerũt Alia q̃ discipuli viuẽte christo sp fuerãt sil̃ conuersati. Vñ amore societatis antiq̃ adhuc congregabant̃ in vnũ locũ. Tertia q̃ metuebãt iudeos. & iõ ppt̃ securitatẽ ꝓueniebãt in vnũ. ℣ Pro uerb. xviij. Frat̃ q̃ adiuuat̃ a fratre q̃i ciuitas firma. Propter metũ iudeoz. Duo sũt ppt̃ que timebãt iudeos. Tũ q̃ fuerũt discipuli eius quẽ psequebant̃ Johis. xv. Si cẽ psecuti sũt me & vos psequent̃. Tũ q̃ imponebatur eis q̃ eẽnt furati corpus iesu de sepulcro. Venit iesus. Et cum erãt fores clause. vt oñdat ſm Theophi. q̃ eodẽ mõ resurrexit a dia cẽte lapide sup monumẽtuz Et attẽde vt dicit lucas q̃ tũc christus venit ad discipulos. q̃n illi duo discipuli q̃b⁹ christ⁹ apparuit eũtib⁹ in emaus regressi sũt in hierusalez. et renũciabãt apl̃is ꝓgregatis quoniã viderãt christũ dñm & eũ cognouerũt in fractiõe panis. q̃a vo ex alĩa pte alij dixerũt q̃ resurrexit dñs vere & appuit symoni. vt vex oñderet vtrũq3 dictũ. venit ies⁹ & stetit in medio discipuloz suoz. ¶ B ¶ In medio q̃dẽ stetit. q̃ ipe ẽ mediũ in q̃ diuina & hũana nãa vnita sũt. Duo videlicet extrema maxime vnita sũt. ℣ Propt̃ q̃ ipe mediator ẽ dei & hoim̃ hõ christ⁹ ies⁹. ¶ Et nota q̃ dicit salutis⁹ q̃ medi⁹ loc⁹ est dignitatis. & debeĩ honorabiliorib⁹. ppt̃ q̃ christ⁹ stetit in medio discipulorũ. sicut sol inter sydera. vt eos illuminaret. sic flos inter lilia. vt eos decoraret. sicut ṗceps inter milites. vt eos roboraret. Sicut magister inter discipulos. vt eos informaret. sicut pater inter filios. vt eos concordaret. sicut cor inter mẽbra vt eos viuificaret. & sicut cõmunis amicus. vt omnibus se cõmunicaret. Vñ q̃n sum⁹ plures aliquẽ diligentes. si supuenit. eũ statuimus in medio vt singuli possimus ei⁹ frui pñtia. Item nota q̃ dñs semp dilexit mediuz. In medio trinitatis eternaliter gignit̃. Vñ Daniel. xiij. dicit̃. Sede in medio nostr̃. dicit pater & spũsscũs. In medio tẽpoz cõcipit̃ Gal̃. iiij. Ut vbi venit plenitudo tpis. id est. mediũ. si sit vas dicere. sicut luna est media q̃n plena est. In medio noctis nascit̃. Sap̃. xviij. Dum mediũ silentiũ teneret omia & nox in suo cursu mediũ iter pageret ꝛc. In medio duũ animalium reclinat̃ Abbac. iij. In medio duum aĩaliuz innotescetis Esa. j. Cognouit bos possessorem suũ et asinus ꝓsepe dñi sui. In medio discipulorum eius ministrando sollicitatur Lu. xxij. Ego aũt in medio vestrum sum tanq̃z qui ministrat. In medio doctorum disputãs repit̃ Lu. ij. Inuenerunt eum post triduum in medio doctorum. In medio latronum crucifigitur Joh. xix. ¶ Mediũ aũt iesum. In medio discipulorum post resurrectionem manifestat̃ vt hic. Et Luc̃. xxiiij. Stetit ies⁹ in medio eorum. In medio candelabrorum aureoz post ascensionem adorat̃ Apoc̃. j. ¶ E Querit hic Gre. quo post resurrectionem corpus dñicum si verum corpus fuit ianuis clausis ad discipulos introiuit. Si verum corpus erat duriciam et corpulentiam habet. omne autem tale corpus aliud non pertranſit nisi illud diuidendo. Quare videtur q̃ corpus christi non erat verum corp⁹ Si erat. ianuis clausis ingredi non poterat. Ite paliam rationem hoc idem probat. Nihil enim palpatur nisi palpanti resistat. et quia aer non resistit nobis ideo impalpabilis est. Quando vero inter duo est resistentia vnum non intrat alterum nisi diuisione illius. Cum igitur corpus christi eẽt palpabile videtur q̃ ianuis clausis ingredi non potuerit. Et dicendum q̃ propter primum argumentum aliqui heretici dixerunt. q̃ post christi resurrectionẽ corpus eius verũ nõ fuit. sed fantasticũ. Unde ad discipulos ianuis clausis ingredi potuit. Sed contra hoc

Notandũ autẽ q; regnũ dei triplex est Primũ regnũ dei dicit ecclesia militãs. Be q̃ regno Matth.xiij. Mittet filius hominis angelos suos 7 colliget de regno eius oia scandala. Cuy quo verbo Greg9. Regnũ celoz pñtis tpis ecclesia dicit. Et Aug9.j.de trinitate.cap̃.x.dicit. Fideles christi quos redemit sanguine suo dicti sunt regnũ.qõ regnũ christus tũc tradet patri qñ perducet credentes ad cõtemplatiõz dei vbi est finis 7 requies sempiterna Secundũ regnũ dei est in aia.qõ est regnũ gratie. De quo Luc̃.xvij. Regnum dei intra vos est. Et hoc est quãdo omẽs vires 7 mot9 in homĩe diuine gubernatiõi obediunt. Nec9 quãdo ibi est rebellio Tertiũ regnum dei est in vita eterna. qõ est regnũ glorie. De quo Matth̃.xxv Venite bñdicti patris mei possidete patũ vobis regnũ. Huic autez triplici regno dei opponit triplex regnũ diaboli. Primũ est regnũ sinagoge sathane. Nõ opponit regno ecclie. De hoc regno dicit Apoc.ij. de quibus dã q̃ sunt sinagoga sathane. Sic enim ecclesia est congregatio christifideliũ in bono Sic sinagoga sathane est congregatio diaboli 7 suorũ malorz Secundũ est regnũ peccati. De quo Roma.vj. Nõ regnet peccatũ in vestro mortali corpore. Et illud opponit regno gratie. Nã sic deus regnat in aia p gratiã sic diabol9 ꝑ peccatum Añ Ro.v.dicit apls. Sicut regnauit peccatus in mortẽ ita 7 gratia regnat p iusticiã in vitam eternã. Tertiũ regnũ diaboli est regnũ miserie 7 dãnatiõis eterne. Nõ opponit regno glorie De hoc regno dz Apoc.xvj. Quint9 angel9 effudit fialã suã sup sedẽ bestie 7 factũ est regnũ eius tenebrosum. Iste angel9 est filius dei q̃ est magni cõsilij angel9. Bestia est diabol9. Cui9 sedes est infern9. Fiala sup sedẽ bestie effusa est sinia diuine iusticie puta dãnatiõis extreme. Fiala enĩ dz orificiũ artũ 7 longũ.sz ventrẽ largũ.ꝓpter quod ẽ

magne capacitatis ſz tarde effuſionis. Sic deꝰ diu tolerat ⁊ expectat in effundẽdo irã ſuã ⁊ ſententiã extremã. ſz finaliter eã plene effundit. De qua effuſione ps. Effunde dñe irã tuã in gentes que te nõ nouerũt. Vñ deus habet ſe ad inſtar molẽdinarij q̃ diu aquas congregat. ⁊ demũ cum impetu dimittit Cum ergo dicim⁹. adueniat regnum tuũ. petim⁹ vt adueniat triplex regnũ di. ac poſpoſitũ ꝺſtruat triplex regnũ diaboli. De ꝑmis duob⁹ dicit Hiero. Generaliter ꝑ totius mũdi petim⁹ regno. vt diabol⁹ in mũdo regẽre deſiſtat q̃ntũ ad ꝑmuz. Vel vt in vnoquoq; homine regnet deꝰ p grãm. ⁊ nõ regnet peccatũ in mortali homis corpe. q̃ntũ ad ſecundũ. De tertio dicit Cyprianꝰ in libro de oratõne dñica. Regnum noſtrũ petim⁹ aduenire a deo nob⁹ repromiſſum ⁊ chriſti ſanguine acquiſitũ. vt quoniaz in ſeculo añ ſeruiuim⁹ chriſto dominante regnemus Dicam⁹ ergo. adueniat regnũ tuuz. ecclie gratie ⁊ glie. vt deſtruat regnuz ſinagoge ſatbane. peccati ⁊ malicie. tenebraz ⁊ miſerie Et ſciendum q̃ in hac vltima cõbinatiõe nõ petim⁹ ita deſtrui regnũ tenebraz ne diabol⁹ ibi ſit. ſed ne ipſe habeat ibi regnare ſup noſ. i. ne nos illuc veniamus in regnũ ſuũ. Ipſe eĩ regnat ſup omẽs dãnatos. Juxta illud Job. xli. Ipſe eſt rex ſuper omẽs filios ſuꝑbie. ¶ B Per hãc petitionẽ excludit auaricia Auari enĩ nõ regnũ celi ſed regnum querũt terre. Contrariat aũt auaricia triplici regno dei ⁊ cõformat triplici regno diaboli. Q; aũt cõtrarietur ꝓmo regno dei ⁊ conformetur ꝓmo regno diaboli plane dicit apls ad Ephe. v. vbi dicit. Q; auaricia eſt idolozz ſeruitus Sed ꝓſtat q̃ idoloz ſeruꝰ repugnat fidei in q̃ conſiſtit regnũ ecclie. igit ꝛc. Q; etiã ꝓtrarietur ſecundo patet Ecci. x. Auaro nibil eſt ſceleſti⁹. ſcelus autẽ ⁊ peccatũ repugnant gratie. igit ꝛc. Q; vo cõtrarietur tertio regno dei ⁊ cõformetur tertio regno diaboli manifeſtũ eſt. ij. Pet. ij. vbi loq̃ns de q̃buſdã habẽtibus cor excecatũ auaricia dic̃ q̃ ſint maledictiõis filij ¶ Petẽdo ergo regnũ dei excludit auaricia. q; p aduentũ vni⁹ ꝓtrioruz excludit reliquũ. ¶ Nec aliquis moueat q̃ nõ ſolũ auaricia ſed ⁊ q̃libet peccatũ mortale cõtrariatur regno dei. ⁊ ſibi ſanctificationi nõis dei ac etiam volũtati dei. Licet enĩ p quãlibet iſtaz petitionũ oĩa peccata excludant. vnũ tamẽ vicium magis directe oꝓponit alicui petitiõi q̃z aliud. Et ſimiliter eſt de introductiõe vtutũ donoz ⁊ aliozz

¶ E Introducat aũt p hãc petitionẽ de vtutibus ſpes p quã regnũ expectam⁹ Deſcribit enĩ ſpes a magiſtro in ſentẽtijs li. iij. diſ. xxvj. Spes eſt certa expectatio future beatitudinis veniens ex dei gratia ⁊ ex meritis pcedẽtibus In qua deſcriptione ponunt tria coꝛreſpondentia triplici regno dei ꝓdicto. Nã q̃ dicit certa expectatio reſpicit regnũ ecclie. qđ in fidei firmitate conſiſtit. Vñ certitudo ſpei certitudini fidei innitit. Spes enĩ que videt nõ eſt ſpes. Ro. viij. Q; aũt dic̃ futurę beatitudinis reſpicit regnũ glorie. Q; vero addit ex grã dei reſpicit regnũ gratie. ⁊ patz. Ut igit expectatio ſit certa indigem⁹ regno eccleſie. Ut aũt talis expectatio ex gratia dei ⁊ noſtris meritis pueniat. opus eſt regno gratie Ut vo futuram beatitudinẽ pñtialiter habeam⁹ requirit regnum glorie. Sic ergo p hoc q̃ petimus regnũ dei introducit ſpes. ¶ F Introducit etiã donũ intellectus. Vñ glo. ſup Matth. Cũ dicitur. adueniat regnũ tuũ. ſpũs intelligẽtie petit. quo mundi cor vt deꝰ videat. Hoc enĩ donũ tria facit in nobis ꝓmouẽtia nos ad triplex regnũ dei Inſtruit ad recte credendũ. Illuſtrat ad ſane intelligẽdũ Purgat ad pure ꝛẽdẽdũ Recte credẽdo adueniat regnũ tuũ eccleſie. Sane intelligẽdo adueniat regnũ tuũ gratie Sed pure intendendo adueniat regnũ tuũ glie. ¶ De ꝓmo ps. Intellectũ tibi dabo ⁊ inſtruã te in via hac qua gradieris. Regnũ enĩ ecclie mutãtis nõ eſt niſi quedã via qua ad regnum ſcz glorie gradimur Et q; ambulam⁹ p fidẽ vt ait ap̃lus. ideo indigemus dono intellect⁹ vt inſtruat nos in credẽdis Et hoc donũ deꝰ cuilibet iuſto ꝓmittit p ꝓpꝫaz cũ dic̃ Intellectũ tibi dabo ⁊ inſtruã te ꝛc ¶ De ſecũdo Matth. xv. chriſt⁹ increpans ſuos diſcipulos dixit. Adhuc vos ſine ĩtellectu eſtis ¶ G Circa q̃d ſciendũ q̃ donũ intellectus eſt grã intelligendi ſalubres ſignificatões. Dñs ergo cuz dicebat. Nõ q̃d intrat in os coinq̃nat hominẽ. ſed q̃d ꝓcedit de ore. diſcipulis petẽtibus vt ediſceret eis illã pabolã dixit Adhuc vos ſine intellectu eſtis Credebãt enĩ myſticũ q̃d erat ꝛẽdendũ ad lrãm dictũ Ex hoc patet q; ipi adhuc nõ erant illuſtrati dono intellectus. Vicioſus enĩ eſt auditor vt dicit Hiero. q̃ aut obſcura manifeſte aut manifeſte dicta obſcure velit ĩtelligere. Hoc dono ꝓpheta petijt illuſtrari dicẽs in ps. Illuſtra faciẽ tuã ſup ſeruũ tuũ ⁊ doce me iuſtificatiões tuas. ¶ De tertio in ps. Intellectib⁹ manuũ ſuarum deduxit eos Donũ ſiquidẽ intellect⁹ non ſolũ illuſtrat intellectũ. ſed etiã depurat affectuz vt dicit Aug⁹. in quodã ſermone de timore dei. Tertius inq̃t gradus eſt intellect⁹ vbi ab oĩ falſitate carnalis vanitatis corda mũdant vt pura intẽtio dirigat in deũ. Et differt illud donum a dono ſapiẽtie. quia ſapiẽtia eſt circa res diuinas Intellectus vero circa res creatas. put per eas

mouet in deu. Et quia he multe sunt ⁊ diuerse. ideo dicit pluraliter intellectib⁹. qō de sapia nusq̄ inuenit in sacra scriptura. Quia etiā donum intellectus est qōdā iuuamentū ꝓmouēs et dirigens opa nostra in finē cognitū ⁊ intentū. ideo nō solū intellectus assil'atur oculo sed etiaz manui ppter qōd dr Intellectib⁹ manuū sua⁹ deduxit eos ¶ Be beatitudinib⁹ aūt introducitur pistā petitionē mūdicia cordis. q̄ ꝓsequit donū intellect⁹ ꝑm beatū Aug̃. ⁊ glo. vt patet ex dictis. Facit enī mūdicia cordis ad intelligentiam sicut puritas ⁊ claritas pupille ad visionez oculi. vt dicit glosa Matth̄. v. Est aūt mūdicia cordis duplex. Una est depuratio mētis ab erroribus vt ea q̄ de deo ꝓponunt sane ⁊ pure capiant. qō ptinet ad donū intellect⁹. vt dictuz est Et in hac mūdicia cōsistit regnū ecclesie. Alia ē depuratio affect⁹ ab inordinatis affectōib⁹. qō etiā ptinet ad donū intellect⁹. Et in hac mundicia cōsistit regnuz gratie. Et quoniā hec duplex mūdicia hic habet impfecte. pficiet aūt ī patria. hinc est q̄ in tali pfectione ⁊ cōsūmatiōe cōsistit regnū glorie. Ex q̄bus etiā patet q̄ ꝓuenient huic beatitudini rñdet p̄ p̄mio visio dei. que si pfecta sit ꝑm q̄ videt deus ꝑ essentiā ptinet ad donū intellectus ⁊ mundiciā cordis cōsūmatā. Si vero sit impfecta ptinet ad ea put habent in via. et sic semp visio mundiciam coexigit. ¶ Be fructibus etiā introducunt hic duo scz gaudiuz ⁊ longanimitas. Gaudiū quidē. quia petendo regnū ex magnitudine desiderij mēs dilatatur. ⁊ sic gaudiū generat. Longanimitas etiā q̄ nō statim cū postulat regnuz possidetur. sz plerūq̄z differt maxime regnū glorie. ⁊ ideo opus est longanimitate qua mēs interim delectata expectet Est enī longanimitas diuturna expectatio boni desiderati cum delectatiōe spei certitudinem cōsequente

¶ Tertia ꝓpetitio CCXCIII. Fiat uolūtas tua sicut in celo ⁊ in terra. Hec tertia petitio rōnabiliter sequit secundaz. Quia ꝑm Chryso. in omel'. ꝓpositq̄z dñs docuit cōcupiscere celestia dicēdo. Adueniat regnum tuū. añq̄z ad celos pueniat in ipsa terra docet fieri celuz p hoc q̄ dicit. Fiat volūtas tua. Est etiā cōgruū vt a quo regnū postulam⁹ ei⁹ volūtati totaliter nos cōformemus. ideo rōnabiliter hec petitio sequitur p̄missam Et q⁹ voluntatē dei nostris viribꝰ pficere nō valem⁹. dicēte ap'lo. Ro. vij. Velle q̄dem adiacet mihi pficere aūt bonū non inuenio. Ideo hic petim⁹ a deo quatenꝰ ipse det nob gti am vt sicut volūtas sua pfecte fit ab angelis ⁊ sanctis in celo. sic fiat a nob q̄ sumus in terra. Nec putet aliq⁹ nos hic petere vt de⁹ faciat voluntatem suā. quia hoc potest ⁊ facit absq̄z nostra petitione. sed petimus vt sua volūtas a nobis fiat ⁊ impleat. Vñ dicit Cypianus. Nō petimus vt deus faciat qō vult. sed vt nos possimus facere qō deus vult. qō vt fiat in nob opus est dei volūtate. i. opa ei⁹ ⁊ ptectiōe. quia nemo suis viribꝰ fortis est. sz dei misericordia tutus ¶ Nota ꝫ dum aūt ē q̄ volūtas dei fit a nobis generaliter in mādator⁹ suor⁹ obseruatiōe. Vñ dr Micheee vj. Indicabo tibi o hō q̄d sit bonū ⁊ q̄d dñs req̄rat a te. vtiq̄z facere iudiciuz ⁊ diligere misericordiam. ⁊ sollicitū ambulare coram deo tuo. Ubi tria dicit ad que oīa mandata diuina reducunt si bene ꝓsiderent. Spēaliter tamē voluntas dei circa nos est triplex. ꝑm q̄ ipse spēaliter a nobis vult tria. Vult enī deus peccator⁹ cōuersiones. cōuersor⁹ sanctificationē. sanctificator⁹ glorificationē. De ꝑmo Ezech̄. xvj. Nolo mortē peccatoris sed magis vt ꝓuertat⁹ ⁊ viuat. De secundo. j. Thess̄. iiij. Hec est volūtas dei sanctificatio vra. De tertio Joh̄. vj. Hec est volūtas patris mei q̄ misit me vt omis qui videt filiū ⁊ credit in eū habeat vitā eternā. Hanc ergo triplicē voluntatez in nobis fieri petimus cū dicim⁹. Fiat volūtas tua. Illud vo q̄ addit. sicut in celo ⁊ in terra. pōt tripliciter exponi vt rñdeat isti triplici volūtati dei ¶ Uno mō vt p celū intelligant iusti. et p terrā peccatores. Et hoc rñdet ꝑme voluntati dei. vt sit sensus. Sicut volūtas tua fit in iustis. ita in peccatoribꝰ vt ad te ꝓuertant ¶ Secūdo modo vt p celū intelligat spūs. p terraz caro. Et sic rñdet secū de volūtati dei. vt sit sensus. Sicut volūtas tua fit in spū q̄ non resistit tibi. Ita ⁊ in corpe vt nō resistat spiritui. et p ꝓsequēs nec tibi Spūs nāq̄z iusto⁹ deo nō resistit sed caro. Q̄ dicit ap'lus Ro. vij. Mente inquit ꝑuo legi dei carne aūt legi peccati Et iterꝝ Cōdelector legi dei ꝑm interiorē hoiem. video aūt aliā legē ī mēbris meis repugnantē legi mētis mee ⁊c. Et ꝑm ℟ hic petimus vt caro nō resistat spūi. vel si resistat et rebellet q̄ tū nō ꝓualeat. qō ptinet ad sanctificationē hois cōuersi. ¶ Tertio mō pōt exponi vt p celū intelligant angeli ⁊ sancti in celo. p terraz vero homies degētes in terra Et hec expositiō respondet tertie volūtati dei. Et vt sic est sens⁹. Sicut volūtas tua fit in angelis ⁊ sanctis in celo q̄ pfecte sunt volūtati tue ꝓformati. Ita etiam fiat voluntas tua in nobis hominibus in tra vt scz ita voluntatē tuā hic faciamus q̄ ⁊ nos ī gloria tue voluntati pfecte conformemur. Et ℔ triplex

expositio tangit ab Aug. in libro de ꝑmone dñi in mõte sup hoc loco. Dicam⁹ ergo. Fiat voluntas tua. In peccatoꝝ cõuersione. In cõuersoꝝ sanctificatiõe. In sanctificatoꝝ glorificatiõe Sicut in celo ⁊ in terra .i. Sicut in iustis. ita et in peccatorib⁹. Sicut in spũ ita ⁊ in carne. Sicut in angelis .ita ⁊ in hominib⁹ ¶ B Notãdũ autem ꝑm Chryso. q̃hec clausula. Sicut in celo ⁊ in terra. referri debet sup oẽs tres petitiões premissas. Verbi grã. Sanctificet nomẽ tuũ sicut in celo ⁊ in terra. Adueniat regnũ tuũ sicut in celo ⁊ in terra. Fiat volũtas tua sicut in celo ⁊ in terra. Ad designandũ q̃ hec tres petitiões pfecte complebunt in vita futura. sed in hac vita cõplent imꝑfecte ꝑm modũ nobis possibilẽ. Petim⁹ ergo in ipsis trib⁹ petitionibus vt illa que in eis petimus ⁊ hic ꝑm modũ possibilẽ nobis donent. ⁊ illic q̃ueniam⁹ vbi pfecte cõpleant Vñ ꝑm Aug. hec tres petitiones in vita futura cõplent. q̃ttuor vero sequẽtes petitiões ptinẽt ad necessitatez vite pñtis. ¶ E Dubitaret aũt aliq̃s circa tres p̃dictas petitiones. cũ in qualibet earꝝ subaudiat. nob. vt sanctificet nomẽ tuũ in nob. Adueniat regnũ tuũ nobis. Similiter fiat volũtas tua in nobis ⁊ a nobis. Quare saluator hoc nõ expressit. sz sic impsonaliter est locutus. Ad hanc dubitationẽ rñdens Chryso. dicit. Aide inq̃t q̃z caute locut⁹ ẽ. nõ dixit pater sãctifica nomẽ tuũ in nobis. adduc regnũ tuũ sup nos. fac volũtatem tuã in nobis. Nec iterꝝ dixit. Sanctificem⁹ nomẽ tuũ. suscipiam⁹ regnũ tuũ. faciam⁹ volũtatẽ tuã Ne hoc aut dei tantũ aut hoĩs tantũ ee videat. Vz medie dixit ⁊ impsonaliter. Nã sic homo nõ potest facere bonũ nisi habeat adiutoriũ dei. Sic nec de⁹ opat bonũ in homĩe nisi bõ voluerit. Hec Chrysostom⁹. ¶ F Per hãc petitionẽ excludit inuidia que inter cetera vicia magis cõtrariat volũtati diuine. Nã dei voluntati placet bonũ boĩs ⁊ malũ displicet. Inuido aut ecõuerso placet malũ alteri⁹ ⁊ displicet bonũ Dei aũt bonitas tãta est q̃ etiã de malo scit bonũ elicere ꝑm Aug. Inuidi aũt malicia tanta est q̃ de bono malũ elicit. Est aũt inuidia ꝑm Aug. odium alicne felicitatis. Et licet hoc noĩe felicitatis intelligat psperitatis successus in bono siue tpali siue spũali. pcipue tamen felicitas attenditꝝ penes bonũ spũale. Bonũ aut nostrũ spirituale triplex est ꝑm triplicẽ voluntatẽ dei qua ipse bonum nostrũ vult. s. bonũ cõuersionis. sanctificationis ⁊ glorificatiõis. Hoc triplex bonũ inuid⁹ vellet auferre primo si posset. imo ⁊ venã totu⁹ boni vellet aliis obstruere. Qđ figuratũ est Gene. xxvj. vbi legit. Q, inuidẽtes palestini omẽs puteos Isaac obstruxerũt. Sic inuidi qui per palestinos intelligũt vellẽt omnes obstruere puteos de q̃bus primi bonũ haurire possent vt ipsi soli felices existerẽt ¶ G Introducit aut ꝑ hanc petitionẽ de virtutibus charitas cui⁹ est diuine voluntati hominẽ cõformare. Juxta illud Job. xj. Si quis diligit me sermonẽ meũ ꝓuabit Nec mirũ. Si enĩ amicicia naturalis facit aios amicoꝝ idẽ velle ꝑm ꝓm. viij. ethicoꝝ. quanto magis charitas que est virtus diuina habz volũtatem hoĩs voluntati dei cõformare. Unde ipsa ꝑm dionysiũ transformat amantẽ in amatuz qđ intelligendũ est ꝑm cõformitatẽ affectuuz et voluntatũ. Impleť autẽ voluntas dei in nobis ꝑ charitatẽ spẽaliter quantũ ad triplicẽ dei volũtatem p̃dictã. Per charitatẽ nãqz ad deũ trahimur in cõuersione. deo vnimur in sanctificatiõe ⁊ a deo coronamur in glorificatiõe. Prumũ patet Osee. xj. Trahã eos in vinculo charitatis Secundum patet Job. xiij. Si quis diligit me ꝛc. ⁊ ad eũ veniemus ⁊ mãsionẽ apud eũ faciemus. Ubi Aug⁹. Charitas nos sepat a mũdo et ipsa nos vnit deo. Tertiũ patet Jac. j. Beatus vir ꝛc Et sequit. Accipiet coronã vite quã repromisit deus diligentib⁹ se. ¶ H Be donis introducitur donũ cõsilij. Unde glosa. Hic spiritus cõsilij postulat quo ipsa dei voluntas inquiritur. vt a nobis impleat. Per donũ enĩ cõsilij homo dirigit quasi consilio a deo accepto in his ad q̃ humana ratio nõ sufficit. Cum ergo dicimus. fiat voluntas tua. petimus a deo cõsilium vt ipse suam voluntatẽ nobis insinuet ⁊ ꝑm eam nobis viuere donet. Itaqz donũ consilij facit nos ipplere triplicẽ voluntatẽ dei predictã. Nam ꝑ donũ consilij pctũz remittit. gratia infundit. gloria acquiritur Primũ patet Miere. l. Audite cõsiliuz dei. Et sequit. Hec dicit dom⁹. Ecce ego suscitabo sup babilonẽ ⁊ habitatores eius qui coꝛsurrexerunt contra me quasi ventũ pestilentem. ⁊ mittã in babilonẽ ventilatores ⁊ ventilabunt eam Babilon interpretat cõfusio. ⁊ signat animã peccantẽ. cui⁹ habitatores sunt vicia. vẽtus pestilens est spũs sanctus peccata remouẽs ⁊ consumens. ventilatores sunt diuine correptiones infirmitatũ tribulationũ ⁊ penalitatũ. quibus deus peccatores ventilat vt peccatoꝝ paleas excuciat De secũdo ⁊ tertio simul potest sumi qđ scribitur Eccli. xxj. Consiliũ eius sz sapiẽtie increate sicut fons vite ꝑmanet. Bonũ siquidem cõsilij est sicut fons vite. de quo haurit gratia in presenti ⁊ gloria in futuro. De quo fonte dicit ꝓpheta. Quia apud te est fons vite. ¶ I ¶ Introducit autẽ ꝑ hanc petitionẽ beatitudo

misericordie que ꝑm Aug. sequit donū consilij Dicit enī in libro de ꝑmone dñi in monte Consilium cōuenit misericordib⁹. q⁹ vnicū remediuz est de tātis malis erui dimittere z dare. Implet aūt in misericordib⁹ triplex volūtas dei ꝓdicta. Nā misericordib⁹ peccatuz dimittit. Gratia infundit. Beatitudo pmittit. Primū patet. q⁹ sic aqua extinguit ignē. ita elemosyna extīguit peccatum. Be secūdo ps. Jocūdus bō qui miseret z cōmodat. Spūalis aūt iocūditas nō est sine gratia. Be tertio Prouerb. iij. Qui miseretur pauperi beatus erit. Et Matth. v. Beati misericordes q̄bus p̄mio pmittit misericordia. Añ dr. quoniā ipsi misericordiā ꝓsequent. Dignuz est enī vt q̄ aliis ꝓpter deū impendūt hoc ipsi a deo recipiant. ¶ R Be fructib⁹ etiā introducūt hic tres. s. charitas. benignitas. z bonitas. Charitas quidē ꝑm eandē cōrespōdentiā z adaptiōz que dicta est de vtute charitatis. Bonitas autē importat bonā voluntatē bene faciēdi ꝑm ꝓformitatē volūtatis diuine. Benignitas etiaz quaquis voluntatē dei feruēti desiderio implere satagit. Unde hec duo differūt. q⁹ bonitas magis importat ꝓpositū volūtatis. benignitas vo magis executionē opis. Dicit enī benignus quem bon⁹ ignis amoris feruere facit ad bñ faciēdū

¶ Quarta Petitio.

CCXCIIII

Panem nostrū super substantialē da nob hodie Postq̄z petiuim⁹ illa que respiciūt vitā futuram Hūc descēdamus ad ea que respiciūt vitā ꝓsentem seu necessitatē vite pñtis. Quoz ꝓmū est sustentatio nature quā hic nomīe panis petimus Unde dicit Aug⁹. in ench. Tria inq̄t que in primis trib⁹ petitionib⁹ petunt hic inchoant. z q̄ntumcūq̄z ꝓficimus augent in nob. ꝓfecte vero i alia vita possident. Reliqs vo quattuor que sequunt. petūt tpalia que ꝓpter eterna ꝓsequēda sunt necessaria. Panis enī qui ꝓsequēter petit. hic est necessari⁹. z ita de alijs. Exponit autē hec ptcula dupliciter. Primo de pane materiali. Secundo de pane mystico z spūali. Exponēdo de pane materiali sciendū q⁹ hic in sex dictiōib⁹ sex includunt circūstantie circa sumptionē cibi corporalis attendēde. ¶ Primo nāq̄z resecat superfluitas p hoc q⁹ dicit. panē. nō dicit carnes vel pisces vl aliq̄d supfluū sz solū q̄ necessariū est nature. q⁹ signat ꝑ panē. Ecc. xxix. Initiū vite hois aqua z panis. ¶ B Secūdo resecatur rapacitas vt hō nō rapiat nec alias cibuz illicitū sibi vsurpet vel illicite acq̄rat. p hoc q⁹ dicit. nostruz. nō alienū. Unde Chrysostom⁹ Qui de iusticia panē acquisitū manducat suū panē manducat qui aut̄ cū peccato alienū ¶ Tertio resecat̄ gulositas vel voracitas seu leccacitas. vt sc̄z i sumēdo homo nō querat leccacitatē z delectationē. sz nature sustentationē. p hoc q⁹ dr. supsubstantialem. id est. supadditū substātie. Cibus enī cuz in carnē cōuertit̄. quasi substātie nostre supaddit̄. z sic p restauratiōnē deperditi corpus sustentatur. Ad istū ergo finē cib⁹ debet sumi vt suba nature nostre supleneat̄ z sustentet̄. Añ dicit Aug⁹. x. cōfess. Hoc me docuisti dñe vt quēadmodum medicamēta sic alimēta sumptur⁹ accedā. Ubi aūt Matthe⁹ dicit supsubstātiale. Lucas dicit quotidianū. z refert ad idē. q⁹ enī quotidie in nobis fit deperditio nature necesse est vt quotidie in nobis fiat restauratio Añ oportet q⁹ panis restauratiuus z substātiu⁹ sit quotidian⁹. vt sit sensus Panē nostrū quotidianū. i. quo q̄tidie indigemus z sine quo in vita ista subsistere non valemus. Uel etiā quotidianū potest referri ad idē cū eo q⁹ subdit. hodie. vt patebit. ¶ C Quarto resecat ingratitudo. ne sc̄z homo ꝓsumat⁹ se posse habere sustentationē. p hoc q⁹ dr. da. quasi dicat. q⁹ nec minimū granuz ex nob habere possumus nisi tu des. Psal. Qui dat escaz oi carni.

¶ Sed diceres. si panis noster est. quō petim⁹ eum nob dari. q⁹ enī nostrū est iā habem⁹. Ite z videt̄ q⁹ diues nō habeat dicere hāc petitionē. cui iam habeat panē sufficientē. Dicendū q⁹ Greg. in moral. dicit. panis quē habem⁹ dei est ex munere nostro p vsū z acceptionē. Uel ꝑm Chrysostomum panē nostrū quē iā habem⁹ a deo nobis dari petimus. vt dū ab eo dat̄ sanctificat⁹ accipiatur panē ergo nostrū. i. quē nos iā habem⁹ paratū de tuo munere. da nobis vt a te sanctificet̄. Hic sacerdos accipiēs panē a laico sanctificat z porrigit ei. Panis ei offerētis est. sz q⁹ sanctificatū est beneficiū est sacerdotis. Et ꝑm hoc est sensus Panē nostrū quotidianū da. i. bñdic z sanctifica. In quo docemur q⁹ cibus absq̄z bñdictione nō est sumēdus. Et ꝑm hūc modū exponēdi cuz dicimus. panē nostrū q̄tidianū da. Idē sensus ē cum dicim⁹ in bñdictiōe mense. Bñdic dñe hec dona tua que de tua largitate sumus sumpturi Añ homo deuot⁹ tali mēte debet sumere cibuz ac si sibi de manu dñi pñtialiter ministret̄ ¶ B Quinto resecat incōmūitas vt sc̄z hō ita sibi cibū nō appropet q̄n etiā alijs indigētibus ꝓmunicet. p hoc q⁹ dr. nobis. nō mihi soli. Añ Chrysostomus. Omia que nobis deus dat ꝓ nos alijs dat. vt de eo q⁹ accepim⁹ ꝓtem inde petētib⁹ faciam⁹ Juxta illō Mittite ꝓtes eis q̄ n ꝓpauerūt

sibi. Et ideo dicit Aug⁹. Inq̃t tibi christus. Da mihi ex eo q̃ dedi tibi. habuisti largitorem. habe debitorẽ. habe feneratorẽ. ¶ Certo resecatur nimia sollicitudo. ne scz hõ nimis sollicitet ĩ puidendo sibi in futurũ. p hoc q̃ dr. hodie. nõ p triginta vel quadraginta annos. imo nec p crastinum q̃ nescimus si in crastinũ pueniam⁹. Ex qua etiam rõne dicit dñs Matth. vj. Nolite solliciti eẽ in crastinũ. Crastin⁹ enĩ dies sollicitus erit sibi ipsi. sufficit enĩ diei malicia sua. ¶ Ad hoc etiaz potest referri q̃ Lucas dicit quotidianũ nõ annuũ vel decẽ annis puisum z in horreis reseruatum. Unde dicit Chrysostom⁹. Pro cibo quotidiano oramus vt nequaq̃z vlteriorus diei cura concurrat. Crastine enĩ diei spaciũ te visurũ esse nescis. quã ob causam illi⁹ sollicitudine torqueris. Et hoc est. ppter pfectorz. qui cupientes dissolui petunt regnũ dei vt de pñti vita non sollicitẽtur. Unde dicit Cyprian⁹. Burnũ cibũ discipulus christi debet petere. cõtrariũ enĩ esset z repugnãs si nos qui petim⁹ regnũ dei velociter aduenire quereremus in hoc seculo diu pmanere. Et notãdum q̃ nõ dicit cibus diurnus vel quotidian⁹. qui vna die potest cõsumi. sed qui sufficit ad sustentationẽ nature. p vna die pm moderamẽ rationis. Et hoc est q̃d dicit Cyprian⁹. Panem q̃tidianũ petere instruimur. vt tantũ q̃s manducet quantũ ratio naturalis exigit nõ quãtũ lascitua carnis impellit. Si enĩ in vno cõuiuio tãtũ expendas quantũ tibi sufficere potest centũ diebus. tã nõ quotidianũ cibũ manducas sed multorum dierũ. ¶ Secundo modo potest exponi hec clausula de pane mystico z spũali. Et sic exponẽdo possumus dicere q̃ est quadruplex panis. Panis doctrinalis. Panis luctualis. Panis sacramẽtalis. Et panis celestis. Vel sic. Panis intelligẽtie. Panis mestitie. Panis eucharistie. Et panis glorie. Panis⁹ panis repellit famẽ erroris. Secund⁹ est incitamentũ doloris. Tertius est nutrimentũ amoris. Quart⁹ prebet delectamentũ saporis. ¶ De pmo pane dicitur Eccĩ. xv. Cibauit illũ pane vite z intellect⁹. Et Matth. iij. Nõ in solo pane viuit homo ꝛc. Iste panis dicit supsubstãtialis. quia supaddit substãtie aĩe nostre informãs ipsam habitibus nobilib⁹ puta scientijs. virtutibus. z spũalib⁹ charismatibus. Unde dicit Aug⁹. in de verbis dñi Panis supsubstãtialis dicit eo q̃ aĩme nostre substãtiam fulcit. Dicit etiã quotidian⁹. quia quotidie necesse est vt nobis ab ore doctorũ admistretur. vt dicit Chrysostom⁹. Hunc panẽ petimus nobis dari hodie. id est. q̃diu sumus in hac vita. Tota enĩ pñs vita est quasi q̃dã hodie. di

cẽte apostolo ad Hebre. iij. Hortamini vosmet ipsos p singulos dies donec hodie cognominatur. In vita vero futura iste panis nõ erit necessarius. quia null⁹ ibi erit ignorãs. sed erunt omnes docibiles dei Joh. vj. ¶ De secundo pane scz luctus siue mestitie dicit̃ in ps. Cibabis nos pane lachrymarũ. Et alibi Surgite postq̃z sederitis qui mãducatis panẽ doloris. Iste panis dicit̃ supsubstãtialis. quia supaddit̃ vite presenti que tota misera est. Et ideo eã deflemus dicentes: Heu mihi quia incolat⁹ meus plongatus est. Dicit̃ etiaz quotidianus. quia quotidie lugere debem⁹ pre amore dei. z desiderio patrie dicente apl̃o Cupio dissolui z esse cũ christo. Unde ps. Fuerũt mihi lachryme mee panes die ac nocte. ¶ De tertio pane scz sacramẽtali siue eucharistie dicit̃ Joh. vj. Ego suz panis viu⁹ ꝛc. Unde Hiero. sup Matth. Cum petimus vt panẽ nobis tribuat. panem illũ petimus qui dicit in euangelio. Ego sum panis viuus. Iste panis dicit̃ supsubstãtialis. quia ꝑm Hieronymũ in greco epinsion dicit̃. q̃d quidez interpretatur egregiũ vl peculiare. Et reuera ille benedict⁹ panis est sume egregi⁹ z nobis maxime peculiaris. Nõ ei est tã grandis natio q̃ habeat deos appropinquantes sibi. sicut nobis deus noster. Ex eo scz quia manducam⁹ illũ sanctissimũ panẽ quo deo vnimur. ppt̃ q̃d dicit̃ eẽ sacramẽtũ vnitatis. Unde dicit̃ Joh. vj. Qui manducat carnẽ meã ꝛc. in me manet z ego in eo. Dicit̃ etiã panis iste quotidianus. quia quotidie. id est. omni die sumendus. Unde Augustin⁹ in de vbis dñi. Accipe quotidie q̃d tibi quotidie ꝓfit. sic viue vt q̃tidie merearis accipere. qui nõ meret̃ quotidie accipere nõ meret̃ post annũ accipere. Si ergo iste panis quotidianus est. cur post annũ istuz sumis. Et subdit Augustin⁹ ibidẽ. Si quotidie accipis quotidie est tibi hodie. christus enĩ quotidie resurgit. hodie ei ẽ q̃n christ⁹ resurgit. Hũc etiam panẽ petimus nobis dari hodie. id est. in vita pñti vt supra. quia in vita futura nõ accipiemus deũ sub sacramẽti accedentib⁹ velatuz sed ꝑm apostolorũ reuelata facie gloriã dñi speculantes in eandẽ imaginẽ trãsformabimur a claritate in claritatẽ tanq̃z a domini spiritu. ij. Cor iij. ¶ De quarto pane scz celesti siue glorie dicit̃ Luce. xiij. Beatus qui manducat panem in regno dei. Et bene illa beata fruitio dicit̃ panis. quia sicut panis corpalis satiat appetitũ edentis sic fruitio illa satiat desiderium cõtemplantis Ps. Sal. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Reficimur autẽ ibi non solũ visione diuinitatis sed etiã pascimur deliciosa contemplatione humanitatis

christi. ¶ L. Propter quod sciendū ſm Ber-
nardū. q̄ christus triplex dicit̄ panis. Ipse enim
est panis subcinerice⁹ in incarnatione. Reuer-
satus in resurrectiōe. Tritice⁹ in nude deitatis
ostēsione. Panis subcinerice⁹ est de⁹ et homo
Quid eī ait Bern̄. est deus nisi vita ⁊ panis. q̄d
est homo nisi puluis ⁊ cinis. ⁊ quid est in vna p̄-
sona de⁹ latens ⁊ hō patens nisi panis subcine
riceus. Panis ergo subcinerice⁹ est panis sub
cinere deus latens sub homine. Et hoc erat chri
stus ante resurrectionez. Panis reuersatus est
ecōuerso homo de⁹ scz post resurrectionē Pri⁹
enī quasi cinis panē occultauit Post vero qua
si panis cinerē celauit. Quādo enī christ⁹ habu
it corpus glorificatū tūc humanitas in eo qua-
si celata fuit. Unde añ passionē humanitas ma
nifestata fuit ⁊ diuinitas latebat. Et ideo tunc p̄
miracula ⁊ p̄dicationē deitatē p̄bare ⁊ mundo
ostēdere oportebat. Post resurrectionē v̄o ma-
gis p̄bationi humanitatis q̄z diuinitatis insiste-
bat. Unde tūc tactu esu ⁊ multis alijs argumē-
tis se verū hominē esse p̄babat. Panis triticeus
sine omni cinere est sine furfure sine enigmate.
sed de simila purissima. hec est nuda deitas. Hic
panis est deus Nā ſm Bern̄. Deuotioni non
sufficit semel dicere deus. vox enī deuota est de⁹
deus meus. Hoc faciat mihi deus ⁊ hoc addat
vt sit deus de⁹ me⁹. Quid enī mihi p̄derit deus
si nō sit deus meus. Christ⁹ ergo est panis bea-
torum subcinericeus inquātū reficit eos sue hu
manitatis passibilitate. que ibi apparet in cicatri
cum ostensione. Hec est enī vna causarū quare
domin⁹ noster cicatrices ī suo corpe reseruaue-
rit. vt videlicet beati habeāt gaudiū singulare d̄
eis. Est autē panis reuersatus inquantū reficit
eos eiusdē humanitatis glorificatōe ⁊ sublima
tione. Ex hoc nempe beati habēt gaudiū singu-
lare q̄ vident suā naturā tanta claritate dotataz
⁊ sublimatā ac idēptitate suppositi verbi quasi ī
sinu trinitatis collocatā. Unde Bernard⁹ sup̄
Cant̄. Plenū est suauitatis dulcedine videre ho
minem homīs conditorē. Est preterea panis tri
ticeus inquantuz reficit ipsos nude diuinitatis
ostensione. quā in ipso clare ⁊ nude feliciter con
templant̄. Et sic siue ingrediamur ad diuine cō-
templatiōis excellentiā. siue egrediamur p̄ hūa
nitatis intuitionē semp̄ pascua inueniem⁹ p̄ no
ue dulcedinis degustationē. De q̄bus pascuis
dicit Gregori⁹. Que sunt illa pascua nisi inter-
na semp̄ virentis paradisi gaudia. Pascua nā-
q̄z electoꝝ sunt p̄sens vultus dei. qui dū sine de-
fectu conspicit̄. sine fine mens cibo satiatur. Iste
ergo gloriosus cibus seu panis dicit̄ sup̄substā
tialis. quia sup̄ omnes substātias est. et omnes
superat creaturas. Dicit̄ etiā quotidian⁹. quia
quotidie. id est. eternaliter ipso reficiemur ⁊ nec
vno momēto sine ipso subsistere possum⁹ Hūc
panem petim⁹ nobis dari hodie duplicit̄ Uno
modo hodie. id est. in presenti vita per quandaz
pregustationē. Alio modo hodie. id est. in eter-
nitate per beatam fruitionem. Dicamus ergo.
Panez nostrū quotidianū materialem da no
bis hodie. id est. ista die. Panem nostrū quoti-
dianum doctrinalē da nobis hodie. id est in vi-
ta presenti. Panem nostrū quotidianū luctua-
lem da nobis hodie in vita presenti. Panez no-
strum sacramentalē da nobis hodie. id est. in vi
ta presenti Panem nostrū quotidianū celestez
da nobis hodie. id ē. in eternitate ¶ M. Per
hanc petitionē excluditur gula. quod planuz est
ex predictis si exponatur d̄ pane materiali. quia
omnes species gule per eā resecantur. vt visum
est. Exponēdo etiā de pane spirituali dicere pos-
sumus q̄ gula tria mala facit p̄ que impedit ho
minem a sumptione quadruplicis panis predi
cti. Nam gula intellectū obumbrat et ebetat. p̄-
sentis vite solatia procreat. diabolo hospicium
preparat. ad infernum hominē deducit. et deuo
rat. Propter primuz gula impedit verbi dei in-
tellectionē. Propter secundū impedit luctuz et
presentis vite miserie deplorationem. Propter
tertium impedit eucharistie sumptionē. Pro-
pter quartū impedit glorie fruitionē Primum
patet in psal. Turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebri
us et omnis sapiētia eoꝝ deuorata est Per ebri
etatem enī et crapulam intellectus hominis tur
batur ⁊ confundit̄ ⁊ extra naturalē prospicaciā
mouetur. ⁊ per cōsequens omīs sapientia et sci-
entia eius deuoratur. id est. deuorādo perditur
Per hoc autez gula impedit nos a sumptione
primi panis puta a verbi dei intellectione. imo
inducit eius obliuionē. Unde Osee. xiij. Satu-
rati sunt ⁊ leuauerunt cor suū et obliti sunt mei.
Secundū patet Exodi. iij. Et. j. Corinth̄. iiij. Se-
dit populus māducare et bibere. et surrexerunt
ludere. Et per hoc gula impedit luctuz. pro quā-
to in presenti homines gaudere facit. Uñ Gre-
gorius. j. moral̄. Pene semp̄ epulas cōcomitat̄
voluptas Nam cuz corpus in refectionis dele-
ctatione resoluitur. cor ad inane gaudiū relaxa-
tur. Tertium patet Matth̄. viij. vbi legio demo
num dicebat. Mitte nos in porcos. Ex quo da
tur intelligi q̄ diabolus libēter habitat in gulo-
sis qui per porcos intelligūtur. Propter quod
gula impedit eucharistie sumptionē. christ⁹ enī
cum diabolo ī eodē hospicio habitare dedigna

tur. Que enim cōuentio christi ad belial. ij. Corinth. vj. Quartum patet Luce. xvj. de diuite splendide epulante qui sepultus est in inferno. Et per hoc gula impedit nos a perceptōe quarti panis scilicet glorie celestis. Quod patet. cuz sint mansiones oppposite celum ⁊ infernū. Unde etiam propter gulā homo ō paradiso est electꝰ

¶ Introducit autē per hanc petitionē de virtutibus fortitudo cuius est in aduersis confortare. Unde bene per panē signatur. quia panis cor hominis cōfirmat. vt dicturi in psal. Hāc fortitudinem introducit quadruplex panis spiritualis. Primo panis intelligētie. Unde postq̄z dixit sapiens Eccī. xv. Cibauit illum pane vite ⁊ intellectus. Stratum subditur. firmabitur in illo ⁊ non flectetur. In cuius figura etiā legitur ij. Mach. xv. de iuda Q̄ armauit socios suos non in clypeo ⁊ in hasta. sed sermonibus optimis. Secundo confortat mentez et si non ventrem panis luctus ⁊ mestitie. Thobie. iij. Post luctationē ⁊ fletum exultationē infundis Unde Cassi. super illud psal. Surgite postq̄z sederitis qui manducatis panem doloris. dicit sic: Reuera perfectis christianis ipse dolor panis ē cū se ō afflictione reficiunt. et de mundana tristicia consolant et spiritu roborātur. Tertio cōfortat etiā panis eucharistie. quod figuratū est in pane subcinericeo. i. cuius fortitudine helyas ambulabat quadraginta dieb⁹ ⁊ quadraginta noctib⁹ vsqz ad montē dei oreb. vt legitur. iij Regum. xix. Panis unquā sacramētalis aptissime figuratus est p panē subcinericeū. quia corpus christi latet sub accidētibus alienis. sicut ibi panis sub cinere. In fortitudine ipsius panis ambulamus per decalogū preceptorū et quaternarium perfectionis euāgelice tam inter prospera que p diē. q̄z inter aduersa que p noctem intelliguntur. donec perueniam⁹ ad montē dei oreb. id est. ad celsitudinē celestis beatitudinis. Quanto causat in nobis fortitudinē panis vite eterne in sola spe hic gustatus. Unde Esa. xxx. In silentio ⁊ spe erit fortitudo vestra.

¶ Q Be donis etiam introducit hic donuz fortitudinis. Unde dicit glosa super Matth. Cū panis spiritual' petitur spiritus fortitudinis postulat. quo esuries iusticie vt ad saturitatē ptingat fulcitur. Correspondet autē hoc donum quadruplici pani eo modo q̄ de virtute fortitudinis est dictū Qualiter autē fortitudo differat vt est virtus et vt est donum patere potest ex his que dicuntur infra circa finem opusculi ante Amen.

¶ P Be beatitudinibus autē introducit p hanc petitionem esuries iusticie. vt patet p glosam ibidē dictaz de fortitudinis dono. Est autē esuries et sitis ꝑ vehemens desiderū boni. quia ꝑm Hiero. non satis est velle iusticiam nisi iusticie patiamur famem vt sic sub hoc exemplo nunq̄z nos satis iustos estimemus sed semp esurire iusticie opera intelligamur. Simile dicit Bernard⁹ in epistola. Nunq̄z iust⁹ arbitratur se cōprehendisse nūq̄z dicit satis est sed semp esurit ⁊ sitit iusticiam. ita vt si semp viueret semp quātū in se est iustior esse cōtenderet. Et accipiat hic iusticia generaliter ꝑm q̄ ab ea homo dicit iust⁹ ppter opa vtuosa.

¶ Q Hic itaqz iusticiā esurientes merent accipere quadruplicē panem spiritualem predictum. Panē quidē verbi dei. Unde ipsa sapientia dicit Eccī. xxiiij. Qui edunt me adhuc esurient. Anima enī deuota esuriens verbū dei nunq̄z satiatur in vita hac sed quanto plus edit. tāto pl⁹ esurit et quanto pl⁹ frequētius esurit. tāto abūdantius edit. Item esurientes pascunt pane meticie. pfecti enim viri nō solū mesticias psentes patienter suscipiūt sed etiā eas esuriunt. Unde ⁊ dominꝰ cū appropinquarz loco passionis sue esurisse legitur Matth. xi. Esurijt autē ꝑm Bedaz passionē suā p nostra salute sicut etiā in cruce sitiuit. Item esurientes accipiūt panē eucharistie. Ait ps. Dat escā esurientib⁹. i. de⁹ dat corp⁹ suū ferue ter desiderātib⁹. Cuius figura pcessit i mana. qō filij israel in deserto esurientib⁹ datū fuit vt habetur Exo. xvij. Et siq̄dē nulla sacramēta pstātur inutilis. Juxta illud Matth. vij. Nolite sanctuz dare canib⁹ ⁊c. Precipue ꝑ bñdictū sacramētū nemo nisi feruēt desiderās dz accipe. Et quanto fuerit desiderū feruēti⁹ tāto q̄s dignio⁹ percipit et fructuosi⁹. Item taliter esurientes sumūt panē vite eterne Luc. j. Esurientes impleuit bonis. in vita. s. eterna. vbi est omniū bonorū abundātia. ⁊ vbi ī plebitur desiderū nostr⁹ omnib⁹ bonis. Unde dicit Hugo in libro de triplici meditatiōe. Ostendam tibi unquā de⁹ moysi omne bonū. Omne bonū ipse deus est. ⁊ qui habet deū omne bonū habet. ⁊ tūc satiabit ista esuries. Juxta illud ps. Satiabor cū apparuerit glia tua. Propter qō ꝓueniēter huic beatitudini saturitas rñdet p pmio. in q̄ impletio desiderior⁹ signat. quā adimpletionē ppba petijt cū dicebat. Adimplebō me leticia cū vultu tuo. Qō vbū ptractās Bernū. dicit. Hic q̄dē est gust⁹ iz ibi est adimpletio. cū erit deus omnia in omnib⁹

¶ R Be fructibus p hanc petitionem introducit modestia. cuius est in omnib⁹ exteriorib⁹ actiōib⁹ et rebus modum ꝑuare. Hāc pistā petitionē oīs imoderat⁹ vsus rerū tpalium resecatur ꝑm primā exposition em. et patet.

Quinta Petitio.
CCXCV

ET dimitte nobis de
bita nrã sic7 nos dimittimus debitoribus nostris. Hec quinta petitio pueniẽs sequit̃ pmissam. qz vt dic̃ Cypan9 dignũ est vt q a deo pascit̃ in deo viuat. Jn deo aũt aliqs viuit q sine pcto viuit. Jo p9 subsidiũ cibi petit̃ venia delicti. Vel aliter. qz plerũ qz in vsu cibi corpalis et aliaz rez ad nostrã necessitatẽ ordinata7 excedimus 7 peccam9 dicẽte Aug. x. Confes. Et qs est dñe q nõ aliqñ rapiat extra metas necessitatis Jo post petitiõz cibi statim seqt̃ petitio d dimissione peccati. Et bz hec pticula duas ptes. Quz primo ponit̃ ipsa petitio. Secdo adiũgit̃ ei9 modũ 7 cõdicio cũ dr. Sic7 nos Quãtũ ad ptinẽtiã petitiõis dr. Dimitte nob debita nrã. Debita vocant hic pctã. Ex Belicit̃ q qz oẽs dicere hãc oratiõnem tenent̃. nullũ hoiem a pcto eẽ immunẽ Añ dicit Cypan9 Ne qs sibi q̃si innocẽs placeat 7 se ertollẽdo pl9 peat instruit̃ se peccare qtidie dñi p peccatis iubẽ quotidie orare B Sz dubitaret aliqs quõ pctã possint dici debita. cũ enim debita sint q̃ alicui debemus 7 soluere tenemur Peccata aũt nõ pñt alicui deberi nec solui. vidẽt ergo q inconuenienẽ hic p debita pctã intelligãt Dicẽdũ q p tãto pctã dicunt̃ debita 7 econuerso qz inde pctã ptraxim9. qz debita nõ soluimus. i. qz nõ fecim9 qd debuim9 7 ob B iudici penã debem9 Sic̃ ergo q̃ nõ soluit pecuniam creditori statuto termio. dupl̃r incurrit debitũ vltra debitũ pecunie. puta debitũ culpe. ex eo q non soluit p qd offendit creditorẽ. 7 debitũ pene quã dr iudici ex eo q cõtra iusticiã egit. Sic in pposito p eo q nõ facim9 debitũ nostr7 illis q̃b9 debemus ptrahim9 duo mala. s. peccatũ 7 reatũ. Pctũm quãtũ ad culpã. reatũ quantũ ad penã 7 q̃ vtra qz noñe debiti intelliguñt. Ex q̃ ptz q potiꝰ 7 melius hic dr debita q̃z pctã nostra. qz pl9 petimus dicẽdo. dimitte nob debita nrã. qz p B petimus nob dimissionẽ culpe 7 pene. q̃z si diceremus. dimitte nob pctã nostra. qz nõ unq̃z dimittit̃ peccatũ nostr7 q̃ntũ ad culpã remanẽte reatu q̃ntũ ad penã C Alterꝰ qz dictũ est q in de pctã cõtrahim9 qz debita nrã q̃b9 debemus nõ solumus. Dubitaret aliqs q̃b9 7 q̃ debita debeam9 Propt̃ qd sciendũ q aliqd debemus deo. aliqd nobisipsis. aliqd primis nostris Debem9. n. d religionẽ. nobisipsis debitã gubernatiõz. primis nostris mutuã dilectiõz. Debem9 inq̃z deo religionẽ. Leuit̃. xvj. Affligetis aias vãs deo religione ppetua. Est aũt sciẽdũ q religio nõ accipitur hic p statu religioso7. sz est q̃dã vt9 moral̃ q est ps iusticie. ad quã vtutẽ ptinet deo cultũ exhibere. 7 cõprehẽdit sub se latriã. Latria enĩ cõprehẽdit q̃nq;. s. fidem. sapientiã. reuerentiã. sacrificiũ 7 oraõem. Prima duo sunt cordis. secunda duo opis. 7 vltimũ oris. Et actus hui9 vtutis sũt adoratio. oratio. oblatio. laus. votũ. iuramentũ. 7 cetera talia que soli deo debent̃. Et diffinit̃ religio a tullio in scdo sue rhetorice sic Religio est vtus que cuidã nature quã diuinã vocant cultuz cerimoniãq; affert. Et hac virtute panthonomasiam dicunt̃ illi religiosi qui seipsos totos tanq̃z holocaustũ deo offerunt ppetuo. Unde dicta ẽ religio p̃m Isidorũ. a religãdo eo q ipsa nos religat deo. B Debemus etiã nobis debitaz gubernationẽ. Quale autẽ sit debitũ nostre gubernationis docet apostol9 Roma. viij. Debitores inquit sumus nõ carni vt p̃m carnẽ viuamus. Si enim p̃m carnẽ vixeritis moriemini. si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis. viuetis. Ex quo patet q debitores sumus nõ carni sz spiritui ita q spiritui ex debito seruire debemus quod quidẽ facimus quãdo carnẽ spiritui subiicimus 7 p̃m spũm viuimus. Et in hoc est debitum qđ nobisipsis debemus. E Debem9 tertio primis nostris mutuã dilectionẽ De hoc debito dicit apostol9 Roma. xiij. Nemini q̃q̃z debeatis nisi vt inuicẽ diligatis Ubi glosa. id est cetera ita soluite vt nõ debeatis aliqd. charitatẽ vero ita soluite vt semp debeatis. Sola enĩ charitas est. que etiã reddita semp detinet debitorẽ Igitur quãdo hec debita nõ soluimus faciẽdo vnicuiq; quod sibi debeẽ siue dõ siue nobis siue etiam primis nostris vt dictũ est. tunc peccata cõtrahimus. p quib9 penã debem9. Hec igitur debita tã quo ad culpã q̃z quo ad penã petim9 nobis dimitti. dicẽdo. dimitte nobis debita nrã Debita inquã nostra quecũq; cõmisimus contra te. cõtra nosipsos 7 cõtra proximos nostros

J Sequit̃ de modo 7 cõdicione huic petitioni apposita cuz dicit̃. Sicut et nos dimittim9 debitoribus nostris. Circa qđ contingit dubitare multis modis. Et primo quare non est apposita similis condicio aliis petitionib9. Verbi gratia vt diceret̃. Pdanẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie sicut 7 nos damus. Et libera nos a malo. sicut 7 nos alios liberamus. et huiusmõi Ad hoc dicẽdum q ratio est. quia in nostra potestate non est sp dare aut etiã liberare. 7 ideo ad sp dare vl liberare ñ tenemur sic̃ ad sp dimittere Plecita a nob sũt tpalia sic̃ maliuolẽtia. ppt qđ ad dimittẽd maliuolẽtiã quã ꝯ primũ geri9 sp tenemur. ñ sic ãt ad dãdũ l ad liberãd̃ q̃ pcernit

aliqua tpalia ⁊ actus extrinsecos. quare ⁊c ¶ Secūda dubitatio est. quia videt q̄ nostrum nō sit dimittere debitorib⁹ nostris. q⁊ sol⁹ deus peccata dimittit. nō ergo hoc nostr⁊ est. Rñ. In lesione iniusta alteri⁹ sunt duo scz inimicia ⁊ rā cor que lesus ꝯcipit cōtra ledentē. Et culpa quā ledens cōtra deū cōmittit. Primus pōt ⁊ debet dimittere hō lesus. secundū aūt sol⁹ de⁹ habz dimittere. ¶ Tertio dubitaī vtrū hō licite possit repetere debitū suū. vel etiā exigere emendā de iuria sibi facta. Et videt q̄ nō. q⁊ si teneī hō debitori dimittere debituz. ergo videt q̄ ille peccet q̄ repetit debitū. ⁊ sili⁊ ille q̄ exigit emendā sup iuria sibi facta. Rñ. Aug⁹. q̄ nō loquit hic de debito iusticie vel pecunie exigēde. sed rancoris ⁊ inimicicie nō reinferende. Peccatuz quidē qō cōmissum est in nos dimittere debem⁹. pecuniā aūt ⁊ iusticiā nō tenemur dimittere cū quis habz vnde soluat. Vñ dicit Aug⁹. Peccat in te q̄ pecuniam tibi debitā si habet vñ reddat tibi non reddiderit. qō peccatū si nō dimiseris nō poteris dicere. Dimitte nob⁹ debita nostra. sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. ¶ Quarto dubitaret aliq̄s vtrū ille q̄ seruādo rancorē dicit hāc petitionē peccet. Et videt q̄ sic. q⁊ mentit cū dicit. dimittim⁹ debitorib⁹ nostris ⁊ ñ dimittit. Itē q⁊ petit cōtra se. qō patet a destructione ꝯsequētis. Dimitte nobis sicut nos dimittimus. sz nos nō dimittim⁹. ergo nō dimitte nob⁹. Rñ. talis aut loquit in psona ecclesie. ⁊ sic nō peccat nouo peccato. licet peccet rancorē seruādo. qō etiā peccatū aggrauat ptinaciter in eo pseuerando. Nec tamē remissionē impetrat. Aut in psona ppria. ⁊ tūc aut loquit aduertēdo ⁊ intelligendo actualiter de facto remissionis. vt sit sensus. dimitte nobis. sicut ego dimitto de facto huic debitori qui talē iniuriā mihi fecit. ⁊ tūc certum est q̄ peccat. tū q⁊ mentit. tū etiā q⁊ petit cōtra se vt dictum est in arguēdo. Aut intēdit de iure remissionis. vt sit sensus. Dimitte nobis sicut ⁊ nos dimittimus. i. de iure dimittere debem⁹. ⁊ sic ñ peccat orōem dicēdo. q⁊ nō mētit. nec petit ꝯ se. licet peccet rācorē tenēdo. nec etiā talis remissionem impetrat. q⁊ pceptū christi de iniuria remittēda nō seruat. Dicit enī Matth. vj. statim post psentem orōem. Si nō dimiseritis hoib⁹ pcta eorū. nec pat vester dimittet vob⁹ peccata vestra. Vbi dicit Cyprian⁹. Excusatio tibi nulla est in die iudicij cū ꝑm tuā sniam iudiceris. Quidā etiā volentes p̄dicta duo vitare videlicet ne mentiātur nec cōtra se petāt. verba mutant dicētes sic. Dimitte nob⁹ debita nrā meli⁹ quā nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. Sz licet p hāc formā vboꝝ euadāt illa duo. q⁊ nec mētiunt. nec ꝯtra se petūt nō tamē impetrāt ea dē rōe qua ⁊ iā dicta. Et nihilominus ꝑter hoc q̄ tales cōtra dei preceptuz rancorē scienter ⁊ ptinaciter retinēt ex quo graue peccatū nō est dubiū eos incurrere. vt dictuz est. Etiā ex alio diuinā offensam videnī incidere quia formā verboruz a magistro immutabilis vitatis traditā p̄sumunt corrigere ⁊ temere immutare. Ad hoc accedit impēcatio iobis xl. poē. vlt. Si quis apposuerit ad hec apponet deus super illum plagas ⁊c. Et si quis diminuerit ō verbis his. auferet deus ptem eius de libro vite. Et si hoc de verbis discipuli. quid de verbis magistri. Ut ergo oratō sit efficax ⁊ impetratiua debz homo suis debitorib⁹ de facto dimittere ⁊ ex cor de ¶ Distinguendū tñ est de pfectis ⁊ imp fectis. Perfectus enī debet etiā nō petēti veniā omnimode indulgere. Imperfectus aūt tenet q̄dem rancorē cordis deponere. sz nō tenet satisfactionē debitā cōdonare. Nec ptermittendū est q̄ sunt quedaz culpe in q̄bus culpa est relaxare vindictā. vt dicit Innocētius. Et ideo licet peccatum in nos teneamur dimittere. peccatuz tamē i deū vel in primū debem⁹ punire vel impedire quādo nostra interest ¶ Quinto dubitaret aliquis quare nō dixit. dimitte nobis ꝑus ⁊ tūc dimittemus. ita vt ꝑus nobis deus dimitteret peccata nostra ⁊ nos postea debitorib⁹ nostris? Ad hoc dicunt quidā volētes ita intelligere. Dimitte nobis debita nostra ⁊c. id est. sic dimitte nobis debita nostra vt ⁊ nos dimittam⁹ debitorib⁹ nostris. ita q̄ sic accipiaī ꝓtextus verboꝝ. Dimitte nobis debita nostra. sic vt ⁊ nos dimittamus debitorib⁹. Sed hic intellectus nō est ꝑm intentionē autoris. qō patz p hoc qō postea subiungitur. Si dimiseritis hominibus peccata eorū dimittet vobis pater vester celestis peccata vestra. Si aut nō dimiseritis hoib⁹ nec pat vester dimittet peccata vestra. Aliter ergo rñdet Chrysostomus dicens. Scit deus homines esse mēdaces. quoniā et si acceperunt remissionez peccati sui. ipse suis debitoribus non dimittunt. Ideo sic dicit. vt prius dimittamus et postea recipiamus dimissionē. Et per hec omnia patet ad singula obiecta. ¶ Per hanc petitionem excluditur ira. que rancorem non dimittit. nec alicui debitum reddit. Dicitur enim Jacobi. j. Ira viri iusticiam dei nō operatur. Justum est autem vnicuiq⁊ reddere debitum suum. Primo ira non reddit deo debitum. imo vsurpat sibi illud quod dei est. scilicet peccati vindictaz. Dicit enī deus p prophetam. Mihi vindictam ⁊ ego retribuam. Sed per iram homo vindicat se.

cum ipsa ꝑm propriã sui rõnem sit appetitus vin
dicte. Secundo nõ reddit debitũ spiritui. qz po
nitur inter opa carnis. Gal. v. Tertio proximo
nõ reddit debitũ. imo ipsũ puocat z ledit. quia
vir iracundꝰ puocat rixas. vt dicit Prouer. xxix
Hec z multa alia mala de ira ponit Gregorius
ẽnto libro moral. Per irã inquit spũs sancti splẽ
dor excutit qui sup humilẽ z quietũ quiescit. qui
cum ira menti quietẽ subtrahit suã spiritus san
cto habitationẽ claudit. Per irã iusticia relinq̃
tur. quia dũ pturbata mens iudiciũ sine ratiõe
exasperat. omne qõ furor suggerit rectuz putat.
Per irã lux veritatis amittit. qz cuz mẽti ira cũ
dia cõfusionis tenebras incutit. huic deus radi
um sue cognitionis abscõdit. Per irã gratia vi
te socialis amittit. quia qui se ex humana ratõe
non tempat necesse est vt bestialiter viuat. Per
iram mansuetudo amittit. cõcordia rumpitur.
z multa alia mala ꝓ ipsam generãtur ꝑm Greg.

¶ Introducit autẽ hic vtus iusticie cuius
est reddere vnicuiqz debitũ suuz. Et hec est eius
propria ratio prout describit a philosophis. et a
viris peritis. Reddit autez iusticia triplex debi
tum ꝓdictũ put pulcre cõprehendit Anselmus
in libro Cur deus homo. Justicia inquit est ani
mi libertas tribuens vnicuiqz ꝑm propriam di
gnitatẽ. deo obedientiã. sibi sanctimoniã. maio
ri reuerentiã. pari cõcordiã. minori disciplinaz.

¶ De donis introducit hic sciẽtia. quia
dicit glosa sup Matth. Cũ dicim⁹. dimitte nob
debita nostra. spũm scientie rogamus. quo deli
cta intelligimus. que sine spiritu sancto nõ intel
liguntur. Unde ps. querit. Delicta q̃s intelligit
quasi diceret. nullꝰ nisi cui tu donũ scientie dede
ris. Et ideo statim subdit Ab occultis meis mũ
da me dñe. Nec etiã possumus esse iusti nisi red
damus vnicuiqz debitũ suũ. Sed qõ sit illud de
bitum qõ tenemur vnicuiqz nescimus nisi ꝓ do
num scientie. Unde absqz dono scientie opa iusti
cie facere nõ possumus. Propter qõ dicit Esa.
liij. In scientia sua iustificabit multos. Et loqui
tur ꝺ christo cui attribuunt dona spiritus sancti.
in rõe meriti. quia ꝓpter meritũ suũ nobis dan
tur. Unde z ipse spũs dicit spiritus filij. Gal. iiij.
Christus igit in sciẽtia sua. id est. ꝓ donũ scientie
iustificat. id est. iustos facit multos. docendo vi
delicet eos quid vnicuiqz debeãt. puta quid ꝺo
quid sibi ipsis. z quid primis. z nihilominꝰ que
debita peccãdo cõtraxerint. Et quia hec omnia
sine dono sciẽtie scire non valemus. ideo in hac
petitione spũm scientie postulamus. ¶ In
troducitur cõueniẽter hic beatitudo luctus que
ꝑm Aug. adaptat dono scientie ꝓ qõ scit de qui
bus sit lugendũ. Cuius etiã cõuenientie signũ ẽ
in natura que idẽ membrũ ordinauit ad risum
z ad luctũ. Lugẽdũ est autẽ ꝓ delictis z peccatis
tam que cõmisim⁹ cõtra deũ q̃z cõtra nosmetip
sos. q̃z etiã cõtra primos nostros. De hoc luctu
dicit ps. Quasi lugẽs z cõtristatus sic humilia
bar. Nõ etiã solũ lugendũ est ꝓ peccatis ꝓprijs.
sed z ꝓ alienis. qõ ẽ maioris pfectõis. Quia dic
Chrysostom⁹. Qui sua peccata lugent beati sũt
sed mediocriter. beatiores autẽ sunt qui aliena lu
gent peccata. Lugere aũt peccata est ipsa odire.
ita vt surgam⁹ ad destructionẽ ipsoz. Est autez
z alius luctus q̃ etiã ad banc beatitudinẽ ptinet
scz lugere ꝓ incolatu pñtis miserie z ꝓ dilatione
antiq̃ sūmo affectu dēsiderauerūt eū videre oculis corpalibus. sz tñ nō viderūt. Et ℔ est q̃d sb̄dit post v̄ba ꝓposita ¶ Dico enī vobis. q̃ mlti ꝓphete ⁊ reges voluerūt videre q̃ vos videtis. ⁊ nō viderunt. ⁊ audire q̃ vos auditis. ⁊ nō audierūt ¶ Illi enī patres licet ꝑm glosam eū a lōge viderīt. puta p speculū in enigmate. corpoream tñ faciem quā videre desiderauerūt nō viderūt. nec sapiētiam ex ei⁹ ore audierūt. In cui⁹ figura legit̄. iij. Reg̃. ij. q̃ vniuersa terra desiderabat videre vultum salomonis. ⁊ audire sapiam quaz dederat dñs in cor ei⁹. Iste verus salomon fuit christus quia v̄e pacific⁹. Sz nō eū tūc viderūt. q̃ nō dū venerat plenitudo tp̄is in q̃ deus misit filiū suū Gal. iiij. sed postmodū cū verbū caro factū esset simeon q̃ inter alios prēs ardentissime desiderauerat faciē dñi in carne videre. ineffabili gestabat gaudio cū eū nō solum videret sz ⁊ in vlnis portaret. Ex cuius pītia repletus spūsancto cecinit canticū dicēs. Nunc dimittis dñe seruū tuū z in pace q̃z viderūt oculi mei salutare tuū. Ex q̃bus apparet quāte beatitudinis fuerit videre christū etiā oculo corpali. q̃re bñ dictū est aplis. Beati oculi ꝛc. ¶ C Secūdi oculi videntes christuz sunt spūales. Hi oculi viderūt christū sed p speciem infusam sz p grām. ⁊ hoc in lumine fidei. ⁊ obiectū huius visionis est christ⁹ nō solū i forma humana sz p quātō ipse credit esse filius dei Juxta illud Joh. vj. Omnis q̃ videt filiū ⁊ credit in eū habet vitā eternā. Hec visio plerūq̃z ont̄ ex ꝑma vt habitū est. Vñ dictū est thome Joh. xx. Quia vidisti me credidisti. Sz q̃z non semp hec ex illa ¶ Multi enī credūt in eū q̃ nō viderunt eū oculo corpali. iō sequit̄. Beati q̃ nō viderunt ⁊ crediderūt visione sz spūali. Et isti veri dicuntur beati q̃ tā posuerūt pedē in fundamento q̃ ptingit̄ ad beatitudinē. Et q̃z sine ista visione ꝑuia null⁹ ꝑt peruenire ad beatitudinē. Jurta illud ¶ Marci. xvj Qui crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit saluus erit. q̃ v̄o nō crediderit cōdemnabit̄. Hiis etiā oculis ⁊ hac visione viderūt christū antiq̃ prēs. q̃ ꝑm augustinū eandē fidē habebāt de christo quā ⁊ nos nisi q̃d q̃ nos credim⁹ explicite. illi credebāt implicite. ⁊ q̃d nos credim⁹ factū ipsi credebant futurū. Q̃z enī sanct⁹ abraā christū hac visione viderit testat̄ dom̄in⁹ Joh. viij. vbi dixit ad iudeos ¶ Abraā pater vester exultauit vt videret diē meum. vidit ⁊ gauisus est. Vidit inq̃z oculis spūalib⁹ .i. in spū p fidē q̃ mō etiaz mlti reges et ꝓphete viderunt eū. licet forte abraam excellius ceteris. oculis tamen corpalibus eū nō viderūt. Vel etiam ꝑm Chrysostomū. Et si multi reges ⁊ pphete christū viderint p fidem. nō tamen sic sic apostoli. qui ꝓter hoc q̃ viderunt tā corpaliter q̃z spiritualiter. viderunt eū nihilomin⁹ taliter in homines cōuersantem. et audierunt eum tāta maiestate loquentem. que null⁹ prophetaz videzat nec audierat. Unde nō dicit. voluerunt videre me ⁊ audire me. quia ꝓphete eū viderunt ⁊ audierunt eū in spū. sed dicit. voluerūt videre q̃ vos videtis ⁊ audire que vos auditis. Et hoc nō fuit datū aliq̃bus ꝓphetis vel regibus vt hic dicit. ¶ B Tertij oculi sunt intellectuales. q̃b⁹ de⁹ videt̄ a cōtemplatiuis i lumīe theazchico ⁊ i hac visione reuelant̄ archana diuina aie cōtemplāti plus vel min⁹ ꝑm grām diuine dispēsationis Et talibus oculis christū vidētes digne dicunt beati. quia hec visio est eterne beatitudinis participatio. et diuine dulcedinis ꝑgustatio. Be q̃ aplis. ij. Cor. iij. Nos reuelata facie gliaz domini speculātes trās for. zc. Et bene dicit. reuelata facie. quia prime due visiones fiūt velata facie speciebus corporalib⁹ quantū ad ꝑmam. vel speciebus imaginarijs quātū ad secundā. hec autez habet fieri p abstractionē a talibus imaginib⁹ in lumine diuino p aliquas intelligibiles intentiones. Quo mō vt dicit Aug⁹. xij. super Geñ. ad lrām. ꝓphete viderunt visiones suas. ⁊ sic alīq̃ viderunt i specie imaginaria. sicut ezechiel ⁊ alij que visio refert̄ ad oculos spūales ꝓdictos. intelligentia tamen mysterioz dabat eis p visionez intellectualez. Sic enī danel interꝑtationes somniorum ⁊ visionuz habuit p oculos intellectuales. diuino lumine illustratos. licet ipsa somnia ⁊ visiones imaginarie. ab ipsis somniātib⁹ oculis spiritualibus fuerint apprehense. Sic etiam petrus q̃ vidit discū. ⁊ audiuit vocem. macta et manduca. Actuum. x. totum hoc fuit in visione imaginaria et spūali. Sed quod postea ei dictū fuit in spiritu. vade cum eis. hoc fuit visio intellectualis. Similiter Johes in apoc̄. qui vidit candelabra et multa talia. omnia hec habuit in visione spirituali per species imaginarias. sed intelligentiā mysterioz habuit per visionē intellectualem. prout hec omnia patēt p Augustinuz vbi supra qui diffuse hanc materiam petractat ¶ His igit̄ intellectualib⁹ oculis ñ est dubiū apostolos christū sepe vidisse tā ꝑm humanitatē q̃z etiā ꝑm diuinitatez p reuelationē multoz archanoz. maxime post eius ascensionē ⁊ spiritussancti missionem. ꝓpter quod conuenienter etiā in hoc sensu beati dicūtur in his verbis Beati oculi qui vidēt que vos videtis ¶ E Quarti oculi sunt superintellectuales. Hiis deus videtur in lumine glorie. Be quo in psal. In lumine tuo videbim⁹ lumē Sic paulus in raptu vidit

deum ⁊ multa archana q̄ nō licet loq̄. His etiā oculis moyses cōtemplat⁹ est deū vt dic̄ augustin⁹ vbi supra. Et hec est visio ad quā omēs visiones p̄missę ordinātur que pfecte beatificat oculos glioſos videtes regē in decore suo Cui⁹ visionis pticipes nos faciat ꝛc̄.

Alius sermo de eadem dominica CCCLXXXVIII

Beati oculi qui vi dent que vos videtis. Luce.x. Verba ista in q̄bus dñs beatificat ap̄los suos q̄ eū ⁊ facta sua viderūt oculis corpalib⁹. p̄ fūt extēdi ad illos q̄ eū ⁊ facta sua vidēt oculis mētalib⁹ pfidē ⁊ speculatione. Unde ipse dixit ad thomā Joh.xx. Quia vidisti me credidisti. beati q̄ nō viderūt ⁊ crediderunt. Sic etiā mulieri dicēti. Beatus venter ꝛc̄. dixit. Beati q̄ audiūt verbum dei ꝛc̄. Luc̄.xi. Sub metaphora igit̄ visionis corpalis describit dominus formā spūalis visionis. Uñ sicut in visiōe corpali tria cōcurrūt. organū. obiectū. ⁊ medium deferēs. Organū est oculus videns. obiectū est res que videri dz. medium est lumē vel aer illuminat⁹. Sic in visiōe spūali oculi videtes sunt viri cōtemplatiui. res videnda est materia cōtemplādi. medium deferēs vel vnies spēm vel etiā ipm obiectum cū oculo ē lumē grē vel glie Et hec tanguntur in vbis ppositis. Primū cū dicit. Oculi. Secūdum cū addit. q̄ videt que vos videtis. Tertiū cū p̄mittit. Beati. Quantū ad p̄mū sciendum q̄ sic in naturalib⁹ videm⁹ q̄ nō p̄m quālibet ptē corpis accipiunt oculi. sz in determinata pte stituant. Sic in spūalib⁹. Cū enī in boie sit corpus ⁊ aīa ⁊ spūs. oportet videre p̄m q̄ istor ocūli spūales attendant. Nō enī p̄m corp⁹. quia illi oculi nō nisi corpalia speculant. Nec p̄m aīam cū aīa vt in corpe aīato tota ei insit vt forma. nec sic posſit se extēdere extra corp⁹ ad eterna. Sz cū dicat ap̄los Phil.iij. Nrā ꝓuersatio in celis est. ⁊ hoc nō p̄m corp⁹ nec aīam nec aīatū corp⁹ sed p̄m spūm p̄m quē viuēdo ⁊ intelligendo similes sum⁹ angelis vt dic̄ glosa ibidē. ⁊ p̄m quē sumus ad imaginē ⁊ similitudinē dei ⁊ capaces ei⁹. vt dic̄ Aug̃.ix. de trini. Jō oportet vt p̄m spūm q̄ est supremū ⁊ optimū in boīe oculos accipiam⁹. qui possint scrutari secreta dei. q̄ de⁹ iō misit spūm suū vt spūm nostr̄ leuaret ad ip̄z. vt dic̄ Ricḥ.j. de trini. De q̄ leuatione dr Ezechi.viij. Eleuauit me spūs inter celū ⁊ terrā. Ad cui⁹ euidentiā duo sūt videnda. Primo q̄liter spūs noster int̄ celū ⁊ terrā eleuet̄. Secdo q̄lit̄ ad hmōi eleuationē spūs disponat̄. Quantū ad p̄mū sciendum q̄ sic dr in libro de spū ⁊ aīa. duo sūt loca inter q̄ spūs human⁹ existens. ad vtrūq; se mouere pt. de⁹ i sūmo q̄ pcelū. ⁊ hic mūdus in imo q̄ p terrā designat̄. De⁹ instar sue eternitatis immobilis est. Jō sol⁹ sua eternitate mēsurabil̄. cuius rō. q̄ eternitas ē tota sil̄ ⁊ pfecta possessio p̄m boetiū de cōsolatiōe. q̄ nulli creature ꝓuenit sz soli deo Iste aūt mūdus cursu sue mutabilitatis sp instabilis. ⁊ iō mēsurat̄ tpe q̄ est mēsura rerum mutabiliū. cui⁹ cōmensurata dicūt tpalia Spiritus aūt rōnal̄ quasi in q̄dā medio ē collocat⁹. medium aūt pticipat vtrūq; extremū. ppter cōnectionē vniuersi. iō oportet q̄ spūs noster in aliq̄ ꝓueniat cū eternis. In p̄ sz q̄ p̄m subam est omnino stabilis in eternū manēs. Et iō q̄ntuz ad p̄ nō mēsurat̄ tpe. q̄ illo tantū tpalia mēsurāt nec pcise mēsurat̄ eternitate. q̄ illa soli deo ꝓuenit. sz mensurat̄ mensura media scz euo q̄ est quedaz ppetuatio eternitatis. Uñ in libro de spū et aīa dicit̄. q̄ spūs human⁹ quadā cōditionis sue excellentia. huic mutabilitati q̄ deorsum est supereminet. quasi creat⁹ in orizonte eternitatis. Et iō ad istā que est apud deū immutabilitatē non puenit. licet ptingere possit cū angelis. Exalia etiam pte spūs noster pticipat cū tpalibus. p quāto q̄ntū ad opatiōes aliquas ē mutabilis. ⁊ eis successionē patit̄. Uñ dr in libro de spū ⁊ anima Si spūs noster in ea q̄ deorsū transeūt se diuertit. statim p infinitas distinctiōes ⁊ a seipo quodāmodo diuisus dissipat̄. Et iō q̄ ad istas opationes tpalis efficit̄ ⁊ tpe mēsurat̄. Uñ hugo de arcba noe. Cū spūs noster p desideria fluēta rapicepit q̄sdā tot diuisus ē q̄t sūt ea q̄ ꝓcupiscit. Sic ergo apparet quō spūs noster ē q̄sdā medio eternitatis ⁊ tpalitatis ꝓstitut⁹ p naturā. ac p p̄ inferius ⁊ terrā dicit̄ eleuat⁹. Sz eleuatiōe grē multum vltra istud medium tendit. Uñ dicit̄ in libro de spū ⁊ aīma vbi supra Si spūs human⁹ ab infinita distractiōe que deorsum est se erexerit. ⁊ p infinita deserēs. paulatim se in vnū colligens se cum esse didicerit. tāto ampli⁹ in vnū colligitur q̄nto magis cognitiōe ⁊ desiderio sursū eleuatur donec tādē oīno immutabil̄ sit. ⁊ ad illā veraz et vnicā immutabilitatē q̄ est apud deuz pueniat vt ppetuo sine oī mutabilitatis vicissitudine requiescat. Quātū ad secūdū q̄lit̄ spiritus noster ad hmōi eleuationē disponat̄ Sciendum q̄ dic̄ Ricḥ. in li. de exterminio mali cap̄o vlt̄. Uñ q̄z spiritus noster eleuet̄ ad illud summe trāq̄llitatis archanū. oportz q̄ fiat venerāda ⁊ mirabil̄ diuisio. nō corpis ⁊ aīe dissolutio. sed alia ac multo mirabilior multoq; glorioſior diuisio videlicet anime ⁊ spūs. quā in nobis operari solet. vt

testatur aplus Hebre. Viuus est ꝑmo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio anciputi pertingens vsqz ad diuisionē aie ⁊ spūs. Quāto ergo spūs noster ab omnib⁹ ⁊ etiā ab ipa aīma .imo etiā a seipso diuidit. tanto felicius ⁊ pfectius ad sūma subleuat. ¶ Propter qd notandū q qñqz spūs noster intantū ab aīa ⁊ corpe abstrahitur ⁊ diuidit vt spūs in spū esse dicat. Aliquādo intantū vt spūs supra spūm esse dicatur. Aliquando vero intantū vt spūs sine spū esse dicat. ¶ Primū patet p Richardū libro. v. de cōtemplatione. capo. xvj. Qui loquēs de iobe euāgelista dicit sic. Nōne spūs in spū tūc recte asserit. quādo exteriorū omniū obliuiscit. imperitus et ignarus omniū que in corpe agunt ⁊ illa solū intelligit p memoriā ⁊ intellectū que in spū ⁊ circa spūm agunt. Unde Iob. in Apoc. Ego fui in spiritu in dominica die. Uel sicut idē dicit Richardus. Hoc est spūm esse in spū. semetipsum intra semetipsum totū colligere. ⁊ ea que in carne sūt ⁊ circa carnē penit⁹ ignorare. Ad hūc diuisionis gradū raptus fuit Aug⁹. cū quadā vice q̄dam mulier ad eū accessisset vt ei⁹ consiliū sup q̄dam tribulatione inuocaret. ipe sedens in studio nec vidit nec audiuit eā quātūcūqz loquentē ⁊ pulsantem. Mirū. quia tot⁹ in se recollectus in spū de summa trinitate attētissime disputabat. put postea eidē mulieri fuit diuinitus reuelatū. sic legit in passionali. ¶ Secundū patet. Nā spūs noster aliquando tantū abstrahit ⁊ amoris feruore supra seipsum rapit. vt spūs supra spūm eē dicat. Unde Hugo sup. vij. angelice hierarch. dicit sic. Acutū amoris cū oia trāscendēdo despic. superferuidū aūt amoris cū etiā seipsum trāscendit. ⁊ in cōpatione dilecti seipsum despicit et despiciendo relinqt. ⁊ mirū mō fit vt p dilectionis ignē sursuz sustollat ⁊ supra se p vim amoris cōpellatur vt exeat a se nec se cogitat dū solū deum amat. Hec hugo. Hoc modo petr⁹ raptus fuit supra se de quo dr. Et petrus ad se reuersus. Qđ exponēs Rich. vbi supra capo. xiij. dicit sic. Hoc sane nō imprudēter dr q̄ petrus lōge supra bominem fuit. q. a seipso lōge ⁊ supra seipsum recessit alioqn iā nō erat a quo ad se rediret. Ad hūc etiam gradū raptus fuit Aug⁹ cū ipse sol⁹ stabat cū matre incūbentes ad fenestrā. et colloquebātur valde dulciter. trāscendētes cuncta corpalia attigerūt raptum toto ictu cordis regiones vbertatis indeficiētis fontis eterne ꝛc. vt habetur. ix. libro ꝓfes. ¶ Tertiū patet. iij. Reg. x. vbi legitur q regina saba vidēs oēm sapiam salomonis ꝛc. nō habuit vltra spūm. Qđ exponēs Richardus capo. xij. vbi supra. dic sic. Nōne recte dicat spūs semetipsū nō habere. qñ incipit a semetipso nō deficere. ⁊ a suo esse in supmundanū qđdā ⁊ vē plus q̄z supbumanū trāsire. ⁊ mirabili trāsfiguratiōe spūs ille ab humano in diuinū videt deficere. ita vt ipe iā nō sit ipse. eo dūtaxat tempe q̄ dño incipit alt⁹ inherere. Qui enī adherz deo vnus spūs est. j. Corz. vj. Et sic tot⁹ in illud diuinitatis archanū intrat clamās cū ppha. Defec in salutare tuū aīa mea. Ad hūc graduz eleuari petijt Aug⁹ in li. meditationuz suarz pte. vij. vbi sic dicit. Oro dñe tene ⁊ rege spūm meū. et sume illum ꝑm voluntatē tuā. vt te duce ascēdat in illaz regionē vbertatis vbi pascis in eternū israel pabulo veritatis. vel ibi vbi rapida cogitatiōe attingat summā sapiam sup oia manentē. cūcta trāscendentē ⁊ oia gubernantē. Sed volitāti ad te dñe aie multa obstrepūt. Jussu tuo dñe contescant mihi oia. ipa sibi sileāt. oia ptranseāt q̄ creata sunt. transcēdat a se ⁊ pueniat ad te. atqz in te solo creatore oīm oculos spūs figat. tibi inbiet. tibi intēdat. te meditet. te cōtemplet. teaañ oculos ponat. te sub corde reuoluat. sūmū ⁊ verz bonuz ⁊ gaudiū sine fine mansurz

¶ Subsermo Primus. CCCLXXXIX

Beati oculi. Uiso ꝑm qđ hoīs tuus cōsiderent oculi. q ꝑm spūm seqt videre qui sint isti oculi. Ad cuius euidētiam est sciendū q̄ licet spūs humanus vt diuidit sicut dictū est ab aīa sit suba simplex. quāuis nō sit eius dē nature cui⁹ est de⁹. imago tñ illius ibi ē ꝑ quātā cōtemplatōe ad deū ascēdit vt eū intelligat ⁊ diligat. vt dr in libro de spū et aīa. Oculi igit mētis sunt intellect⁹ ⁊ affect⁹ q̄b⁹ intelligendo ⁊ diligēdo spūs ad eīna se extēdit ⁊ ad ea aliqliter attingit. Añ Hugo. vij. angelice hierarch. Dētes inqt celestes vl spūs ad eterna dilectōe et cognitōe ascendūt. ⁊ prime fuit ꝑm excellentiam collectionū quā habēt apd deū. Hec ille. Duos itaqz oculos hz spūs. s. intellectū ⁊ affectū vel cognitionē ⁊ amorē. quoz vno spūs intelligit. altero req̄rit ꝑm bernñ. in li. de charitate. Cognitio ē oculus sinister. amor vo dext. Cui⁹ rō ē. q natural⁹ videm⁹ tā in oculi q̄z in manib⁹ q sp sinistre ē debilius dextrū vero fortius. ⁊ ꝑm hoc oculus cognitiōis debilior ē q̄ in hac vita ñ possum⁹ deū cognoscere nude sicī seipso sbsistit. Et inde ē q̄ in scriptura nob ꝓpiciē mod⁹ cognitōis vt ñ plus sapiam⁹ q̄z oportz sape. Exēplū dr moysi in rubo. Sz ñ ꝓpiciē nobis modus dilectiōis. imo amare plus q̄z possumus ꝓcipimur. Quāto dilectio ē feruētior ⁊ itimior est tāto melior q magis dr vnit Propt

qđ dicit Bern. q de⁹ oĩa fecit in numero ponde re ⁊ mensura excepto solo amore. q⁹ mod⁹ amo ris est nõ habere modũ. Bñ ergo ocul⁹ amoris dicit dexter. q⁹ vbi cognitõ foris stat ibi amor ſb intrat. ¶ B Scendum ergo ꝑm Bern. q iste oculus amoris ꝓles ꝓrogatiuas hz. Est enim castus. simplex. ⁊ rect⁹ ⁊ dexter. Castus qđem Un dicit ocul⁹ colũbin⁹. q⁹ in reb⁹ vsui humano cõ cessis nulla libidine figit ſz in trãsitorijs ꝓplat eterna. Iste etiã ocul⁹ nunq̃z claudit. q⁹ mdesinẽ ter illũ intuet quẽ amat. Si enim amor est oculus oportet vtiq̃z q⁹ amare videre sit. vt dicit Aug⁹. Iste etiã ocul⁹ nunq̃z turbat aliquo puluere ter rene cupiditatis q⁹ nihil cõcupiscit foris in secum. Iste etiã ocul⁹ nunq̃z cecat caligine q⁹ indesinẽ ter intuet lucẽ diuine bonitatis ne vnq̃z in modi co exorbitet a bñplacito diuine bonitatis. Iste etiam ocul⁹ nunq̃z grauat somno q⁹ sp est vigilan ter erect⁹ ad desideriũ summi boni. Can. v. Ego dormio ⁊ cor meũ vigilat. Iste etiã est ocul⁹ sim plex. quia nulla in eũ cadit suspitio ſz oĩa in me lius interpꝛat. Iste etiã ocul⁹ est visu acutissim⁹ quia spũs. id est. spũalis oculus amoris omnia scrutatur etiã pfunda dei. Iste etiã oculus scili cet amoris dicit rectus ⁊ dexter q⁹ ipſuz nulla de orsum vertit sinistra intẽtio. nulla deorsum iflec tit terrena affectio. ſz vnitiua vi amoris sp eum intuetur. in quẽ desiderãt angeli ꝓspicere. Hic ẽ oculus ille vnus q̃ spõsus in canticis se vulnera tuz fatet Can. iiij Vulnerasti cor meũ soror mea sponsa in vna oculor tuor. Spõsus quippe ab amãtibus vtroq̃z oculo videt ſz altero solũ vul neratur. quia vbi intellect⁹ caligat ibi amor pe netrat. vbi ille repellit iste admittit. Hũc vulne rantẽ oculũ dextr ille naab rex amonitar. id est. diabolus sũmo studio molit eruere. In hoc in quit verbo fedus faciã vobiscũ vt eruã omniuz vestrũ oculos dextros. j. Reg. iiij. Sublato enim amore q̃ dexter est oculus ad soluz errorẽ rema net intellectus Intelligere ei et nõ amare illorum error erat. q̃ cum cognouissent deũ nõ sicut deũ glorificauerũt sed euanuerũt in cogitationibus suis. vt dicit Roma. j. Hec Bern. Et hoc est con tra curiosos ⁊ insatiabiles sciaz. etiã diuine veri tatis scrutatores quasi placere deo solo valeãt in tellectu. Illo enim solo illũ aspicere cõtendũt. in il lum totã aciẽ intellectus influxibili studiositate intendũt. nõ in illo vulnerat cor sponsi. non in il lo sibi cõplacet. sed in oculo poti⁹ dextro. Ue ill' qui istũ oculũ ab eo vertũt ⁊ illi obcludũt. ¶ C ¶ Est autem hic notabiliter aduertendũ q⁹ spirit⁹ noster sic eleuat⁹. sic diuisus. sic vnit⁹. sic dispo situs vt ꝓdictũ est. q̃nq̃z vno tantũ alterutro ocu lo q̃nq̃z vtro altero oculo diuinã pntiam cõtẽpla tur. Qđ sic est videre. Qñ enim spũs noster aliq̃ fluxu diuini luminis tangit. vel etiã sine influẽ tia alicui⁹ theartici lumis ei aliqua archana et supnaturalia diuinit⁹ reuelant. absq̃z aliq̃ actu ali⁹ exptentia diuine suauitatis. tũc vno tãtũ ocu lo scz sinistro deũ cõtemplat. Qñ vro econuerso aliquo gustu interne suauitatis tãgit absq̃z eo q⁹ sibi in lumie theartico aliqua supnaturaliter re uelent. tũc altero vno oculo scz dextro diuinã ꝑ sentiã intuet. Ez q̃n spũs lumie diuino pfundit ⁊ nihilomin⁹ ꝑsolatiõe diuie suauitatis reficit. tũc vtroq̃z oculo deũ delectabiliter cõtemplatur. Beatus oculis spũs dr Can. v. Oculi eius sicut colũbe sup riuos aquar q̃ lacte sũt lote ⁊ residẽt iuxta fluẽta plenissima Dicunt enim oculi spũs si cut columbe ꝓpter simplicitatẽ vt dictũ est. tam in intellectu ne oberrẽt a vro. tã in affectu ne decli nent a summo bono. Isti oculi sunt sup riuos aquar speculãtes deũ in affluẽtia celestiũ dono rũ. Tales aũt vires dicunt lacte lote. i. innocẽtie cãdore decorate. Que residẽt iuxta fluẽta plenis sima diuine liberalitatis. q⁹ quãto pl⁹ hauriunt dr cognitõe ⁊ amore. tãto pl⁹ supafflunt eis ex ple nitudine diuie vitatis ⁊ bonitatis sp abũdãtius hauriendũ. Hãc insatiabilitatẽ oculor spiritua lium aduertẽs sapiẽs Ecc. j. dicebat. Nõ satiabi tur oculus visu. Propter qđ ꝓpheta in psal. xxiij ait. Oculi mei sp ad dñm. Glosa. i. oẽs cõtuitus mei sp sunt ad dñm. nõ deflexi ad terrena ſz sem per erecti ad diuina. Cui⁹ exemplũ habem⁹ ipso dño saluatore nostro qui in singulis actibus su is magnificis semp eleuauit oculos suos etiam corpales ad deũ patrẽ. vt in cõsecratiõe eucharis tie. in multiplicatiõe panũ. et in oratione. Joh. vltimo. Subleuatis oculis ieſus in celũ dixit Pater clarifica filiũ tuũ. Hec dubiũ q̃n oculos spũales sp habuerit erectos actualiter ad prẽm ⁊ ad totaz trinitatẽ q⁹ nõ solũ ꝓplator fuit ſz ⁊ ꝓbensor.

Subsermo secundus CCCXC

Uisoꝝm q̃dam acci ꝓpiant oculi spũa les et qui sint hmõi oculi. restat cõside rare q̃d videãt. q̃d fuit scõm principale Ad cui⁹ euidẽtiã ꝓsiderãdũ est q̃ apli dr christo viderit. Et q̃dẽ hec multa ⁊ q̃si innũerabilia fue runt. Juxta illud Joh. in fine euangelij sui. Sũt et alia multa que fecit ieſus que si scribantur per singula. nec ipsum arbitror mundũ capere pos se eos qui scribendi sũt libros. Reduci tñ omia possunt in pntiam ad q̃nq̃z. Primo viderũt illaz gr tiosam faciẽ filij dei hũanatã i quam desiderant

angeli prospicere.j. Joh.j. Quod audiuimus et vidimus de vbo vite ꝛc. Vecū do viderūt sanctitatem vite ei⁹ in sua cōuersatione Joh.iuj. Vos autem videtis me.quia ego viuo ⁊ vos viuetis Baruch.iuj. Post hec in terris visus est ⁊ cū hominibus cōuersat⁹ est. Tertio viderūt ei⁹ potestatē in miraculoꝝ opatione. Luc.v. Vidimus mirabilia hodie Quarto viderūt eius claritatē in transfiguratiōe. Matth.xvij. Joh.j. Vidim⁹ gliam eius gliam quasi vnigeniti a patre. Quinto viderūt ei⁹ tropheū in resurrectiōe ⁊ ascēsiōe Joh.xx. Vidimus dñm. Actuū.j. Videntibus illi eleuatus est. ¶ Sic etiā viri cōtemplatiui videt oculis spūs varijs modis ꝑm Beruñ. p varietate affectuū q̄bus ferunt in deū. ¶ Quidā nāq; vident eum in forma humana. ⁊ hoc differēter. q; quidā in specie pueri cui⁹ visione mens ineffabili delectatiōe repleť. Sicut legit̄ de beata paula. vt scribit beat⁹ Hiero. in ꝑmōe d̄ assūptiōe beate vginis. Vidit enī natū puerū in ꝑsepi ⁊ multitudinē angeloꝝ cantantū Gloria in excelsis. Et magos cū tribus munerib⁹ adorātes puer. Et in his omnib⁹ respiciētibus infantiaz christi summa gratulatiōe spūs iocundabat̄. Simile de nōnullis alijs deuotis ꝑsonis legit̄ q; viderūt christū in specie pueruli. Vnde de btā mechilde legitur q; ipsa rapta in spū in nocte natiuitatis dñi vidit beatā virginē puerū habentē i gremio quē hec aīma rapta de gremio virginis accipiēs et amplexib⁹ strigēs cordi suo impssit. ex quo inenarrabilē spūs sui exultationē percepit. ¶ B ¶ Alij āt cōtēplant̄ eū in specie crucifixi cōsiderantes ꝑm Beruñ. altissimū cōsiliū dei sup salutē generis humani. Ex cui⁹ cōsideratiōe vi feruētissimi amoris cōpassionis lācea eoꝝ spūs transfigunt̄. Vñ exptus Aug⁹. dicebat in libro cōtemplationis iesu christi. Crux claui lancea clamant mihi q; vē recōciliatus sum christo si eū amauero. Longinus aperuit lat⁹ christi ⁊ ego intraui ⁊ ibi requiesco secur⁹ Extendit brachia sua i cruce. ⁊ expādit man⁹ suas patas in amplexib⁹ peccatoꝝ. inter brachia saluatoris mei ⁊ viuere volo ⁊ mori cupio. Hec ibi. Hoc amore cōpassiuo q; dam sancti tā valide in spū exarserūt q; etiā i eoꝝ corpe vulnera apparuerūt. vt ferť de beato frācisco. ¶ Legit̄ de sancta monica matre augustini q; quadā vice d̄ cōmemoratōe passionis christi tantā cōpassiōis grām tantāq; copiā lachryma rum torcular crucis exp̄ssam adinuenit q; vestigia eius p eccl̄iam lachryme sup pauimētuz copiose defluētes oñdebāt. Et q̄nto pl⁹ abundātia lachrymaꝝ hortabat̄ desistere tāto pl⁹ flumē lachrymaꝝ pfluebat ¶ Legit̄ q; de quodā sācto fratre q; petiuit a dño vt se sibi oñderet in cruce sicut olim pepēderat in illa. Hō sibi datū est Ex qua visione coꝝ ei⁹ ita amoris lancea trāsfixum est vt videret aīam ipsi⁹ doloris gladi⁹ ptrāsisse ¶ Quidā etiā videt in cōtemplatiōe nōnulla d̄ vita christi ⁊ sancta ei⁹ cōuersatōe. Sic vidit eū paulus pstratus in via cū dixit Dñe q̄d me vis facere. Sic etiā vidit Aug⁹. de q; legit̄ q; cū aperto codice aplico legisset. Induimini dñm iesum christū. apparuit ei vna facies eloquioꝝ castoꝝ. ⁊ statim q̄si infusa luce securitatis ꝛc. q; luce ñ solum illuminabat̄ ei⁹ itellect⁹ in veri cognitione ꝛ illustrabat̄ ei⁹ affect⁹ in desideriꝝ ad sanctā vitam estuatiōe. Fuit enī nō solū ad amoreꝝ fidei. verū etiā ad cōtemptū seculi oīno accensus. Bis placebat ei q̄cq̄d agebat in seculo ꝑ dulcedie di ꝛc. ⁊ insinuati sunt ei in pfundo spūs sui nut⁹ diuini. ¶ C Quidā ꝑterea vident eius mirabilia cōtemplāt̄ ⁊ aliqua. oēm industriā ⁊ naturalem possibilitatē excedētia. vt dicit Rich.v. d̄ cōtemplatiōe. ca.iuj. Sic Johes in apoc. mlta miracula vidit mysteriis plena vt q; vidit septē candelabra aurea. ⁊ in eoꝝ medio similitudinez filij hoīs. ⁊ multa alia vidit ibi ammiratione digna. quoꝝ itellectu mystico vterq; oculus spūs illustratur. Silr ⁊ adhuc plerisq; in spū fuit visiōes ⁊ reuelatiōes. Miraculū d̄ siue de futuris siue de ꝑteritis. vel etiā de pñtib⁹. ex q̄bus ipsi ocula ti spūs sepe ineffabili cōsolatiōe pfundunt̄. Exē plum in Iohe euāgelista. cui cū dñs apparuisset. eūq; ad celeste cōuiuiū inuitasset ait. Video domine faciē tuā ⁊ q̄si de sepultura suscitatus sum Odor tu⁹ ꝓcupiscētias in me excitauit eternas. Vox tua plena suauitate melliflua. ⁊ allocutio tua incōpabilis est eloquijs angeloꝝ ¶ Quidā vlterius videt eū in transfiguratiōe. vbi tota trinitas diuinaꝝ ꝑsonarū apparuit. pater in voce. filius in forma hoīs glorificati. spūssanct⁹ in nube. Et quidē spūs in cōtemplatiōe nōnunq; diuini luminis influētia rapit̄ qua ipsi spiritui q̄dam archana reuelātur. siue circa diuinaꝝ ꝑsonarū ꝓprietatē. siue circa essentie vnitatē. siue circa essentibilium simplicitatē. Hoc mō vidit euz in spiritu Johes euāgelista cum recubuit sup ꝑ pectus dñi. vbi hausit fluenta sacri euāgelij. In ꝓncipio erat verbū ꝛc. Hāc etiā diuini lumis influentiam sensisse videt in se Augustin⁹. vij. confessionum. vbi sic dicit. Intraui in intima mea duce te. et vidi qualicunq; oculo anime mee sup ꝑ eundem oculū anime mee mentē meam lucem domini incommutabilem. non banc vulgarem ⁊ conspicuam omni carni. non becilla erat sed aliud valde ex istis omnibus. non ita

erat supra mentē meā sicut celū ⁊ terra sz supior. quia ipsa fecit me. ⁊ ego inferior. quia fact⁹ sum ab ea. Qui nouit veritatē nouit eā. O eterna veritas. O vera charitas ⁊ cara eternitas. Hec ille

¶ Quidā demū cōtemplatiui vidēt dñm ihesū in resurrectione ⁊ ascēsione. id est. in corpis ⁊ aie glorificatiōe. ⁊ diuinitatis nuda ostēsione. Sic vidit eū paulus in raptu ad tertū celū. ⁊ hic modus visionis paucissimis datur in hac vita. sz in futura vita sanctis omnib⁹ cōferet. qñ videbimus eum sicuti est. Qđ nobis pstare dignet pat⁹ ⁊ filius ⁊ spūssctūs

¶ Dominica decimatertia CCCXCI

Dum iret ihesus in hierusalem transibat per mediā samariā et galileam. Et cum ingrederetur quoddaz castellum occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterūt a longe et leuauerunt voces suas dicētes. Jesu preceptor miserere nostri ¶ Sicut dicit Tullius. ad ptā rita beneficia pauci animū retorquēt. Uñ etiaz vulgariter dicit⁹ q vix inter decē inuenit vnus q̄ sit gratus de accepto bñficio. Qđ bñ apparet in pñti euāgelio q decē leprosis mūdatis vn⁹ sol⁹ reddidit grates deo. Istud euāgeliū diuiditur i tres ptes. In pma ponit leprosoz affectuosa deprecatio. In secūda ponit petitionis affectuosa cōsecutio. ibi. ⌊ Quos vt vidit ⌋ Tertio subiungitur accepti bñficij vni⁹ recognitō. ibi. ⌊ vnus autē ex illis ⌋ Circa pmū tria facit. ¶ Primo ei premittit christi pgressum. ⌊ Cū iret ihesus in hierusalem ⌋ Istud fuit iter qñ in hierīm iuit vt pateretur Lu. ix. Cū cōplerent dies assumptōis ei⁹ ⁊ ipse faciē suā firmauit vt iret i hierusalē ⌊ Trāsibat p mediā samariā ⌋ que erat via gentiū tuta. quia erat discordia inter iudeos et samaritanos. ipse inter vtrosqz transijt vt tanq̄z pacificator et mediator pacificaret. Uñ subdit. ⌊ ⁊ galileam ⌋ que ptinebat ad populū iudaicū ¶ Nota q cū christ⁹ vadēs ad passionē ptransijt p gētes ⁊ iudeos. dat intelligere q fruct⁹ sue passiōis in omēs gentes erat futur⁹. atqz fides noīs ei⁹ p⁹ mortē ⁊ iudeos ⁊ gentiles vnuz debebat efficere populū ¶ Secundo ponit leprosoz occursus. ⌊ Et cū ingrederet quoddā castellū ⌋ quia non erat licitū leprosis castello appropinquare ⌊ occurrerunt ei decē viri leprosi ⌋ Tit⁹. Cōuersabātur autē inuicē q⁹ vnanimes eos fecerat coitus passiōis. ⁊ iesu transitū pstolabāt. ¶ B Nota q lepra peccatū mortale designat. quia peccatū ē corruptio anime. sicut lepra carnis. Quia vero lepra est nō morb⁹ qualiscūqz. sed horribilis. Ideo p istos decē leprosos nō quoscūqz peccatores sed decē magna peccata possum⁹ intelligere. Uñ primus leprosus est heretic⁹. Unde de moyse dubitante de vbis dei dicit Exo. iiij. q manū leprosam ptulit ad instar niuis. Secūdus leprosus est scismatic⁹. qui lites ⁊ discordias seminat i ecclesia. Uñ de maria obiurgāte moysen dr Numeri. xij. q apparuit candēs lepra quasi nix. Tertius leprosus est simoniac⁹. Unde dictū ē giezi petenti mun⁹ de bñficio collato. lepra naaman adherebit tibi. iiij. Reg. v. Hec plaga lepre sic inficit ecclesiā vt qđ doloris est dicere pncipes gregis christi tali morbo laborant. ⁊ tamen leprosi arcendi sunt a ministerio altaris. In visione eni ostensum est cuidam religioso q agebatur questio corā vno pontifice vñ pcederet tāta ecclesie perturbatio et dictū est. qui ex vob leprosus est ipse causa est tanti mali. Cunqz mutuo oēs se aspicerent surrexit vnus ⁊ euulsit capillū de capite pontificis atqz sufflauit in illū dicēs. Tu es leprosus. Et in eadē visione didicit q erat simonie lucruz q ipsum leprosum fecerat. Quart⁹ leprosus est simulator ⁊ hypocrita. et est viciū colorēs i cute. put dicit Hiere. xij. Quint⁹ leprosus est sacrilegus q̄ preter ius assumpsit ecclie ministeriuz. ij. Paralip. xxvj. dr ō ozia q lepra fuerat orta i frōte eius eo q pontificis ministeriuz exercebat. Sextus leprosus est proditor. Uñ. ij. Reg. iij. dicit⁹ ioab. Nō defecit de domo ioab leprosus q̄ portor ⁊c. Septim⁹ ē usurari⁹ quē signat naaman diues sed leprosus. iiij. Reg. v. Sicut ei lepra cōsumit carnē. ita usura cōsumit aliorum diuitias. Et videm⁹ q usurari⁹ usurariū generat sicut leprosus leprosum. Usurari⁹ docet filiū suū quō debeat lucrari. dat sibi custodiā librorū. vltimo moriens sibi oīa relinq̄t ex usuris habita. ⁊ filius nō reddit sz usuris addit usuras. Octau⁹ leprosus est sortilegus q̄ querit diuinationes ⁊ incantationes demonū quales fuerūt magi pharaonis. Non⁹ leprosus est adulter. Adulteriū eniz nephas est et iūctas maxima. Leuit. xiij. Plaga lepre orta est i vlcere. Ulc⁹ est vuln⁹ cōputrescibile in quo lepra orit cū adulterium ppetrat. Uñ natus de adulterio habet inclinatōnes ad illicitos coitus. vt dicat Aug⁹. sup Geñ. ad lrām. nisi virtutibus emūdet originis maculā. Decima lepra maior ⁊ aliis horribilior est flagiciū sodomiticum. hec est elephātie lepra cūctis passionibus maior. Dicit eni magister odo q q̄ hoc vicio laborat si nō reliquerit illud vsqz ad etatē saluatoris vix potest postea corrigi. ⁊ dic q hoc audiuit

esse exptũ. Dicit enĩ lepra eo q̃ pruritu ardoris calcat ⁊ deleat ⁊ cõsumit carnẽ. sic ardor huius flagicij ꝓpriũ corp⁹ cõsumit. Esa. l. Ambulate in flãmis quas succẽdistis ¶ C Tertio ponitur leprosor devota supplicatio |_ Qui steterunt a longe _| eo q̃ lex iudeor. Levit. xiij. leprã immũdam ⁊ nõ tangendã iudicat. sz lex euangelica lepram intrinsecã ⁊ nõ extrinsecã iudicat eẽ imundam. vt titus exponit. Theophil⁹. Ꝙ lõge ergo stãt. quia verecũdantes de immũdicia q̃ eis imputabãt. putabãt q̃ christ⁹ eos quẽadmodũ alij fastidiret. Sic ergo a longe steterũt loco sz facti sunt primi deprecando. Vñ subdit. |_ Et leuauerunt voces suas _| ex magnitudine affectionis. ℣ Psal. cxx. Ad dñm cũ tribularer clamaui |_ dicentes iesu p̃ceptor |_ Si iesus ergo vult. si p̃ceptor ergo potest |_ Miserere nostri _| In q̃ eor̃ indigentiã manifestãt duz se miseros asseuerant misericordiã inuocãtes. ⁊ sic petitio fuit digna. ⁊ ex pte petentiũ quia miserãdi. et ex pte eius a q̃ petebatur q̃ iesus volẽs ⁊ p̃ceptor potẽs ¶ Noraliter aũt castellũ in qđ ingredit dñs significat cor humanũ in cuius introitu occurrerũt decẽ viri leprosi. i. trãsgressiones decẽ mãdatorũ legis. Debet aũt peccator ad cuius cor vult ingredi saluator eo modo se habere q̃ mõ se habuerũt isti leprosi. ℣ Primo dz stare a peccatis cessando Sicut magdalena. de qua Luce. vij. Que stans retro ꝛc. Secũdo stare a lõge suã vilitatẽ cõsiderãdo ⁊ erubescẽdo. sicut publican⁹ stetit a lõge Luce. xviij. Tertio leuare vocẽ suam de pfundo cordis ad exteri⁹ in cõtrinonis ỽba prumpẽs Jud. xxj. Eleuauerũt filij israel voces suas cũ magno vlulatu ꝛc. Quarto sua nõ aliena pcta ꝓfitendo ℣ Psal. Dixi cõfitebor iniusticiã meã dño. meaz nõ alienã. Quinto dicere iesu p̃ceptor. dei misericordiã implorãdo. q̃ est maxime peccatoribus oportuna. de qb⁹ verificat illud Threnorum. iij Misericordie dñi quia nõ sumus ꝓsũpti. mlte enĩ miserationes eius

¶ Secũda pars expositiõis euangelij CCCXCII

Quos ut uidit. dixit

Jte ostendite vos sacerdotib⁹. Et factũ est duz irent. mundati sunt. ¶ Al Secũda ps in qua ponit petitionis cõsecutio. Et tria facit ¶ ℣ Premittit enĩ primo christi benign⁹ affect⁹. |_ Quos vt vidit _| benignitatis ⁊ cõpassionis et misericordie oculo. nõ abhorruit pius dñs aspicere maculã nostre lepre. q̃ pnobis in cruce velut leprosus reputatus est. Esa. luj. ¶ Secũdo ponit christi impiũ. |_ dixit _| vt oñderent se sacerdotibus. Sic enĩ scriptum est Levit. xiij. plaga lepre si fuerat in homine adducebat ad sacerdotẽ ⁊ videbat eum Eos igit ad sacerdotes mittit. ℣ Primo ne videat leg trãsgressor. Secũdo vt oñderet exhibendam sacerdotib⁹ reuerentiã. Tertio vt sacerdotes cogerent laudare miraculũ q̃ illi sanant q̃s iudicant esse leprosos Quarto vt oñdat se maioris virtutis esse q̃z lex vel sacerdotes. q̃ lepram cognoscebant quã mũdare nõ poterãt. Quinto vt doceat interiorẽ lepram aie nõ emũdare nisi saltem fuerit ppositũ eã sacerdotib⁹ ecclesie demõstrare. poris cõfessionez ¶ B Que cõfessio q̃ttuor cõditiones debet habere. ℣ Primo q̃ voluntaria. Vñ dicit |_ Jte _| nõ ducti vel coacti. sicut oris mentis afflicti cõfitentur pcta. sz ex volũtate. ps Ex volũtate mea ꝓfitebor illi. Cui ꝓtinus facit q̃ tumore mortis i vltis cõfitẽt ¶ Jtẽ secũdo confessio debet esse nuda ⁊ apta. Vñ dicit |_ ostendite _| qđ egistis. qđ cogitastis. qđ locuti estis. nõ dic. absc̃dite videlicet excusatiõib⁹ vel palliatõib⁹ vbor. aut mentiẽdo. aut etiã mussitãdo. aut nõ plene oĩa peccata recitãdo cũ debitis circũstantijs. ¶ C Quattuor aũt sunt q̃re oportet confiteri peccata. ℣ Primo q̃ nõ potest dissolui nod⁹ nisi manifestet. nec curari vuln⁹ ignotũ. nec de occultis p̃beri ꝓsilũ. nec dari sn̄ia cause latentis In penitẽtia aũt dissoluit̃ nodus pcti. sanat vulnus. cõsiliũ tribuit. ⁊ emendat forifactũ. Secũdo quia peccatũ est in aia sicut vermis in carne. qui fouet dum latet. sz dũ patet morit. Tertõ q̃ cõfessio est sicut lima tollẽs peccati rubiginẽ ab aĩma. sz ne talis immũdicia intrinsecus maneat oportet p cõfessionẽ eijci. Quarto quia cuiuslibet rei corruptio cõtrario mõ fit sue generatiõi. Cum enĩ ppetratio peccati fit in occulto cõscientie eius corruptionẽ oportet vtute confessionis manifestãtis curare ℣ Propter q̃d dixit ps. Dixi cõfitebor aduersum me iniusticiã meã dño ⁊ tu remisisti impietatẽ peccati mei. ¶ Jtẽ tertio cõfessio debet esse pura. Vñ dicit |_ vos _| sz ostẽdite ⁊ nõ alios. Cõtra qđ aliqui q̃druplicit faciunt Quidã enĩ alior facta recitãt. Alij autẽ reuelãt eos cũ q̃bus peccauerũt. Alij aũt nõ se oñdũt sz volunt interrogari de peccatis. q̃si meli⁹ noverit cõfessor ea q̃ fecerint q̃z ipsi peccãtes. In q̃b⁹ tñ casib⁹ ⁊ quomõ fieri debeat interrogatõ prudens cõfessor videat ¶ Jtẽ quarto cõfessio dz eẽ ordinaria. quia nõ cuicuq̃z faciẽda est sz |_ sacerdotibus _| q̃ habẽt clauẽ sciẽtie ⁊ autoritatis. ipsi enĩ cõstituti sunt a deo auditores ⁊ indices nostror criminũ ¶ Tertõ ponit salutis effect⁹ |_ Et factum est dũ irent _| vt sacerdotib⁹ se demõstra

rent [mundati sunt] Quattuor ex causis mundati sunt añq̃z puenirẽt ad sacerdotes. Primo q̃ christꝰ nouerat sacerdotũ superbiã. cõtemptis sent enĩ eos aspicere. ne ergo scãdalizarẽt puenientes sanare. Secũdo bonũ obediẽtie ipsoꝝ hoc meruit. Tertio ℔ meruit fides. Quarto voluit oñdere q̃ nõ vtute legis aut sacerdotũ erãt mũdati sz dei imperio

¶ Tertia pars expositiõis euãgelij.

CCCXCIII

Qus aũt ex illis ut vidit quia mũdatus est. regressus est cũ magna voce magnificans deũ. Et cecidit in faciẽ suã ante pedes eiꝰ. grãs agẽs. Et hic erat samaritanus Respondẽs aũt ihesus dixit Nõne decem mũdati sunt. et nouẽ vbi sũt Non est inuentus qui rediret et daret gloriã deo nisi hic alienigena. Et ait illi Surge vade. q̃ fides tua te saluũ fecit.

¶ A Tertia ps in qua ponit accepti bñficij vnius recognitio. Et tria facit ¶ Primo enĩ tãgunt sex obseruãda in grãrum actiõe. ¶ Primũ ẽ bñficij recognitõ. vt ñ sit insensibilis aut obliuiosus. sz attendat et memoretur qd est sibi collatũ Vñ dicit [Unus aũt ex illis] nõ oẽs. Quia vt dicit Tulliꝰ. Ad pterita bñficia pauci aim retorquẽt [vt vidit] i. diligenter aduertit et pspexit aut [q̃ mũdatus est] ¶ Secũdo reqrit vt recipiẽs bñficiũ pñto sit ad mãdatũ referentis. q̃ ẽ ei obligatus. Vñ dicit [Regressus est] ad iesum vt patꝰ esset ad eiꝰ mãdatũ. nõ quẽadmodũ aliq̃ fugiũt ad pñtã illoꝝ a q̃bus bñficia receperũt. ¶ Tertio exigit cõmendatio accepti bñficij. Q̃ vt dicit Chrysos. Licet debeamꝰ bñfacere tacita laude hominũ. hi tñ q̃bꝰ bñfacimꝰ debẽt publicare bñficium vt ex ℔ deꝰ laudet et tali exẽplo alij moueãtur. Et ℔ est qd dicit [cũ magna voce] qd signat deuotiõis magnitudinẽ [magnificãs deũ] In omni bñficio. Primo et pncipaliter deũ magnificare oportet. q̃ bñfaciẽti dedit vñ subueniret et voluntatẽ subueniẽdi. ¶ Quarto reqrit vt bñfacienti exhibeat honoꝝ et reuerẽtia. Hã vt dicit in ethicis. vt sit iusticia inter dantẽ et recipiẽtem sicut bñfaciẽs dat bonũ vtile. ita exigit bonũ honorabile. Vñ subdit. [Et cecidit in faciẽ suã] exhibẽs christo reuerẽtiã ¶ Quinto reqrit humilitas vt sp humiliet se illi a q̃ recepit bñficiũ. ideo subdit. [Ad pedes eiꝰ] dedit ei acceptẽdi fiduciam vt dicit Theophilꝰ suscepta purgatio. q̃ pius accedere nõ audebat. ¶ Tertio reqrit vt credat se nõ ex meritis sz ex grã bñficiũ accepisse Unde dicit. [Grãs agẽs] q̃ erat samaritanꝰ ex gente odibili iudeis. ex peccatoribꝰ. ex his q̃ legẽ ignorãt. et iõ cõmendat magis. Theophilꝰ dicẽs q̃ hinc põt quinci nullo mõ aliquẽ impediri q̃n do posset placere etiam si de genere ppbanoꝝ pceserit dũmodo ppositũ bonũ gerat. nec aliq̃s ex eo q̃ de sanctis natꝰ sit superbiat. q̃ nouẽ leprosi mundati q̃ erãt israelite ingrati fuerũt ℣ Notãdum sup illo. mũdatus est. q̃ lepra legit pluribꝰ modis fuisse mũdata Primo occultatiõe Exo. iij. Qñ moyses retraxit manũ i sinũ et ptulit eã similẽ carni reliquę. q̃ pmo leprosa erat. Secundo oratiõe. vt lepra marie Nũeri. xij. Qñ moyses orauit p ea. dꝰ. Beꝰ obsecro sana eã ẽc. Tertio ablutione vt lepra naaman. iij. Reg. v. Vade inq̃t et lauare septies i iordane. Quarto tactu manꝰ diuine. Matth. viij. Bñs tetigit leprosum dicẽs Volo. Mũdare. Quinto impletõe obedientie vt hic factũ est. dũ irẽt mũdati sunt. Et q̃nq̃z fuit illa q̃bus mũdans a lepra spũali Primũ est hominis a pctis abscõsio q̃ notat in manꝰ mosayce abscõsione. Secũdũ est sanctoꝝ oratiõ. q̃ notat i mosayca oratiõe. Tertiũ est lachrymosa contritio. que notat in naaman ablutiõe. Quartũ est diuine grẽ infusio. q̃ notat in manꝰ dñi extẽsione. Quintũ est humilis satisfactiõ. q̃ notat in obedientie obseruatiõe ¶ Notandũ tertio sup illud. [et hic erat samaritanꝰ] q̃ dñs samaritanos cõmendat a pluribꝰ Primo de fidei bonitate Jo. iij. Videte regiones q̃ albe sunt ad messem. Et loquebat deꝰ de fide illoꝝ q̃ veniebãt videre dominum ad vba samaritane excitati. Secũdo de misericordia. Lu. x. de samaritano q̃ fecit misericordiã sauciato. Tertio de gratitudinis liberalitate. vt hic q̃n solus ipse ad gratias rediit referẽdas ¶ Secũdo ponit alioꝝ reqsitio. [Nõne decem mũdati sunt et nouẽ vbi sunt] Nõ interrogat dñs quasi nesciens. sz vt dicit glosa. ingratos q̃si ignotos querit. dolẽs de eoꝝ ingratitudine. Magis aũt dolendũ est de eo q̃ aliquã incurrit ingratitudinis culpã q̃z de bñficio pduto. [Nõ est inuentꝰ qui rediret et daret gliam deo nisi ℔ alienigena] alterius sz gẽtis q̃ nõ erat de bierlim. Et ℔ dictũ est vel a christo. et tũc erãt vba quasi lamentãtis. vel dictũ est ab euangelista in cõfusionem iudeorum q̃ nõ sunt reuersi ad christuz. aut quia putauerũt se mũdatos legis vtute. aut quia metuebãt se fateri mũdatos a christo. aut q̃ putabant se aliq̃d debere christo retribuere p sui mũdatione. aut quia tãtũ fuit gaudiũ salutis q̃ obliti sũt eũ q̃ saluauit eos. Vñ videmus hoĩes cuz infirmant solicite deũ q̃rere. psulere sacerdotes. ppo

situm emendationis vite cõcipere. ablationez re/
stituere alieni. sz cũ sanati sunt negligũt. q̃si ma/
nus dei euaserint. ¶ Aut certe iõ nõ grãs egerũt.
quia putabãt christũ tanq̃z iudeũ ex eoz genere
nõ ex grã sz ex debito sanitatẽ restituisse. aut cer
te sanitatẽ sibi datã a deo credebãt. ieluz vo deuz
nõ credebãt ¶ B Et nota p hoc q̃ iste alieni/
gena reduit z alij q̃ erãt ifra elite reditum neglexe
runt p figurata fuit vocatio gentiũ z repudiatõ
sinagoge. Be qua plura loquit apls Roma. xi.
¶ Tertio ponit fidei isti confirmatõ. ¶ Et aut illi
q̃ redierat. q̃ erat aduolut ad pedes ei. ¶ Sur/
ge ¶ moraliter cessando a peccato. Epbe. v. Sur
ge q̃ dormis ¶ Vade ¶ de bono in meli proficien/
do. Psal. lxxxiij. Ibũt de vtute in vtutẽ ¶ qz fides
tua ¶ que est inimicũ iustificationis. Ro. v. Justifi/
cati igit ex fide ¶ te saluũ fecit ¶ Ad hrãm aũt i eo
q̃ dixit ¶ Surge ¶ apparet liberalitas medici q̃ ñ
exigit de salute mercedẽ. sed libez eũ remittit ¶ qz
fides tua te saluũ fecit ¶ Etiã alij mũdati sunt et
erãt. sz nõ erãt p̃secuti salutẽ aie interna propter
fidei defectũ. Ibi maiorẽ habebãt in aĩo lepzã i/
fidelitatis z ingratitudinis q̃z ea a qua mũdati
erant. Ez iste credẽdo salutẽ eternã erat adept
Sed huic dicto videt repugnare qđ cõmuniter
dicit z in aliq̃bus glosis ponit. Ps. xcij. s. q
dñs omnes quos sanauit in coꝛpe sanauit etiã
in anima. Nõ ergo esse potuit q̃ isti lepzosi fue/
runt sic ingrati. Et dicendũ q̃ dñs quos sanauit
in coꝛpe sanauit in anima. si tñ infirmitas aime
fuerit causa infirmitatis coꝛpis. vt ptz de parali
tico. Joh. v. In aliis aũt nõ fuit opus sanare pec
catũ cũ coꝛpoꝛe o moꝛbo. ex quo vnũ ab alio mi/
nime causabat. Et q̃ isti nõ erãt lepzosi effecti p
pter peccatũ sed alia naturali causa. potuit coꝛ/
pus sine aĩa liberari. Vel aliter z fozte melius ipe
vtrũq̃z sanauit. z in bis z in omnib q̃s sanauit
in coꝛpe sanauit z in aĩa. Ez postq̃z fuerũt sana
ti in coꝛpe z iustificati in aĩa coꝛruerũt a gratia
z facti sunt mali z ingrati

Sermo de eadem dominica CCCXCIII A

Surge ua de. Luce. xvij. vi/
ba ista a do
mino dicta viro lepzoso mundato
a lepza coꝛpali. spualiter accipi pñt
quasi dicta cuilibet fideli aie mũda/
te a lepza spuali. Omnis enim aia ppter infectiõz
peccati originalis lepzosa est. Sed mundat per
lauacrũ baptismi. Fiũt aũt fideles p baptismuz
regenerati in triplicia differẽtia. Quidã enim sunt
in peccatis actualibus iacẽtes. Alij sunt a bono
opeꝛe coꝛpẽtes. Tertij sunt q̃eti cõtemplatiõis va
cantes. Hos singulos dñs alloquit in vbis pre
missis dicẽs cuilibet p̃m statũ suum. ¶ Surge z
vade ¶. Ubi duo iubent. Primo iubet surgere.
cum p̃mittit ¶ Surge ¶ Ez q̃ nõ sufficit viatoꝛi
surgere sz oportet eum ambulare. Jõ sedo iube
tur procedere et ambulare. cum adiungitur ¶ et
vade ¶ Primo ergo isti iubent surgere. z hoc tri
pliciter p̃m coꝛ triplicẽ statũ. Surgere inquã a
peccatis q̃ntuz ad p̃mos. surgere a toꝛpoꝛe q̃n/
tum ad secundos. et surgere a q̃ete q̃ntuz ad ter/
tios. Primus cõpetit illud q̃d dicit apls Epb. v
Surge q̃ dormis sez in peccatis. z exurge a moꝛ
tuis. id est. a futura dãnatione p̃m glosam. z illu
minabit te christus. Secũdis cõuenit illud qđ
ab angelo dictũ est petro vacantiũ Act. x. Surge
macta z manduca. Tertijs cõuenit illud vbum
sponsi ad sponsam Cant. ij. Surge ppera amica
mea. Ubi dicit glosa. Surge. i. interrumpe qui/
etem contẽplationis. z labora in acq̃sitione alio
rum. Sup quo vbo Surge Orige. dicit sic Bo
mine q̃d audio de te. redde rõem dicti tui. iubes
surgere. nunq̃d iacuit q̃ in eminẽtia cõtempla
tionis fuit. nõ vere. Quomõ ergo surget Nũ am
monitiones tue impossibilia implicãt. Absit do/
mine. Nõ iacuit. Sup oẽ enim eminẽs eo fuit al/
tioꝛ quo in te solũ translatũ sentim q̃ sol es al
tissimus. Ez surgere iubet a somno. qz nescio q̃
situs differẽtia dormiebat vt somnũ postponeꝛet. ppter te inspirante laboꝛaret. ppter peccato/
rum multitudinẽ cõuertendã. Et iste tripler sta
tus hominũ innuit in isto vno mũdato. Stat
quidẽ peccatoꝛ cõuersoꝛ innuit in eo q̃ vidit qz
mũdatus est. Recognouit enim se esse infectum z
nũc esse misericoꝛditer mundatuz. qđ ptinet ad
penitentes. Status etiã actiuoꝛ z pficientium
innuit in eo q̃ regressus est grãs agẽs. in quo so
licitudo actionis attendit. z ptinet ad pficientes.
Status vo cõtemplatiuoꝛ in eo q̃ venit cũ ma
gna voce magnificãs deũ. qđ atteꝛtat magne de/
uotioni. Et cecidit ad pedes ei. qđ ptinet ad cõ/
templatiuos. Exemplum in maria magdalena.
¶ B Sed sciendũ q̃ licet dñs quẽlibet de q̃li
bet statu iubeat surgere quasi dicẽs in coꝛde cu
iuslibet p instinctũ verbũ istud Surge. Multi
tamẽ de quolibet statu negligũt surgere. Qđ q̃/
dem cõtingit ex tribus. videlicet ex fomitis infe/
ctione plurimũ retrabẽte. q̃ntũ ad p̃mos. ex tẽ
poꝛaliũ occupatione mentẽ nimiũ distrahente.
quantũ ad secũdos. z ex ppũj cõmodi recurua/
tione mentẽ non modicũ detinentẽ. q̃ntũ ad ter
tios. Quãtũ ad p̃mũ sciendũ q̃ fomes miltũ
retrahit hominẽ ne surgat a peccatis. Coꝛpus enim
qđ coꝛrũpitur aggrauat animã intantuz q̃ sur/

gere nō valeat Nō cōquerit̄ ppheta Threnor. j. Tedit me dñs in manu de qua non potero surgere. Fomes enī est q̄ q̄dā manus retrahēs nos a bono ⁊ impellēs ad malū. In hac manu dedit nos dñs ī penā peccati p̄mi parētis vt inobedientia membror esset homini in penā p̄me transgressionis. Iste aūt fomes originaliter quidē est in carne sed p redundātiā in aīo. Nō enim sordida titillatione caro inflāmat̄. Nec odio foeda cogitatione anim⁹ sordidat̄. vt dicit Ricḥ. v. de cōtem. Nō totū ex fomitis infectōe p̄cedit. Et hec duo sc̄z titillatio carnis ⁊ cogitatio cordis figurant̄ in illis duab⁹ cathenis petri ꝑm Ricḥ. vbi supra. q̄bus vinctus petr⁹ strangebat̄ vt surgere nō valeret. donec ruptis cathenis diceret ei āgelus. Surge velociter. Sic hic ⁊c.

¶ Quantum ad secundū sciendū q̄ occupatio terrenor valde mentē depmit ad ima. Unde grauis efficitur ad exurgendum ad diuina ⁊ opa vtuosa. Tales signātur pullū claudū q̄ baiulabat̄ quotidie ante portā speciosaz q̄ p se surgere non valebat. Appetitus enī terrenor ⁊ eor occupatō sp mendicat. quia sp plus ⁊ plus petit. ⁊ nūq̄z dicit sufficit. Et talis mendicus claud⁹ est ⁊ repit in terra. Sed eius sanatō est taliū occupationū postpositio. Et tūc surgere poterit. Unde dīsto claudo legit̄ q̄ cū ei petrus dixisset Act. iij. Surge ⁊ ambula. Sequit̄. Et surgēs ambulabat et intrauit cum eis in templū ambulās ⁊ exiliens ¶ Ꝺ

¶ Quantū ad tertiū sciendū q̄ licet deo placeat q̄ies aīme in contēplatione ꝑ aliquo tpe. vult tamē q̄ etiā anima ꝑ aliquo tpe det se ad laborē actionis. Unde in canticis. Qui paulo ante adiurauerat filias hierusalē ne suscitarēt dilectam ipsemet postea suscitat illā dicēs. Surge ppera. Que suscitatio nō est aliud q̄z ad laborē actiōis instigatio. Sed sunt nonnulli q̄ amore ppio ⁊ cōmodo q̄etis sup se recuruati nō libēter surgūt ad labores. sicut patet in illa spōsa Cañ. v. q̄ spōso roganti vt surgeret ⁊ aperiret. quasi se excusādo respōdit Ego dormio. expoliaui me tunica mea quō induar ea. laui pedes meos. quō inq̄nabo illos. Et quia sic se excusauit nolendo surgere. iō postea cū apire vellet dilect⁹ declinauerat ⁊ trāsierat. Et licet ista trahant̄ ad bonū intellectum ab expositoribus ꝑ animab⁹ sanctis. plerūq̄z tn̄ ad lr̄am ita cōtingit q̄ q̄ñ aliqui ꝑtextu q̄etis cōtemplatiōis se nimis a bonis actionibus retrahunt. vtrūq̄z pdunt. sicut dicit Greg⁹. vj. moral̄. Sepe inq̄t qui occupati humanis vsibus bene viuerēt. gladio sue q̄etis extincti sūt Hec ō ꝑmo p̄ncipali sup v̄bo surge.

¶ Subsermo Primus

CCCXCV

Vade. Quia nō sufficit deo sponso anime eā surgere nisi etiā vadat. Ideo postq̄z dixit ⌊surge⌋ adiūxit. ⌊⁊ vade⌋ Sic etiā in canticis vbi dicit. surge. addit ppera. Qualiter aūt ad iussionem sponsi anima ire ⁊ pperare debeat. Circa ꝟ sciēdum q̄ anīmā ad pfectionez tendentē anteq̄z finem sue pegrinatōis attingat oportet ire nouē itinera. vt sic circūitū faciēdo demū redeat ī suū p̄ncipiū a quo pfluxit. Et hec dicunt itinera eternitatis. quia ab eternitate incipiūt ⁊ ad eternitatem reducūt. De q̄bus dicit Abacuc. iij. Incuruati sunt colles mūdi ab itineribus eternitatis eius. Et ꝑm hūc sensuz deus aīe nonies dic̄. Vade. Primū iter aīe est in sua creatiōe. Et q̄ntum ad hoc dicit. Vade extra me. Secundū iter est ī sua cōuersatione. Et quantū ad hoc dicit Vade cor̄ā me. Tertium iter est in sui humiliatiōe. Et quantū ad hoc dicit. Vade a me. Quartuz iter est in sui cōsideratōe. Et quantū ad hoc dic̄. Vade in te. Quintū iter est in sui abnegatiōe Et q̄ntum ad hoc dicit. Vade extra te. Sextū iter est in rer renūciatione. Et q̄ntuz ad hoc dicit. Vade a te. Septimū iter est in christi imitatiōe. Et quātum ad hoc dicit. Vade post me. Octauū iter ē in dei contēplatione. Et q̄ntū ad hoc dic̄ Vade ad me. Nonū iter anime est in sui cū deo vniōe Et quantū ad hoc dicit. Vade in me. Et sic completo circūitu isto aīma redit in suū p̄ncipium

¶ Ꝺ Primo igit̄ vade extra me dicit deus ad aīam in sua creatiōe ¶ Ad cui⁹ euidentiā ē sciendū q̄ anima rōnalis ab eterno ꝑm rōem ideale fuit in mente diuina. a qua in tpe p creationem pfluxit ad esse ppne substātie. Sicut autez deus a p̄ncipio oia creauit v̄bo dicēs. fiat lux ⁊c. Sic adhuc quotidie animas creat verbo quasi dicēdo ei. Vade extra me. Sic ſi dicat. Que diu fuisti intra me ī esse ideali. vade modo extra me ad esse naturale. vt accedat illud Geñ. xvij. q̄d dixit dominꝰ ad abrāā Vade in terram visionis. Et bñ mūdus iste in quo posuit deus aīas ⁊ ceteras creaturas que sub celo sunt. dicit̄ terra visionis. Uno modo quia licet idea anime in deo realiter sit ipsa diuina essentia. addittamē respectū ad extra ad esse creabile. Unde esse creatū ad q̄d terminatur huiusmodi respect⁹ potest dici terra visionis. Alio modo quia nō sumus in hoc mundo nisi ad videndū ⁊ postea redeundū vnde venimus. Quod pulcre figuratū est in colūba noe. Geñ. viij. Ubi legit̄ q̄ noe emisit columbam extra archā per fenestrā vt videret si iaz cessassent aque sup faciē terre. que cum nō inuenisset

vbi requieſceret pes eius reuerſa eſt ad eū in ar-
cham ¶Hoc qui interpretat quieſcēſ. ſignat deuz
patrez qui ſemp ab eterno quieuit in ſeipſo Ar-
cha in qua ſunt omīa genera animaliū viuenti
in inuitatorum benigna instructione. Magna bonitas relucebat in hoc q ipse tam benigne obseruatores suos instruxit. Instruxit autē eos exhortando ad humilitatem. Ubi quattuor facit. ¶ Primo premittit intentū [Dicebat autē ad inuitatos] Prius locutus fuerat legisperitis ⁊ phariseis. Et ꝑm glosam. postq̄z illos cōuicerat de auaricia ⁊ violatione sabbati. incipit docere de euangelica gratia illos qui erant idonei īuitans eos ad humilitatē contra tumorē quez habebant in lege pharisei [parabolā] aliud signātem mystice. vt dicit glosa. Non enī intendebat principaliter docere q hic dicit̄ ad litterā. sed mystice aliud intendit [Intendēs] illos instruere. [quomō p̄mos accubitos] id est. primas sedes honorabiles [eligerent] Hoc enī pharisei amātes reprehendunt̄. Matth. xxiij. ¶ Secūdo oñdit quid sit honoris impeditiuū. quia superbia ⁊ ambitio [Cum inuitatus fueris ad nuptias]. Nuptie sunt cōuiuiū virtutum in presenti ecclesia factum. ex eo q christus sibi vniuit naturam humanā. Ad istas nuptias inuitati sunt omēs christiani. quorū quidaz ceteros dignitate p̄cellunt. alij vero merito virtutū. et excellit vn⁹ vna virtute ⁊ excellitur alia. Alij vero excellūt sacra intelligentia. Sunt et alie nuptie celestis patrie De quibus Apoc. xix. Venerunt nuptie agni. [Non accumbas in primo loco] Quare autem primus locus non sit ambigendus probat ex tribus. ¶ Primo ex cōparatione dignioris [ne forte honoratior te sit inuitatus]. Honoratior est q̄ dignior est maiori honore. Talis v̄o est virtuosior. Et ideo quilibet quantumcunqz dignitate polleat habeat incitatatiuuz fugiendi honorem. si attendat q in congregatione potest esse aliquis eo honoratior. Non enim dignitati debetur excellentia honoris. nisi quia ipsa attestatur virtutis excellentia ¶ Secundo hoc idē probat. quia locus sublimis indigno non est stabilis sed inde eijcitur. [Et veniens is qui te et illum inuitauit dicat tibi. Da huic locum]. Hoc sepe euenit qui se putabat dignum honore eijcitur a sua cogitatione et alij traditur. Similiter qui se putabat tenere primū locuz eijcitur. quia ostenditur alter esse in illo loco. Sicut legitur ī vitis patrum de vno mercatore atqz duab⁹ mulieribus prelatis cuidā heremite Similter in vita eterna qui se putat ibi magnum inueniet aliquem se maiorē. Sicut legitur de heremita cui ostensum fuit q premium beati basilij habitur⁹ esset. ¶ Tertio hoc idem probat ex confusione que sequitur. [Et tunc incipias cum rubore nouissimum locū tenere]. Hoc legitur de lucifero dicente Esaie. xix. Super astra celi exaltabo solium meum. q cū confusione et ignominia sit ad infernum detractus. ¶ B Nota q inter īuitatos ad conuiuiū multi confusionem patiunt̄ ex diuersis causis. Aliqui propter defectum puritatis conscientie. Aliqui ꝓpt̄ defectum pietatis. Aliqui propter defectum charitatis. Aliq̄ ꝓpter defectum humilitatis. Ad duo prima possumus referre qd̄ legitur Matth. xxv. de fatuis virginibus q acceptis lampadib⁹ non sumpserunt oleum secū. Per oleū qd̄ lucet et suaue est intelligitur puritas cōscientie que habet q̄ndaz suauitatem. Et quia oleum supernatat alijs liq̄ribus per oleum designat̄ pietas que eminet respectu aliarum virtutum. Illis qui sectātur humanam laudē. non habentibus puritatē conscientie clausa erit ianua sponsi. et eis pulsantibus dicetur. Amen amen dico vobis nescio vos Similis confusio fiet his qui misericordes non fuerunt. Non enī misericordiā consequentur Ad hanc confusionem potest referri illud Matth. xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternuz. Esuriui enim ⁊ non dedistis mihi manducare ꝛc. Ad tertiū ꝑtinet illud Matth. xxij. Amice q̄modo huc intrasti non habens vestē nuptialē. Et subditur. Ligatis manibus ⁊ pedibus proijcite eum in tenebras exteriores. Vestis nuptialis charitas est Ad quartum pertinet quod hic dicitur. Tunc incipiet cum rubore nouissimuz locum tenere. ¶ Tertio ostendit quid sit obseruandum ei qui vult acquirere honorē. quia debet humilia de se sentire [Sed cum vocatus fueris. vade et recūbe in nouissimo loco]. reputās te esse in omnibus in imo merito. et si forte excellentior dignitate et nobilitate originis. Ecc̄i. iij. Quanto maior es humilia te in omnibus. Et tria adducit propter que nouissimus locus est eligendus. Primū quia ex hoc habetur gratia amicicie [vt cum venerit qui te inuitauit dicat tibi Amice] Vere amice. quia amici familiares in domo se humiliant ⁊ si velint honorari dicūt nequaq̄z sed honorent̄ alij quoniā ego d̄ domo sum. Secundum est consecutio loci dignitatis [Ascende supius] quia te humiliasti. quia etiā amicus. Prouerb. xxvj. Melius est vt dicatur tibi. ascēde supi⁹. q̄z vt hūilieris corā p̄ncipe Tertiū est honoris glia q̄ seq̄t̄ dignitatē [Tūc erit tibi glia] honoris [corā sil̄ discūbētib⁹] tū q̄z hūilis. tū q̄z amic⁹ p̄ncipis. tū q̄z alto g̃du sblimat⁹ ¶ Et nota q dñs nō intēdit h dicere quō acq̄rere debeam⁹ hūanā gliaz. sz exēplo acq̄rēdi gloriam istā humanā docet nos acq̄rere gliaz celestem. Ita q sic hūilitas ē necessaria ei q̄ cupit ex

altari honore ecclesiastico aut honore glie. Et differentia est. Quia quicunq; se humiliat vt exaltetur ꝓmotione ecclesiastica peccat. Eccl.xix. Est qui nequiter se humiliat scz vt exaltet & interiora eius plena sunt dolo. Est enī falsa humilitas in qua latet immunda supbia Qui vō se humiliat vt exaltetur donis gratiarū in ꝑmio glie habz rectā intentionē. quoniā vt dicit Hieronymus. Sancta supbia est vtutes appetere Quarto assignat rōem dicti. quantū ad omnia predicta. Et primo quare qui discubuit in primo loco inde eijcitur. ⌊Quia omnis qui se exaltat humiliabitur⌋ Cuz enī honor non sit in honorato sed in honorante oportet vnū quēq; nō a se sed ab alio exaltari. quia si aliquis seipsum voluerit honorare quātūcunq; vtutibus abūdet ab alio non expectet honorē. quia hoc ipsum q puertit naturā honoris facit eum indignū honore. Deinde addit causam quare exaltat q̄ nouissimuz eligit locum ⌊et qui se humiliat⌋. Cuius humilitatis quattuor sūt rami. Uersus. Spernere mūdum. spernere nullū. spernere se se. Spernere se sperni. sunt bis duo dona supni. ⌊Exaltabitur⌋ Nulla enī virtus digna exaltari dicit nisi humilitas sola Prouer.xxij. Sapiētia humiliati exaltabit eū vt caput eius in medio magnatorum illū sedere faciet.

Sermo de eadem dominica CCCCX.

Amice ascende supe rius ⌊Luce.xiij. Cū amicicia ꝓprie sit inter equales ꝑm phm. viij. ethicoruz hinc est q si amicicia inter psonas inequales esse debeat. oportet ꝑm Tullū q fiet exequatio sublimioris inferioris vt videlicet ex pte superioris sit dignatio hūiliationis. et ex pte inferioris dignificatio sublimatōis Cū igit̄ deus infinitū excellat animū. si inter eos debeat esse ratio amicicie. ex pte dei erit maxima dignatio et ex pte aīe maxima dignificatio Et hoz vtrumq; implicat verbū assumptū vt sit verbū ipsius dei ad animū ⌊Amice ascēde supius Amice inq̄z⌋ O quāta dei dignatio q creatoz creaturā. dñs suū habere dignat amicū ⌊Ascende supius⌋. Magna prorsus sublimatio aī q ascendit ad deum Igit̄ in vbis ꝓpositis duo denotant Primū est dei ad animū affectio singularis. Secundus est animi ad supna ꝓuectio salutaris. Primū ondit diuine dignationis magnitudinē. q videlicet dignat animū habere amicū. qō notat cū dr. ⌊Amice⌋ Phil.ij. Humiliauit semetipsum formam serui accipiens. videlicet vt ve inter omēs posset esse ratio amicicie. Secundū arguit cōditionis animi rectitudinē qua naturaliter habet ascendere ad suū principiū. qō innuit in eo q dr. ⌊Ascende supius⌋. Numeri.xxvij. Ascende in montē abarim. i. in transitu. q ascēsus quo mēs cōsurgit in deū pro statu huius vite nō est nisi in quodā transitu. Et in hoc ascensu pficit rectitudo animi de qua est mentō in sermone dominice p̄cedentis. & hic fit ꝓsecutio Circa primum est considerandū q vere amicicie quadruplex ē effectus Primus est secretoz reuelatio. Unde dicit Tullius in libro de amicicia. Quid dulcius q̄z habere cū quo oīa loqui audeas vt tecuz. Et hūc effectū amicicie christus oñdit discipulis suis dicēs Joh.xv. Vos autē dixi amicos. quia q̄cūq; audiui a prē meo nota feci vob. Secūs mutui cōuictus coīcatō. Uñ phs. viij. & ix. ethi. dicit q oēs amicicie in coīcatione sunt. Et idē dicit q multas amicicias non appellatio dissoluit Sic christus cū discipulis suis cōtinue in conuictu coīcabat vt patet discurrēdo ꝑ totū euāgelium Tertius est voluntatum coformatio seu vnio. Quia ꝑm Tullū amicoz̄ est idem velle & amicus est alter idē. q vt dicit amicicia sic amicoz̄ aīmos cōmiscet. vt efficiat pene vnū ex duobus. Uñ christus dixit discipulos Joh̄. xv. Vos amici mei estis si feceritis q̄ p̄cipio vobis. Quartus ē mutua cōpassio. Uñ tullius Quis esset tantus fructus in rebus pspis q̄z si haberes amicum qui de illis eque vt tu ipse gauderet. aduersas etiam ferre difficile esset sine illo qui illas grauius q̄z tu ferret. Hinc christus Joh.xv. Maiorem hac dilectionē nemo habet q̄z vt animaz suam ponat quis pro amicis suis B Sed q ꝑm philosophū. viij. ethicoz. amicicia conseruatur ꝑ analogū. id est. proportionē restitutionis debite pro acceptis vt videlicet amās reamet & sic de similibus. Et quia christus amicicia se habere ad nos ostendit quattuor modis predictis. & nos debemus eisdem effectibus proporcionabiliter amicicia rependere Debemus enī primo ei secreta nostra reuelare per peccatorū nostrorum nudam confessionē. Licet enī sibi nota sint abscondita cordis ꝑm psal. Debet tamē homo ei peccata sua in cōfessione coram sacerdote reuelare. ac si ea nesciret vt possit dicere cum propheta. Delictum meum cognitum tibi feci & iusticiam meam non abscondi Dixi confitebor &c. Et sequitur Et tu remisisti impietatem peccati mei. Eo enim ipso peccatuz nostrum a deo remittitur quo ei p cōfessionē reuelatur. Itē debemus ei secreta agendoz̄ priusq̄z aliquid agamus reuelare Juxta illō Thobie q̄rto. Pete a deo vt

vias tuas dirigat. ⁊ omnia consilia tua in ipso permaneant. ¶ Secundo debemus ei p conuictum cōmunicare. p sanctas meditatiōes. p bonas operationes. p deuotas orationes. vt tota vita nostra dirigat̄ ꝑm exempla vite christi. et sic et in conuictu cōmunicabim⁹ put ipse dixit Jo. xiij. Exēplū dedi vobis vt quēadmodū ego feci ita ⁊ vos faciatis. Tota enī vita christi in terris per hominē quē gessit disciplina morū fuit vt dicit Augustin⁹ in de vera religione ¶ Tertio debemus nostrā voluntatē sue voluntati ꝓformare. Si enī amicicia moralis ꝺ qua locuti sūt philosophi ita cōmiscet animos amicorū vt ex duobus pene vnū efficiat vt dictū est. multo fortius hoc facit amicicia vere charitatis que voluntatem nostrā diuine voluntati conformauit. imo etiā in illam totaliter trāsformat ꝑm illud. j. Cor vj. Qui adheret deo glutino scz vere amicicie q̄ est per charitatē vnus spūs ē cum eo. Quia ꝑm Augustinū. Amor ipsos amātes vnit ⁊ ex duobus vnum facit ¶ Quarto debemus compati sue sacratissime passioni. Si ei amic⁹ cōpatitur amico ꝓ seipso patienti. quāto nos cōpati debemus amico nostro christo nō ꝓ se sed p nobis sustinenti. Talis amicus fuit aplus cum dicebat Gal. ij. Christo cōfixus sum cruci. Ex mīti ꝺ tāta christi ad nos amicicia in ḡti sibi ñ cōpatiuntur prout cōqueriť Hieronymus sup matheū dicens. Omnis creatura cōpatitur christo morienti. sol obscurat̄. terra moueť. petre scinduť vela templi diuiduntť. sepulcra aperiuntť. sol⁹ miser homo ñ cōpatiť. p quo solo christ⁹ patiť ¶ Nō solum debem⁹ sue passioi cōpati imo etiā debemus p ipso libēter pati. Sic fecerūt apli de qb⁹ legit Actuū. v. Qui ibāt gaudētes a cōspectu cōcilij quoniā digni habiti sunt p nōie iesu ꝓtumeliam pati Ex q̄ ꝓbati sunt veri fuisse amici christi. Unde de eis legit in sermone ⁊ cātat ecclesia. Isti sunt triumphatores ⁊ amici christi q̄ ꝓtemnentes tussa ꝓncipū ꝛc. Quecūq; igit̄ est tal⁹ ia recte a sponso in cāticis vocat̄ amica. Cui dicit Can. ij. Surge ꝓpera amica mea. Qꝺ cōcordat cum eo qꝺ hic dicitur. Amice ascēde supius.

¶ Subsermo CCCCXI. A

Bcende superius.

Uiso de magnitudine diuīe dignationis qua de⁹ animū amicū vocare digť Sequiť videre de rectitudine hūane sublimationis. q̄ anim⁹ surſū erigit̄ ⁊ ad supna eleuat̄ Cui apte dicit̄ ⌊Ascende supius⌋ Circa q̄ duo ꝓsideranda occurrūt. Primū in qbus rectitudo ai attendat̄. Secundū p que huiusmodi aī rectitudo ꝓficiatur ¶ Quantū ad ꝑmum sciendū q rectitudo animi attendit̄ in tribus ¶ Primo in sinderesis sursum fixione. Est ei sinderesis vis animi sp nata figi in supioribus. naturaliť stimulās ad bonū ⁊ abhorrens malū. Et ꝑm istā vim nūq̄ contigit animū errare nec peccare. Unde ꝑm eam apte dicit̄ animus esse rectus. Et quidam appellant eā scintillā aīe. vel potius ꝑm eos scintilla diuine nature in aīa vt diceť in q̄stione. Et ex ista naturali rectitudine aī est q̄ omne peccatum portat secum penā suaz ab intra in animo etiā si nunq̄z pena exterior infligat̄. Unde Gen. iij. ꝺ. Vtanim in foris⁹ peccatū aderit. id est. pena peccati. Et hoc est qꝺ dicit Aug⁹. j. cōfes. Justisti ꝺñe et sic est vt pena sibi sit oīs inordinatus animus. Et Seneca epla. lxxxvij. Magnus scelerū supliciū in ipsis est. statim puniunť duz facta sunt. imo ꝺū fiūt. Sic et econuerso rerū honestarū ⁊ actuū vtuosoz in ipsis ꝑmiū est. ¶ Secundo rectitudo aī attendit̄ in supioris rōis sursum erectiōe. Rō enī in nobis diuidit̄ in duas portiones. s. inferiorem ⁊ supiorez ꝑm Augustinum. Inferior habet intēdere tpalib⁹ disponendis ⁊ gubernādis ⁊ accipit rōnes ꝑm leges hūanas. Supior vꝺ portio diuis ⁊ supnis ꝓspiciendis ⁊ cōsulendis adherescit. ⁊ accipit rōnes p leges eternas ⁊ diuinas. ⁊ est vna eaḋēq; potētia aīe distincta ꝑm diuersa officia Et ē hec potētia intellectiua aīe. ⁊ dicit appetitū intellectiuū regulatum a rōe. ⁊ sic ꝓsupponit cognitiōz intellectiuaz. Et quoniā nature aīe nostre inditū est vt p portionē supiorē rōis sursū erigat̄ ad supna ꝓspicienda ⁊ appetēda quātū ad ꝺ anim⁹ ꝺ. eē rect⁹ ⁊ erect⁹ i q̄ apparet nobilitas boīs ꝑ ceteras aīalib⁹ In cui⁹ signū natura dedit ei staturā erectā cum in omnibus alijs aīalib⁹ sit statura incuruata ad terram. ¶ B Et si querat̄ vnde boī illa natura q̄ aliquid sit in eo erectū ad supna ꝓspiciēda potest dici q̄ hoc ꝺ. est q̄ hō creat⁹ est ad imaginem dei. videm⁹ enī q̄ imago in speculo sp se cōuertit ad id conspiciendū cuius est imago. et si imago in speculo esset nature intellectualis naturaliter tenderet per appetitum in suū ꝓncipium. Sic in ꝓposito est de imagine dei in animo. Et hoc est q̄ ꝺ vult proclus ꝓpositione. xxxj. Omne procedens ab aliquo conuertitur ad illuda quo procedit. q̄ ꝺ intelligendum est intellectualiter et cognitiue in habentibus virtutem intellectiuam. vt ipse subdit ꝓpositione. xxxix. ¶ Tertio rectitudo aī attēdit̄ in dei naturali dilectōe. Hec enī rectitudo naturaliť cōplantata aīo q̄ diligat deū super oīa. etiam super seipsuz.

et boc dilectione beneplacẽtie qua diligitur bo/
num simpliciter qđ in deo reperitur per essẽtiaz.
in alijs p participationẽ. Unde bonũ diuinum
est ratio diligendi omne aliud bonũ. Et quia in
isto bono qđ deus est nullus potest habere dis/
plicentiã. hinc est q de⁹ nõ potest ñ diligi hac di
lectione cõplacentie in vniuersali. In bono aũt
pprio ⁊ pticulari potest homo habere displicẽ/
tiam ppter malũ aliqđ admixtũ sicut patet in
illis qui se occidunt. vt dicit. iij. ethicoꝝ. qbus ma
la ⁊ dura opata sunt. ⁊ ppter malicia ⁊ duriciaz
fugiunt ⁊ odiunt viuere. ⁊ interimũt seipos. Et
sic tali dilectione anim⁹ naturaliter etiã i statu
nature corrupte deũ sup omnia diligit. ⁊ p⁹ deũ
seipsum. Dilectiõe vero naturali amicicie vl' be
niuolentie. ppte nõ diligitur de⁹ quia amicicia
cum requirat quandã equalitatẽ nõ debet deo
sed aliquid melius vt laus. latria. ꝛc. Similit de
beniuolentia qua aliquis vult alteri bonũ sic et
sibi. Tale aũt bonũ nõ debemus deo velle. sed
aliquid maius. Et sic loquendo ppte de dilecti/
one amicicie ⁊ beniuolẽtie. non diligitur de⁹ na
turaliter super omia. sed aliquo superexcellẽt na/
turaliter diligitur sup omnia scz diligendo dile/
ctione amicicie in deo bonũ qđ ipse est plus q̃z
in seipso q ipse. ⁊ plus quia dei bonũ est ita q si
oporteret alterutr̃ ipsoꝝ detrimentũ pati pon⁹
vellet detrimentũ boni qđ ipse est q̃z qđ dei est. ⁊
plus se opponeret inferẽti nocumentũ bono qđ
deus est q̃z bono qđ ipse est. et plus optaret sal/
uari bonũ qđ deus est. q̃z bonũ qđ ipse est. Et si
milter dilectione beniuolẽtie diligit sup omnia
scz volendo deo ⁊ appetẽdo omia bona ⁊ potio/
ra q̃z sibi p̃m modũ iã dictũ. ⁊ ppter istã triplicẽ
rectitudinẽ naturaliter inditã animo bene dicit
Eccl. vij. Deus fecit hominẽ rectũ. ¶ C Circa
quod potest queri quid sit illud ī aĩo qđ dr rectus
an sit de natura aĩ aut aliqđ excellentiꝰ. Et eadẽ
questio est de magnitudine animi. de q̃ supra p̃/
mone p̃cedẽti. ¶ Ad B dixerunt quidã q est qđam
scintilla diuine nature. Dicũt enĩ q in aĩa est ali
quid qđ est increatũ ⁊ increabile. ⁊ si tota aĩa esz
talis tota esset increata ⁊ increabilis. Et q istud
oporteat ponere pbãt dupliciter. Primo quia
nihil creatũ deũ pfecte capere potest. sed aĩma nrã
est capax dei. ⁊ in ea p̃m sanctos ponit imago dĩ
quare oportet in aĩa nostra ponere aliqđ magꝝ
intrinsecũ ⁊ altius sine mẽsura ⁊ sine modo q̃z
sit natura anime creata. Secũdo q̃ experimur
aliquid in nobis qđ nõ claudit locus neqz tps.
cui ita pñs est istud qđ est vltra mare. sicut qđ ẽ
hic presens oculis. ⁊ qđ hic fuit ante mille ãnos
sicut quod est nunc. Et quia soli deo cõpetit eẽ
vbiqz qui omni tempe ⁊ eodẽ modo est presens
quare oportet ibi ponere aliquid qđ sit nature
diuine. Sed si istud dictũ intelligatur sic sonat.
q aliquid anime sit. puta potentia vel vis vel ali
quid ptinens ad naturã aĩme. qđ sit increatuz ⁊
increabile. sic est dictũ mortiferũ et plenũ hereti
⁊ a papa Johãne. xxij. damnatũ. Nihil enim sub/
stantie dei intrat essentiã aĩme vel cuiuslibet cre
ature. quia tunc deus esset transmutabilis. sed
ipsa aĩma nostra tota pure creata est a deo. Nec
mortua eorum aliquid valent. Primũ non va
let. quia non ponitur a sanctis imago dei in ani
ma nostra p̃m representationẽ pfectam. sed solũ
p̃m quandã similitudinẽ valde tamen deficien/
tem. Unde Augustinus. Dicamus inquit in
mente nostra imaginem trinitatis sed exiguã ⁊
qualemcũ q̃z esse. que summe trinitatis ita gerit
similitudinẽ. vt ex minima parte sit dissimil' Se
cundum etiã non valet. quia anima vel intelle/
ctus noster non est vbiqz ex eo q intelligit illud
quod est vltra mare. Non enim anima nostra
est vltra mare. sed obiectũ quod est vltra mare
habet speciem suam in fantasia vl' intellectu no/
stro. vt dicit Augustinus. x. confessionum. x. ca/
pitulo. Unde potius illa res est presens anime.
q̃z anima rei. nec hec est presentia realis sed inten/
tionalis p̃m Augustinũ ibidem. Patet ergo q
ille sensus est omnino erroneus. Si tamen intel/
ligatur q aliquid diuinum sit ī aĩma p̃m modũ
quo animus ⁊ creatura quelibet dicitur partici
pare diuinam naturã. et eo perfectius animus
quo eminentior ceteris. vel p̃m modum quo de
us dicitur esse in qualibet creatura per presenti/
am. potentiam. et essentiam. vel etiaz p̃m modus
quo deus est in animo per gratiã eleuando ani
mam ad dei conformitatẽ seu consortium natu
re diuine. sicut dicitur scda Petri. j. Maxima ⁊ p̃
ciosa nobis donauit promissa vt per hec efficia/
mini diuine consortes nature. Secõm hunc tri/
plicem intellectum sane potest dici esse aliquid
increatum ⁊ increabile in aĩma. nec de natura
ipsius anime vt ipsi volunt. ¶ B Sed veni/
endo ad moralitatẽ sciendum q licet rectitudo
animi quantũ ad tria predicta sit ⁊ maneat nũc
etiam in statu nature corrupte. Est tamen per
peccatum non modicum obliquata ⁊ curuata.
Tinderisis enĩ ⁊ si non extincta nec extinguibil'
ex toto. debilitata tamen est ⁊ remissa q non taz
efficaciter stimulat ad bonum. ⁊ remurmurat
malo quam difficilis sit homo ad bonum ⁊ faci/
lis ad malum. Cuncta enĩ cogitatio cordis hu/
mani prona est ad malũ omni tempe. vt dicitur
Gene. vj. Ratio etiã superior sepe subuertit a

rectitudine sua ex suggestione inferioris ratōis seducte a sensualitate. Sicut enī a serpente seducta mulier persuasit viro porrigendo ei pomuz sic a sensualitate portio īferior seducta porrigit illecebram supiori rationi. que si consentit tunc est damnabile et graue peccatū Dilectio etiam naturalis dei valde est impfecta. ita q̄ multi etiam in se eā nesciunt expiri. Oportet ergo rectitudinem hmōi animi vetustate peccati obliq̄tam nouitate gratie reformari. Et hoc petijt propheta in p̄s. Spūm rectū innoua in visceribꝰ meis quasi diceret. Spūm rectū. id est animū natura rectum creatū sed peccati vetustate obliquatuz innoua scz per grām. in visceribꝰ id est in viribꝰ meis. ¶ E Possumꝰ aūt dicere q̄ rectitudo triplex animi p̄dicta innouat̄ et pficit̄ p tres virtutes theologicas q̄bus rectificari habet aīmus ¶ Nam p̄mo rectitudo sinderesis innouat̄ ⁊ pficitur p fidem. qua intantū animꝰ roboratur. vt nullis aduersitatibꝰ seu tēptationibꝰ possit a bono v̄tutis auelli nec ad malū aliq̄d contra diuinum honorē impelli. Unde dicit̄ Hebreoꝝ. ij. Sancti p fidē vicerunt regna. Propter q̄d idez apostolꝰ docet nos assumere scutū fidei in quo possimꝰ ōnia tela nequissimi ignea extinguere Et hoc expimentaliter apparuit in sanctis martyribus qui fide armati oīa tormenta et minas tyrannoꝝ vicerunt Hanc rectitudinē habuit Job de quo dicit̄ Job. j. q̄ erat simplex et rectus. Ubi dicit Gregoriꝰ. Quisquis eternā patriam appetit simplex et rectꝰ viuat. simplex ope rectus fide simplex in bonis q̄ inferius peragit. rectꝰ ī summis que ī intimis sentit. Et quia p hanc rectitudinem fidei rectificat̄ sinderesis ad p̄secutionez boni et fugā mali. Ideo apte sequit̄ q̄ erat timēs deū in actione boni. et recedens a malo in fuga peccati. s̄m Gregoriū. Et quia idē vir sanctꝰ habuit sinderesim sic rectificatā p fidem. Hinc est q̄ ipse omnes aduersitates ⁊ temptatiōes v̄tute animi fortissime vicit ¶ Rectitudo etiā superioris rōnis innouat̄ ⁊ pficit̄ p spem. qua mens sic in bono diuino infigit̄ ⁊ firmat̄ vt nullis passionibus aut sensualitatis impulsibꝰ possit sb̄uerti. nec appetētia supnorū ad hec caduca deflecti Quia vt dicit Gregoriꝰ. vj. moral̄. Spes ī eternitatem animū erigit. et ideo nulla que exterius tolerat sentit Et hinc est q̄ nō nulli sancti martyres dolores suppliciorū nō senserūt. imo eis dulces fuerūt. vt legit̄ de scō stephano et laurētio. ⁊ pluribus alijs. quia videlicet rō superior p spei efficaciam sic fuit fixa ⁊ suspēsa in deo q̄ p redūdantiam delectatiōis mentalis in vires inferiores dolor absorbebat̄. Unde s̄m Augustinum. Spes dicit̄ esse quedam prelibatio celestis gaudij. cui cōcessum est intrare ortū paradisi et inde auferre flores ⁊ aromata. q̄bus p̄sentis aduersitatis amaritudines dulcorent̄. De ista rectitudine animi dicit̄ Prouerb. ij. Qui recti sunt habitant ī terra scz viuentiū. In qua terra isti recti ⁊ erecti p spem. nūc habitāt mētali scz inhabitatione p certitudinē spei In futō aūt habitabūt ibi p expientiā rei ¶ Rectitudo etiā naturalis dilectionis dei pficit̄ p charitatē. Quia s̄m Augustinum Charitas est actus rectitudinis oculos semp habēs ad deū. In hoc enī dilectionē naturalem exupat ista dilectio deliberatiua informata charitate. qz videlicet ista ī omni actiōe semp habet oculos intētionis ad deū actualit̄ vl̄ habitualiter. secꝰ de illa. Unde ex ista dilectōe charitatiua opa nrā fiūt meritoria ⁊ deo accepta ⁊ absq̄z ea nullū opus est pficuū. Juxta illud. j. Coꝝ. xiij. Si distribuero omnes facultates meas in vsus pauperꝝ. ⁊ si tradidero corpꝰ meū ita vt ardeam charitatē aūt nō habuero. nihil mihi pdest. Unde Augꝰ. de doctrina christiana. Charitas sola est que vincit oīa. ⁊ sine q̄ nihil valēt oīa. et q̄ vbicūq̄z fuerit ad se trahit oīa etiā ipsum deū. Nec mirū. qz ipsa est q̄ animū diuīe volūtati omnimode subijcit. ac per hoc deuz de celo trahens ⁊ animum de terra eleuans. deū in animū descendere ⁊ animum in deū ascendere facit. s̄m Hugonem. Et de hac rectitudine animi dicitur Cañ. j. Recti diligunt te. Hec autē omnia ad rectitudinem animi pertinentia tangit Gregorius. j. moralium sic dicens. Rectus inquit est qui aduersis non frangitur. quantū ad primū. qui ad temporalia non inclinatur. qui ad superna totꝰ erigitur. quantū ad secundū. qui diuine voluntati humilis subijcitur. quantū ad tertium. Quam rectitudinez nobis cōcedat iesus christus

¶ Expositio euāgelij dominice decime septime post pentecosten.

CCCCXII.

Accesserunt ad iesū pharisei. et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor temptans eum. Magister. quod est mandatum magnum in lege. Ait illi iesus. Diliges dominum deum tuuz ex toto corde tuo. et ex tota anima tua et ex tota mente tua. Hoc est maximū et primū mandatū. Secūdū aūt sil̄e est huic. Diliges p̄ximū tuū sic teipsū. In his duobꝰ mādatis tota lex pēdz et p̄phe

A Consueuerunt interdū sophiste ab aliquo magistro aliquid temptatiue querere. magister autē reddita sufficienti respōsione plerq3 solet illos de questione alia interrogare In cui9 responsione dum illi deficiūt cū rubore ⁊ confusione recedunt. Sic factū fuit in proposito p̄sentis euangelij. Ubi pharsei christum de vna questione temptauerunt. qui dato irrefragabili rn̄so eos de alia questione interrogauit ad quam cum respōdere non possent confusi abierūt nec amplius eū interrogare presumpserunt. ⁊ de h̄ est p̄sens euangeliū. Qd̄ diuidit̄ in duas partes p̄ncipales. s̄m q̄ in eo due questiones mouent̄. Primā questionē mouet phariseus domino. Secundā domin9 phariseis. Ibi. [Congregatis autē] Circa primū quattuor facit Primo premittit accessum phariseorū ad christum. Accesserunt ad iesuz pharisei. Accesserunt quidem congregati in vnū s̄m Chrysostomum. vt multitudine vincerēt quē ratione superare non poterant a veritate nudos se esse professi sunt q̄ multitudine se armauerūt. dicebant enim apud se. vnus loquatur p̄ nobis omnibus et omnes loquamur per vnū vt siquidē vicerit vnus omnes videamur vicisse. Si aūt victus fuerit vl̄ solus videatur cōfusus. Accesserunt ergo ad christum non amicicie causa. non amore sed odio vt temptarent. nō vt instruerent̄. p̄s. Prīcipes conuenerunt in vnū aduersus dominum ⁊ aduersus christū eius. Nos autē nō sic sed accedamus ad eum vera fide. quia accedentez oportet credere. Hebreor. xi. p̄s. Accedite ad eum ⁊ illuminamini. Secundo ponit̄ p̄uersa querentis intentio. [Et interrogauit eum vnus ex eis] pharise9 ⁊ nihilomin9 legis doctor in quo ostēditur duplex interrogātis autoritas. tum quia phariseus vita probat9. tū quia legis doctor magisterio honeratus [temptans eū] In hoc derogat sue p̄fectioni. quia nec vir sanctus nec doctus quēq3 debet temptare. videt̄ tamē q̄ non q̄sierit hic causa temptādi cum domin9 Marci xij. cōmendet euz dicens. Non longe es a regno dei. Ad q̄d potest dici q̄ qui tēptans venit potuit fieri vt responsione domini correctus sit vt dicit glosa Vel temptatio nō est mala quasi volentis decipere. sed causa volentis amplius experiri ignotum. Vel potest dici q̄ iste malus p̄seuerauerit. ⁊ illud Mar. xij. sic intelligit̄ Non longe es a regno dei quātum ad noticiā legis p̄ cuius spiritualem obseruantiā est iter ad regnum dei Chrysostomus non longe monstrat adhuc distantē Et nota q̄ istud est antiquū vicium iudeorum procedens ex ambiguitate fidei. semp̄ enī temptauerunt deum. psal. xciiij. Temptauerūt me patres vestri. sic et christū multipliciter temptauerunt. Et primo quidē diuinitatē Matth. iiij. Si filius dei es mitte te deorsuz. Et Matth. xxvij. Si filius dei est descendat de cruce. Item temptauerūt ipsius potentiā. Matth. Querebant ab eo signum temptātes eum. Item tēptauerunt eius sapientiā. Sicut hic. iij Regum. iiij Venit temptare eum in figuris et enigmatib9. Item temptauerūt eius clementiā. Joh. ix. Cuz obtulerunt ei mulierē in adulterio deprehēsam Item tēptauerūt eius iusticiā. Si liceret cēsum dare cesari. Matth. xxij. Item temptauerunt zelum ipsius ad legem Matth. xix. Si licet homini dimittere vxorē Que temptatōes fecerūt eos imitatores diaboli qui primus temptauit christum ī deserto. Eccī. xviij. Noli esse quasi homo qui temptat deū Tertio ponit̄ interrogatio. [Magister] Magistrū appellat cuius n̄ vult esse discipulus. forte ad cautelā sophisticā. quia aliquādo interrogās ante interrogationē collaudat respondentē vt facilius decipiat. [Qd̄ ē mandatū magnum in lege] Chrysostom9. De magno inquit mandato interrogat qui nec obseruat minimū. ille debet interrogare de maiori qui iam min9 impleuit. B Nota q̄ quattuor ex causis p̄posuerunt q̄stionē hanc. Primo vt ex respōsione eum legis transgressorē conuincerent. Notū est enim omnib9 p̄cepta p̄me tabule maiora esse secūdis p̄ceptis. In p̄ma v̄o tabula tria p̄cepta sunt de q̄bus erat dubiuz q̄d illoꝝ esset mai9. Si enī christ9 dixisset. quoniaz mai9 est omnib9 p̄mū scz. Non adorabis deos alienos. obiecissent. quia veniēs hierosolymam diuinos honores suscepat. Si v̄o secūdū preceptum dixisset. maius esse. s. Non assumes nomē dei tui in uanū. id est. nullā creaturā que vanitati subiecta est deum appelles. illi obiecissent. quia filium dei nominabat se. cum esset homo Si vero tertium mandatum de obseruatione sabbati respondisset maius esse obiecissent. q̄ non custodiuit sabbatū. Secunda causa quare proposuerunt hanc questionē vt eum ostenderent ignorantem. Nam vt dicit Origenes. diu apud eos hec questio versabat̄. quibusdam preferētibus vnum mandatum. alijs vero aliud. quācūq3 autem christus tenuisset opinionem. videret̄ opinantibus contrarium ignorans. Tertia causa est vt in dubio aliquam haberent certitudinem. Quarto diuinit9 factum est vt istius questionis determinatio illi reseruata esset. qui cum sit lator legis. suorum preceptoruz nouit g̃dus et ordinem. Ipse eniz scit quod preceptum

voluit obligatuū magis esse. ꝛ ideo ipsi⁹ interpretari est qui condidit legē. ¶ Quarto ponit christi rsp̄sio. In qua quinq; facit. ℙrimo premittit p̄ceptū de diligendo deū. [Ait illis ihesus. Licet vn⁹ interrogaret. omnib⁹ tamē rsp̄ondit sciens omnes interrogare p vnū. [Diliges dn̄m deū tuū] Cuius exposition̄ habes supra in expositione euangelij dn̄ice. xj. Beati oculi. Et in sermone hic sequēti. ¶ Secūdo addit huius dilectionis modū ꝛ formā. [ex toto corde tuo ꝛ ex tota anima tua ꝛ ex tota mēte tua]. Aug⁹. i quodam sermone Totū exigit te. qui totū fecit te. sed noli tristis esse sed quasi vnde gaudeas remaneat in te. Ex hoc enī diligis totū te. quia diligis deum ex toto te. Item non dicas. Nunquid non amabo primū. ℙroximus enī in deo diligendus est. Fons amoris debet nasci i alto vbi deus primo amet et inde amor ad alios deriuet. Item Augustin⁹ in libro confes. loquens dño. Beatus inquit qui amat te. ꝛ amicos in te. et inimicos propter te. solus enī nullū corū amittit. cui omnes cari sunt in illo qui non amittit. Et ideo debes diligere deum ex toto te. qui fēcte totum. glorificabit totū. prouidet toti. Et ad hoc monet te totus mūdus. Item Augustinus i libro confes. Domine celum ꝛ terra mare et omnia que in eis sunt dicunt mihi vndiq; vt amez te. nec cessant hoc dicere omnibus. itaq; vt sint inexcusabiles. Non amat deū ex se toto superbus vel amator vane glorie qui puluerē vane glorie que nihil est deo p̄ponit Job. viij. Si ego gloriam meā quero gloria mea nihil est. Nec voluptuosus qui pro momentanea delectatione eū deserit. Gregor⁹. Momentaneū est quod delectat eternum quod cruciat. Nec auarus qui pro minimo vel pro nihilo eum amittit vt cū pro vendēdis mercibus suis plurimum incurrit. ꝛ quādoq; eas non vendit. ℙrouerb. x. Corimpiorum pro nihilo ꝛc. ¶ C Et notandū q; deus vult diligi non solū affectu sed etiam effectu. p̄ma Joh. v. Hec est charitas dei vt mādata eius custodiamus Joh. Hec est charitas vt ambulemus ꝑm voluntatē eius. Joh. xiij. Si quis diligit me sermonem meū seruabit. Et specialiter vult seruari mandatū de dilectione proximi Johānis. xv. Hoc est p̄ceptū meū vt diligatis inuicem. Joh. iij. Hoc mandatū habemus a deo vt qui diligit deū diligat ꝛ fratrē suū. ¶ Tertio hoc mandatū cōmendat dupliciter a magnitudine ꝛ ordine. A magnitudine quidē. [Hoc est maximū] Maximū. ℙrimo quia nihil maius ab homine potest fieri q; se totū deo det quantum potest. Secūdo quia propter nihil aliud homo ad hoc obligatur. Et quantum ad hoc alia mandata non obligant nisi quatenus deus diligatur eo modo quo dictum est. Tertio quia dilectio dei maxia facit operari. p̄ma Corinth. xiij. Si aliquis loquitur linguis hominū ꝛ angelorum. si efficaciā dei habuerit. si cuncta sua distribuerit. si vlterius tradiderit corpus suū vt ardeat. sine charitate nihil valet. Hec omnia transcēdit charitas ꝛ difficillima facit operari. Vñ Augustinus. Solus amor est qui nomen difficultatis erubescit. Et Hieronymus. Nihil amantibus durum. magnū enī charitas expectat p̄mium. Esa. lxiij. Oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit que preparauit deus his qui diligunt illum. Nulla virtus est q̄ expectat premiū nisi sola dilectio. [Et primū mādatum] ℙrimus est ꝑm Aug̃. non ordine scripture sed dignitate virtutis. quia charitas est p̄ma virtutum sine qua nulla virtus est virtus. Item primū quia deus amor est. ℙrimo enim a nobis requirit. Amor enī ꝑm Augustinū est primū donū. Unde nihil possumus virtutis aut actus donare deo. nisi prius charitatis donum dederimus deo. Itē primū. quia hoc p̄cepto tria precepta p̄me tabule seruant. Ex hoc enim q; diligimus deū toto corde. id est. toto spiritu. non adoramus deos alienos sed vnū deū quē in spiritu adorare oportet. Joh̄. iiij. Ex hoc autē q; diligimus tota anima que est ad imaginē dei. cognoscimus dei nomē nō esse vlle creature attribuendū. Ex hoc autē q; tota mente diligim⁹ vacamus diuinitus. Unde implet p̄ceptū de sanctificatione sabbati. ¶ B Quarto ponitur p̄ceptum dilection̄is primi. Qd̄ primo cōmendat ex ordine ꝛ similitudine ad primū. [Secūdū autē simile est huic] Secundū preceptū est dilectio proximi. quia prius creatorē. secūdo loco nō est nisi creatura. Et est simile p̄mo ꝓpter tria. ℙrimo q; vtrūq; est de dilectione. imo vt dicit Aug⁹. eadē charitate diligit deus ꝛ primus. Item simile est ꝑm Chrysō. q; vnū ad aliud cōsequit. Nam sicut rex in sua imagine honorat. sic deus in homine diligit vt odit. Nō pōt hoīez odire q; deus amat. nec p̄t deū amare q; odit hoīez Jo. xiij. Qui dic̄ se diligere deū ꝛ frēs nō diligit mēdax ē. Item sil̄e ꝑm Hylarū. q; eadē expectat retributionis mercedē. Deinde ponit ipm mādatū. [Diliges primū tuū] Hoc legit Leuit. xix. Aug⁹. j. de doctrina christiana. Nomine proximi intelligitur vel cui p̄bendū est vel a quo nobis p̄benduz est mie officiū. Sācti etiā angli ꝛ christ⁹ ipe pri⁹ noster intelligi p̄nt ꝛ hoīes oēs. Deinde isti⁹ p̄cepti tangit modū ꝛ formā. [Sicut teipsum] Augu

stinus ꝑmo de doctrina christiana. Ad hoc ꝙli bet seipsum debet diligere. vt sic opetur ꝙtenus deum diligat toto corde. tota anima. tota mẽte. ⁊ sic primus diligẽdus est. Vel [sicut teipsum] id est. ex quo affectu te diligis diligas eũ. qz amicabilia que sunt ad alios sumunt mensuraz ab his que sunt ad nosipsos. vt dicit. ix. ethicorum. Eccli. xxxj. Discе in te qui sunt primi tui. Vel [sicut teipsum] id est. ꝓpter id ꝓpter quod te diligis diligas eum. scz ad grãm in ꝑsenti ⁊ gloriaz in futuro. Vel [sicut teipsum] id est. quo ordine diligis diligas illum. scz quia dei imago ⁊ capax eterne beatitudinis ¶ E Quinto ꝟ duo dilectionis mandata cõmendat. [In his duobus mandatis tota lex pendet ⁊ ꝓphete] Ad ꝟ duo totus refert decalogus ⁊ monita ꝓphetaꝝ. Nam tria mandata decalogi ad dilectionez dei ptinent. septẽ alia ad dilectionez proximi. Aliter etiam lex ⁊ ꝓphete pendent in his mandatis. qz ea que lex et ꝓphete ꝑcipiunt quasi in radice fundantur in dilectiõe. Quia ſm Gregoriũ. Nihil habet viriditatis ramꝰ boni opis nisi maneat in radice dilectionis. Videt tamen ꝙ in altero solo horũ mãdatorũ tota lex pẽdeat. ſm illud Hab. v. Omnis lex in vno sermone impleꝛ. Diliges primum tuũ sicut teipsum Roma. xiij. Qui diligit proximũ legem impleuit. Ad qõ dicendũ ꝙ in dilectione primi intelligitur dilectio dei. Qui enim diligit proximũ debite. diligit eũ ꝓpter deũ. ⁊ ita deum magis diligit.

¶ Secunda pars expositiõis euãgelij CCCCXIII

Congregatis autem phariseis. interrogauit eos ieſꝰ dicens. Quid vobis videtur ꝺ christo. cuius filius est. Dicũt ei Dauid. Dit illis. Quomodo ergo dauid in ſpũ vocat eum dominum dicens. Dixit dominus domino meo. sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuoruz. Si ergo dauid vocat eum dominũ. quomodo filius eius est. Et nemo poterat ei respondere verbum. neqz ausus fuit quisquã ex illa die eum amplius interrogare ¶ A Secũda ꝑs buiꝰ euãgelij vbi dñs efficit de respõdente questor. Quesiuit enim ab eis questionẽ vnaz ex cuius respõsione ex cõcesso reduxit eos subtiliter ad semitã veritatis. Et quattuor facit. Primo questionẽ suã querit. [Congregatis autem phariseis] Voluit questionẽ non clanculo sed publice coraz omnibꝰ ꝓponere. [Interrogauit eos ieſus dicens Quid vobis videt de christo] Dupliciter enim errant iudei circa christũ. Primo quidem circa ꝑsonam. Non enim credũt eum fuisse christũ qui venit in mundũ natum ex virgine sed adhuc expectant vẽturũ. Item errãt circa eius naturam. quia non credunt christũ eti am quem expectant esse deum sed purum hominem. De isto secundo errore eos interrogat [Cuius filius est] Hoc ideo forte querit. quia ex quo totam legẽ direxerat ad duo mandata dilectionis tanqz artificiosus legislator vult ostendere christus hec duo mandata reduci in vnuz diligibile quod est christus. Nihil enim diligit tanqz deus et proximus nisi ipse. ¶ Secundo ponitur eorum respõsio. [Dicunt ei. Dauid]. Matth. j. Liber generationis ieſu christi filij dauid. Verum quidẽ dicebant eum esse filium dauid ſm humanã naturam. Sed multo excellẽtius respondit petrus alibi dicẽs. Tu es christꝰ filius dei viui ¶ B Tertio ponit domini argumentatio. [Quomodo ergo dauid in spiritu] scz sancto Quia spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. ij. Pet. j. [Vocat eum dominũ] quod nequaqz liceret si esset filius eiꝰ [dicẽs. Dixit dominꝰ dño meo] id est. pater filio [sede a dextris meis]. Non est deus figuratus. nec habet lineamenta corporis. nec dextrum nec sinistrum. nec tempꝰ conuenit sibi aut locꝰ. cum sit incircũscriptibilis. Sed dextra signat patris potentiã. in qua filius dei sedet. quia equalis est sibi ⁊ ab eo distinctus. [Donec ponam]. Istud donec ponitur hic sicut cũ dicitur. Non cognoscebat eam donec peperit filium suum ꝓmogenitum. [Inimicos tuos scabellum pedũ tuorum] Inimici christi fuerunt angeli peccantes et homines. qui voluerunt sibi vsurpare potentiam ⁊ sapientiã que dei filio attribuitur. qꝰ sub pedibus suis posuit. cum carnẽ assumpsit ⁊ vicit mundũ in cruce. Ante quidem qz carnem assumeret ſm Augustinum. ab eterno sedebat a dextris dei in equalitate patris. sed tamen per incarnationis mysterium fuerunt sibi subiugati inimici eius ratione assumpte nature non sedet a dextris patris. cum minor patre sit factus imo minor seipo. sed ñ ſm diuinitatis naturã nũqz desistit sedere ad dextrã patris [Si ergo dauid vocat eũ dñm] teste scripta [quõ filiꝰ eiꝰ ẽ]. sic rñdistis. Hec. n. duo se ꝓpatiũ videt. Igit oportz eos cõcedere christũ eẽ horiez. qz filiꝰ dauid licẽ cedit. ⁊ nõ tãtum puꝛ horiem sz etiã deum. quia alias dauid non vocaret eum dominuz suum. ¶ Quarto ponitur eorum insufficientia ad respondendum [Et nemo poterat ei respondere

vbus ¶ Ad hoc nō pōt respōderi nisi p distinctō nem dicēdo christū eē deū ⁊ hoiem. Ex inq̄ntuz bō. est fili⁹ abrae ⁊ p cōsequēs dauid. in quantū vo deus. est dñs eius. Cui⁹ mēbra distinctionis quia nec hodie cognoscūt iudei. ō huic ꝓtra argumentatiōi rñdere nō pñt. ¶ Et notādum q̄ ista deductio euidentissime pbat christi diuinitatem cōtra iudeos. arrianos. hebionitas. et nestorianos. ¶ Neq; ausus fuit q̄sq; ex illa die eu amplius interrogare ¶ Sacerdotib⁹ nāq; pus silentiuz impsuerat. postea vero saduceis. nūc vero phariseis. Sed quia illi nō interrogabant neq; disserebāt cū eo causa cognoscende veritatis. alioq̄n videtes eū prudentē in questionibus ⁊ subtilem in respōsionib⁹. amplius animati fuissent eū interrogare. sed cū eo disputabāt vt superarēt eū. quod se videntes nō posse facere. cessauerunt a sermone. ⁊ manu forti post modicū eū ceperunt cōfigentes cruci. Unde glo. interli. Quia confutati sunt verbis apte apprehensum tradunt romane potestati.

¶ Sermo de eadem dominica.

CCCCXIIII

Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo. Matth. xxij. Sicut dicit Hugo super angelica ierarchia ca. vij. Due sunt vires q̄bus aīa deuota ad eterna se extendit ⁊ ad ea aliqualiter attingit. scz intellect⁹ et affectus. Et hec vtraq; vis noie cordis intelligit. Quātū ad ptē affectiuā dicit hic. Dilige dñm deū tuum ex toto corde tuo. Quātū vero ad ptem intellectiuā cor accipit. Mat. v. vbi dicit dñs. Bti mūdo corde quoniā ipi deū videbūt oculo scz intellectuali. Et sic corde diligim⁹ ⁊ corde videm⁹ ⁊ cognoscimus. Ut vbi mens circa diuina versat. req̄rit vt vtrolibet cor sit totū in se recollectū ⁊ vnitum vt videlicet mens toto corde deum diligat et toto corde deum videat vel cognoscat. Primo ergo modo loquendo de corde vt se tenet ad partem affectiuam debem⁹ diligere deum ex toto corde. Quod quattuor modis intelligi pōt ꝑm quadruplicē statū hoīm. ¶ Primi sūt incipientes vel penitētes. hi debēt deuz diligere ex toto corde ita q̄ cor nō sit diuisū seu distractū ad aliqua diuine dilectiōi cōtraria. cum q̄b⁹ dei dilectio stare nō pōt. vt sūt illa que implicāt peccata mortalia. Unde de talib⁹ diligentib⁹ deuz dicit Eccl. iij. Qui diligit deū exorabit p pctis ⁊ cōtinebit ab his. Sic fecit. ps. d. In corde meo abscondi eloquia tua vt nō peccem tibi. Istorū est enim ita totū cor deo cōseruare immaculatum ne aliquod peccatū subiret. Sed quia nō sufficit peccatū nō admittere nisi et desideret bonis opibus insistere. Iō mox adiecit. ps. Bñdictus es dñe doce me iustificatiōes tuas. De alijs autem q̄ se dicūt deū diligere. ⁊ tñ habēt cor diuisū ad caduca dicit Eccl. ij. De duplici corde. Et iterum. Cor ingrediens vias duas nō habebit successus. Quales sūt qui simul volūt diligere deū ⁊ mūdū. Tales nō diligūt deū ex toto corde. Cōtra q̄s veritas dicit in euangelio. Nō potestis deo seruire et māmone Mat. vj. Similiter de diligere. quia si vnū diligit alterū cōtemnit vt dicit ibidē. Et hunc modū dilectionis tangit Chrys. d. Diligere deū ex toto corde ē vt cor nō sit iclinatum ad alicui⁹ rei dilectionez magis q̄z dei. nec delecteris in specie mundi ampli⁹ q̄z in deo. nō in bonoribus. nec in auro vel argento ⁊c. Sed p̄ his oībus deū ames. Et si in aliquo horū amor cordis tui fuerit occupatus. iā ex toto corde nō amas deū. p quātā enī ptē cor tuuz fuerit ad aliquam rem. ptāta ptē minus est ad deū. hoc enīz sine peccato mortali eē nō pōt in dilectione preferre creaturam creatori Ro. j. Et hic est infim⁹ gradus diligendi deum. qui est de necessitate salutis. quia nō pōt esse min⁹. vt videlicet cor deo cōtrariū non admittat. Quia vt dicit Aug⁹ in epla. Nō habet callidus hostis machinamētū efficacius ad tollendā de corde dilectiōem q̄z efficere possit vt in ea etiā incaute ⁊ nō cū ratione ambulet. quod fit q̄n aliquid corde immittit q̄d dei dilectioni cōtradicit. Exemplū in dauid sanctissimo. quē nō est dubium deum dilexisse ex toto corde. Huic cū ad aspectū incautum femine callidus hostis immisisset in cor cōcupiscentiā diuine dilectioni cōtrariā a dei dilectiōe decidit quā tñ postea p penitētiam recupauit. ¶ Secūdi sunt pficientes actiui. hi debēt deum diligere ex toto corde. vt omnes cogitatiōes omnes affectiōes anima verba ⁊ opa sua bō referat ad dei dilectionē. Ita q̄ nihil in nobis sit vl a nobis fiat quod nō actu vel habitu ad dei dilectionē referamus sicut in finem. Unde aplus. j. Cor. x. Sive manducatis sive bibitis vel aliud quid facitis. in gloriam dei facite. Quod implebit cum aliquis vitam suā ad dei seruitiuz ordinat ⁊ p cōsequens omnia que ppter seipsū agit finaliter ordinat in deum. nisi sint aliqua que a deo abducāt sicut pctā. Et ꝑm hoc q̄cūq; homo amat vel agit in deo amet ⁊ agat. ⁊ ea in deuz referat. vt sic ex diuina dilectione deriuent. ⁊ ad diuinam dilectionem referant. j. Cor. vlt. Omnia opa vestra in charitate fiant. Et hic modus diligendi deum dat homini in pcepto Quē admo

dum docet Aug⁹ in de doctrina christiana .d. Deum ex toto corde diligere p̄cipueris.vt omēs cogitatiōes.omnē intellectū.omnē affectum.et omnē vitā tuam in illum cōferas a quo babes ea que cōfers.Quidquid ergo ad diligendū venerit in animū.illuc rapiat quo totus dilectiōis impetus currit. Hec Aug̃. Et iste est scūs modus diligendi deū ex toto corde.7 accipit hic cor put implicat alia duo que addit euāgelista vi̇ licet aiam 7 mentem.Omnia enī illa que p aiaz 7 mētē diuersimode accipiunt.sm diuersos doctores in corde intelliguntur. Nā omnis cogitatō 7 intentio.oīs amor 7 affectio.oīs nostra locutio 7 actio de corde pcedit.testāte dño Mat.xv De corde enī exeunt cogitatiōes male.furta.homicidia.adulteria.fornicatiōes.7 blasphemie ⁊c Similiter 7 bona his cōtraria. Quare bñ sub corde oēs alie cōditiones addite cōprehendunt maxime cū Greg̃.dicat hic eē inculcationē verborū p maiorē exp̄ssiōe.De hac dilectione dei qta est ex toto corde.dicit Aug⁹.in de laude charitatis.Breue p̄ceptum tibi p̄cipit.Dilige 7 fac qđ vis.siue taceas dilectione taceas.siue clames dilectione clames.siue emēdes dilectione emendes.siue pcas dilectiōe pcas.Radix sit intus dilectionis.nō pōt de ista radice nisi bonum exire

¶ C Tertij scz de tertio statu boīm sūt pfecti 7 cōtemplatiui.Hi debēt deum diligere ex toto corde.aia.mente.fortitudine.vl virtute.Omnia hec cōprehēdēdo sub totalitate cordis vt dictū ē ita q in omnib⁹ his nihil desit homini qn totus actualiter ferat in deū quātū possibile est in statu vie.licet quidem iste modus diligendi deum pfecte nō sit attingibilis a maiorib⁹.sed hoc conuenit comprehensoribus vt patebit.emulari tñ debent hmōi pfectu 7 cōtemplatiui vt in similitudinem illius pfectiōis se trabant quātus possibile est.exemplo apli qui dicit Phil.iij. Nō q iā accepi aut iā pfectus sum.sequor autē si q̄ mō cōprehendam.Et subdit. Quicūq3 pfecti sum⁹ hoc sentiamus.Ex quo manifeste colligit q et si cōprehensorū pfectio nō est nobis possibilis in hac vita.emulari tñ ōbem⁹ vt nos ad hoc trabamus quātū possumus.Et in hoc pfectio huius vite cōsistit ad quā p cōsilia inuitamur.An iste modus diligendi deum ex toto corde.nō cadit sub p̄cepto.sed sub cōsilio.7 cōpetit solis pfectis 7 cōtemplatiuis.qui hic qdammō futurā beatitudinem inchoant in videndo deū p cōtemplationem 7 fruendo p diuine dulcedinis p̄gustationem.Qualiter aūt se trabere possint ad pfectionem cōprehensor.ad hui⁹ euidentiā est sciendum q humanum cor tota intentione ad aliqđ vnū tanto pfectius fert quanto magis a multis reuocat.Tanto ergo pfectius cor hoīs ad deū diligendo fert.quātomagis ab affectu tpalium remouet.sm Aug̃.li.lxxxiij.q.vbi dic̄ q venenū charitatis est cupiditas tpaliū rerū. augmētū vero eius est diminutio cupiditatis. pfectio vō nulla cupiditas. Dia igit cōsilia quib⁹ ad perfectionem inuitamur ad hoc p̄tinēt vt cor hom̄is ab affectu tpalium auertat vt liberius tendat in deum cōtemplādo amādo 7 eius vo'untatem ip̄lendo.Ad hoc inuitat sapiēta increata Pro uerb.xxiij. Prebe fili mi cor tuū mihi. vt videlicet deoccupet ab omnib⁹ aliis 7 soli mihi intendat.Et bi sūt vere paupes spū.qualiū ē regnum celorū.quod hic inchoat.7 illic cōsummabitur.

¶ B Quartus stat⁹ boīm est beatorū.Hi p̄fecte diligunt deū ex toto corde.cum inclusione oīm aliarū cōditionū in corde cōprehensorum vt dictū est.Ibi enī omnē intentionē.omnes cogitatiōes.omnē affectionē.omnē virtutes et exercitationem suā sp actualiter figunt in deū.Et tūc vere et pfecte diligit deus ex toto corde Cū enim totū 7 pfectus sit cui nihil deest.ex toto corde diligit deus.quādo nihil in oībus his nobis deest. qn totum actualiter 7 semp cōuertat in deum.7 tunc plene implet p̄ceptū dilectiōis dei ex toto corde.Sed hic pfecte dilectionis modus nō est viatorum.sed cōprehensorum Vbi sciendum q comp̄hensio accipit dupliciter. Uno modo sm quod importat inclusionem aut circūdationes comp̄hensi.7 sic deus incōprehensibilis est oi creature.Alio modo sm q comp̄hensio importat cōsecutionem eius quod aliquis quesiuit.7 sic beati in patria dicunt comprehensores.In illa enī celesti beatitudine semp actualiter voluntas creature rationalis in deū fertur.cum in diuina fruitione beatitudo ista cōsistat. Beatitudo aūt nō est in habitu sed in actu.Et hic est pfecte dilectionis diuine modus.qui est hominum beatorū. Preter aūt hos quattuor modos dilectionis dei ē 7 alius q̄ntus modus diuine dilectionis superexcellens oēs p̄dictos.qui conuenit soli deo.qui cōsiderat dupliciter Uno modo ex pte diligibilis.Alio mō ex pte diligentis.Ex pte q̄dē diligibilis vt scz tantū aliquid diligat quantum est diligibile.Et hoc mō solus deus diligit seipsū.nec est cōmunicabilis talis modus dilectionis alicui creature.Cum enī vnūquodq3 sit diligibile sm q est bonum.bonitas dei cuz sit infinita infinite diligibilis est.Infinite autem diligere nulla potest creatura.quia nullus virtutis finite potest eē infinitus. Solus igit deus cui⁹ tanta est virtus in diligendo quāta est bonitas

eius. seipsum pfecte diligere pōt quātū diligibilis est. Alio mō cōsiderat ex pte diligentis. vt scz diligat sm totam facultatem diligentis. Et hic modus etiā ꝯuenit deo. qui seipsū diligit infinite ⁊ sm omnē facultatē suā infinitā. Sed et iste modus cōmunicabilis est creature rōnali. vt. s. sm totam facultatē virtutis sue diligat deū. qd est diligere eum ex toto corde ꝛc. vt ostensum est p quattuor modos sm quattuor status hominum ꝛc.

Subsermo CCCCXV

Diliges dominum deum tuū ex toto corde. A Viso qualiter spūs rōnalis attingit deum toto corde sm ptem affectiuā p dilectionez. Sequit videre qualiter attingit deū toto corde sm ptem intellectiuaz p cognitionē ⁊ cōtemplationem. Quia enim sm Aug. nihil amatur nisi cognitum. postq̄z dictū est de dei dilectiōe. bene se habet dicere de eius cognitiōe. ad qd cōueniēter deseruit verbum dñi Matth. v. Beati mundo corde quoniā ipsi deū videbūt. Sup q̄ vbo dicit Aug⁹ in li. de sermone dñi in monte. Hoc est mundum cor quod est simplex cor. Simplex aūt cor est totum indiuisum cor Et tale cor requirit ad videndū deum. sicut totū cor requirit ad eum diligenduz. De isto toto corde p pte intellectiua dicit ps. In toto corde meo exquisiui te. Ubi Hiero. In toto corde nō ex pte diuiso sed in se vnito Tale habuit spōsa ī canticis Cañ. v. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat. Ego inq̄z dormio sensib⁹ ⁊ virib⁹ omnib⁹ ab exterioribꝰ tumultibus retractis ⁊ sopitis. Et tūc cor vigilat dum spūs interius qui p cor intelligit in sui intimo totus recollectus soli deo p cōtemplationē intendit. De hoc corde vigili mundo ⁊ toto circa verbum secundo assūptū duo sunt videnda Primo qualis mundicia cordis in spiritibus amorosis ⁊ cōtemplatiuis requiratur. quia dicitur. Beati mundo corde. Secundo qualit ab hmōi spiritibus deus in hac vita videat. qr subditur quoniā ipi deuz videbūt. B Quātum ad pmum licet sapiēs dicat Prouerb. xxij Quis pōt dicere mundū est cor meum. q. d. nullus. quod verum est ex ppria virtute. p gratiam tñ dei possibile est istis felicib⁹ spiritibus d qb⁹ hic agitur. Sciendum ergo q cordis mundicia attendit in sex gradibus. Primus est in malarum cogitationum ablutione. Ad hoc hortat dominꝰ per pphetaz Esaiam. j. Lauamini. mūdi estote. auferte malum cogitationum ab oculis vestris scz cordis. Secundus gradus attendit in errorum extirpatiōe. ne videlicet cor sit infectum aliquibus sensibus erroneis. sicut pleriqz sunt qui se dicūt de libero spū ⁊ ducunt periculosos errores. vt habes ī tractatu meo de spiritu libertatis. Contra quos dicit Aug⁹. super iohannem. Noli libertate abuti ad libere peccādum. Ab huiusmodi immūdicijs purificat cor p rectam fidem dicente petro Act. xv. Fide purificans corda eorum. Tertius gradus attendit in amoris extranei relegatiōe. multū enī inquinat hominē in conspectu dei amor extraneꝰ Vñ dominꝰ in euāgelio Matth. x. Qui amat patrem aut matrē plusq̄z me nō est me dignus. Ita enim sordidus est q nō est dignus comparere ante faciem dei Et si hoc dicit de patre ⁊ matre quid de alijs extraneis. Sed diceres quis ē amor ita extraneus reddens hominem ita sordidum in cōspectu dei. Audi quid dicit Aug⁹. in libro de vtilitate credendi Sordes inquit animi sunt amor quarūlibet rerū p̄ter deum ⁊ aīm A quibus sordibus quāto quisqz purgatior ē tanto veruz facilius intuet. Omnis ergo amor quo quis quācūqz rem diligit preter deum inquinat oculum cordis ne possit videre deum. Quartus gradus mundicie cordis attenditur in simplicitate et rectitudine intētiōis. Oīs enim actio nostra iudicatur ex intentione. Unde Greg. xxviij. moral. ptractans istud Matth. vj. lucerna corpis tui est oculus tuus. Quid inquit per oculum exp̄mitur. nisi opus suum preueniens cordis intentio. que p̄us q̄z se in actiōe exerceat. hoc iam quod appetit ꝯtemplat. Lucerna itaqz corpis est oculus. quia p bone intentōnis radiū merita illustrant actiōis. Unde ibidē subditur. Si oculus tuus simplex fuerit. id est si intentio tua fuerit pura ⁊ impermixta fece sinistre affectiōis. totum corpus tuum. id ē. omīs actio tua lucida erit. Tūc aūt intentio ē simplex sm Bern. sup cantica sermone. xlj. Quando in omni actione sua quis intendit deum simpliciter et deum solum. Quod quomodo fieri habeat docet Hugo in de archa noe dicens. Cor hominis quod p̄us in amore diuino stabile ⁊ fixū in eternitate psistebat. vnum amando. vnū permansit. sed postq̄z p desideria defluere cepit. q̄si in tot diuisum est quot ea sunt que concupiscit Oportet ergo cor tēdēs ad eternitatem a multiplici refluere ad vnū a quo defluxit. quod fit p ītentionem. Et in hoc attendit mundicia cordis in hoc quarto gradu. Quintus gradus attēdit in spūs ab omni re creata abstractōne ita vt etiam spūs ab ipsa anima diuidatur. Juxta illd

apli Heb.x. Viuus est sermo dei et pertingens vsq; ad diuisionem anime et spūs. Mibil hac diuisione mirabilius. vbi illud qđ essentialiť vnuz est a se diuidit. vt dicit in libro de spū ſm Rich. v. de cōtemplatione vbi sic dicit. Mōne spūs in spū tunc recte asserit qñ exteriorz omniū obliuiscitur. impitus ⁊ ignarus omniū que in corpore corpaliter aguntur. ⁊ illa sola intelligit p memoriam ⁊ intellectum que in spū et circa spūm aguntur. ¶ Sed diceret aliquis. quomō est hoc possibile q̄ spūs in corpe cōsistens ⁊ vnū ⁊ idem cum anima existens possit se ab omnib⁹ creaturis diuidere ⁊ abstrahere. cum adhuc in medio earum peregrinet. dicēte apl̄o. ij. Coz. v. Quamdiu sumus in corpore peregrinamur a domino. Dicendum q̄ cum omnis creatura sit vanitati subiecta Roma. viij. ⁊ Eccs. ṗmo. Vidi cuncta que fiunt sub sole ⁊ ecce vniuersa vanitas et afflictio spūs. q̄ inquinant spiritū. Oportet ergo spiritum ad incommutabile bonū tendentem ab omnibus creaturis inquantū vane sunt eē abstractum. Exēpli gratia. imaginemur vnā pulcram mulierem que sit optime vestita. auro ⁊ gēmis ornata. facie decora. oculis allectiuis. capillatura. collo ⁊ ceteris ptibus corporis tota formosa. depinge eam quāto vis pulcriorē etiam vltra q̄z salomon descripsit sponsā in canticis. Modo quidquid est ibi vanitatis abstrahe ⁊ separa ab ea in corde tuo. si illud vis eē mūdum isto gradu. Abstrahe ṗmo omnia que sūt ornat⁹ exteriorus. quia corruptibilia ⁊ vana sūt. Abstrahe speciositatem faciei. oculoz. colli crinium. ⁊ ceterarum ptium corpis. quia non ē aliud q̄z caro putrida ⁊ saccus stercoruz ⁊ cadauer abominabile cras futurum. Abstrahe et ipsam animam tales vanitates amplectentez. His oībus abstractis videamus quid remanet in ista muliere circa qđ cor id est spūs absq; immūdicia huius gradus possit versari. Certe ibi remanet ima go ⁊ similitudo dei in spū mulieris illi⁹ impssa. Hanc intueri. hanc amare potest absq; inquinamento spiritus noster. Eodem modo abstrahendum est quidquid vanitatis est in q̄cūq; re creata. in qua et si nō est imago dei sicut in irrationalibus est tamē vestigium dei sicut aplus abstraxit omnez vanitatem ⁊ immundiciam ab omnibus rebus creatis in suo spiritu cum dixit Phil. iij. Omnia arbitror vt stercora vt christum lucrifaciam. ¶ Sextus grad⁹ mūdicie cordis attendit in spūs ab omni specie creata etiam a seipso abstractione. Be hoc pulcre dicit hugo. super angelica ierarchia ca. vij. Acutum inquit amoris est cum spiritus omnia trā scendēdo despicit. hoc ptinet ad ṗrie precedentē gradum. Et subdit. Feruidum autem amoris ē cum etiam spiritus seipsum transcendit ⁊ in cōparatione dilecti seipsum despicit. ⁊ despiciēdo relinquit. ⁊ miro modo fit vt per dilectiōis ignē in illum sustollatur et supra se per vim amoris cōpellatur vt ereat a se. necse cogitat cum soluz deum amat. Et in hoc gradu spiritus supra spirituz constituitur. Felix spiritus qui ad istū gradum mundicie meruit peruenire. quoniam hic beatus deum videbit. iuxta verbum veritatis p̄malsum. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. ¶ Quantum ad secunduz sciendum q̄ istis sex gradibus mundicie cordis correspondent sex gradus visionis vel cognitōnis quibus isti beati viri deum vident ⁊ cognoscunt in presenti. ⁊ in futuro videbunt eum facali visione ¶ Primus gradus diuinitus inspirate cognitionis est. quando quis tale aliquid ex diuina reuelatione cognoscit quod modum ppie intelligentie excedit. Sicut etiam aliq̄bus pbis datum est aliqua de deo cognoscere que sunt vltra capacitatem naturalis intelligentie. sicut platoni de ideis. ⁊ de in principio erat v̄bū vt refert Augustinus. vij. confess. ca. ix. Item de hermetrimegisto et pluribus alijs. Sicut etiaz datum fuit Augustino solo acumine intelligentie diuinitus collate intelligere per se. que alij magistris demonstrantibus vix capere potuerūt vt ipse refert. iiij. confess. Et hic gradus cognitōnis respondet primo gradui mundicie cordis. Unde ipse plato fertur fuisse mundus corde et corpore quia virgo. et similiter alij pbi pluzes fuerunt virtuosi. ¶ Secundus gradus est cognitio fidei que supat naturalem intelligentiam vl̄ industriam. Hec respondet secūdo gradui mūdicie cordis et patet. ¶ Tertius gradus cognitionis est reuelatio sensualis vel ad sensuz que aliquando simpliciter viuentibus ⁊ huius mūdi egiptum exire cupientibus ⁊ amorez extraneum relegātibus datur sicut filijs israel i exitu d egypto dñs apparuit visibiliter in columna nubis. Item moysi cum pasceret oues apparuit dominus in rubo ardenti. Itez pastoribus i nocte natiuitatis christi visibiliter apparuerunt angeli nunciantes et cantantes gloria in excelsis. Et hic gradus visionis respōdet tertio gradui mūdicie cordis ⁊ patet ex dictis. ¶ Quartus gradus est reuelatio itellectualis per species tamē sensibiles qualis fuit data Johi in apocalipsi. et Ezechieli ⁊ ceīs. ⁊ hec rñdet q̄rto gradui mundicie cordis de simplicitate intentionis que intellectualis ē quia voluntate elicitur ratione dictā

te.et tñ est circa sensibilia et agibilia. ¶ Quintus gradus est reuelatio intellectualis p̄ species intelligibiles. Et hec fit p occultam inspiratiōez ⁊ nō dat̄ nisi intellectualiter viuentibus. ⁊ competit angelis p̄ naturā ⁊ multo excellentius aīe christi cōpetebat p̄ gratie plenitudinem. Unde hec reuelatio nō fit nisi immutatoribus christi ī vite sanctitate et angelorum in puritate. Exēpluz in Johanne euāgelista qui in hoc gradu cognitionis fuit quādo scripsit euangeliū in p̄ncipio erat verbum. Item omnes apostoli cōstituebātur in hoc gradu in acceptione spūssancti docētis eos omnem veritatem. Itē ad hunc graduz assumptus fuit Aug̃. cū lecto verbo apli. Induimini dñm iesum christū. statum quasi infusa luce securitatis ab eo oēs dubietatis tenebre diffugerūt. Et tunc insinuati sunt ei in p̄fundo nutu diuini vt ipse refert. viij. ⁊ ix. confess. Hic gradus cognitionis rñdet quinto gradui mundicie. Adaptatio patet. ¶ Sext⁹ gradus diuine cognitionis ē supintellectualis. vbi licet p̄ma facie videatur oppositum in adiecto dicere aliquaz cognitionem supintellectualem quia quidq̄d intelligitur et cognoscit intellectu itelligit̄ ⁊ cognoscit̄ ¶ E Est tñ sciendum q̄ duplex est cognitio. s. intellectualis et affectualis vel exp̄imētalis sm q̄ duo dicunt̄ esse oculi anime scz intellectus ⁊ affectus vel cognitionis et amoris. Et sm Bern̄. Cognitio est oculus sinister. amor vero est oculus dexter. Et sicut naturaliter videmus tam in oculis q̄z in manib⁹ q̄ semp̄ sinistrum est debilius. dextrū vero fortius. sic hic. Nam in hac vita nō possumus deū cognoscere nude sicut in seipso subsistit. ipsum tamen amamus vt in seipso subsistit. Unde hoc oculo amoris sponsus se vulneratū fatet̄ Can̄. iiij. Vulnerasti cor meū. soror mea sponsa. vulnerasti cor meuz in vno oculorū tuorū. Videt̄ quidem ab amantib⁹ vtroq̄z oculo sed altero solum vulnerat̄. Quia vbi ītellectus caligat amor impetrat. vbi ille repellitur iste admittit̄ sm Bern̄. Unde hugo super angelica ierarchia ca. vij. Intelligas quāta sit vis veri amoris. ⁊ quātū supeminet dilectio sciētie vl̄ intelligentie. plus enī diligitur q̄z intelligit̄. et intrat dilectio vbi scientia foris stat. Et reddit rationem. Quia inquit amor p̄sumens et p̄fidēs in amato penetrat suo acumine omnia ⁊ ī petuz sequēs ardentis desiderij nec dissimulare valēs donec ad dilectum suum pueniat. ⁊ eo amplius vult ipsum intrare et eē cū ipso ⁊ esse tam p̄ope ipsum. vt si fieri possit hoc ipsum idem sit quod ipse. Ecce q̄z exp̄resse dicit q̄ verus amor immediatus vnit̄ deo q̄z intelligentia. Et iste est oculus dexter vulnerans cor sponsi. E t respondet mundicie sexti gradus. Et post hunc gradū nō restat spūs nisi visio clara ⁊ apta in eterna beatitudine. Ad quā nos p̄ducat iesus christus ⁊c.

¶ Expositio euangelij dominice decimeoctaue post pentecosten.

CCCCXVI

Ascendens iesus in nauiculam transfretauit et venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paraliticum iacentem in lecto. Videns aūt iesus fidem illorum dixit paralitico cō fide fili. remittuntur tibi peccata tua. ¶ Volent carnales boies salutez corporaiarū saluti p̄ponere. E contra spūales. Et ℔ docuit christus. qui p̄us sanauit languorem anie ⁊ postea restituit corpi sanitatez. vt apparet ex serie p̄ūs euangelij. Quod diuidit̄ in tres ptes. In quarum p̄ma ponit̄ languētis oblatio. In secunda ponit̄ ipsius sanatō. Ibi [Et ecce q̄dā] In tertia subiungit̄ dei glorificatio. Ibi [Videntes aut turbe] Circa p̄mum tria facit. ¶ Primo p̄mittit̄ humilis christi aduentatio [Ascendēs iesus in nauiculam] non in magnaz nauim. q̄d attestatur eius humilitati ⁊ paupertati. ¶ Nisi ce nauicula est crux christi. ī qua tolerauit amaritudinem doloris. que fuit ad modum maris magna Treno. j. O vos omnes qui transitis p viam attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus. Nauicula est penitentia. ⁊ bene dicitur nauicula diminutiue. cum b̄reuis sit respectu cruciatus eterni Hab̄. ix. Exiguo ligno credunt homines animas suas. Hac nauicula trā seundum est nobis mare huius seculi vt in ciuitatem celestem pueniamus [Transfretauit] id est transiuit mare galilee. Erat enim in terra genazeorum ⁊ pactus miraculis iterum ascendit mare vt rediret galileaz. Et hoc attestat̄ humilitati sue potentie. Nam vt dicit Chrysosto. Nauigio transierat. qui poterat pede transire. Nō enim semp̄ voluit potentiam ostendere mirabilius ne incarnationis noceret mysterio. At cōtra homines huius mundi si vllam habent potentiam semp̄ volunt ea vti magis q̄z veritate iusticie [Et venit in ciuitatem suaz] ¶ Queri ad lr̄am que fuit illa ciuitas ad quam venit dominꝰ que dicit̄ ciuitas sua. Si dicat̄ q̄ nazareth quia nazarenus vocatus est. Contra Marcus dicit hic Capharnaum Mar. ij. Responsio q̄a dominꝰ de galilea erat. quelibet ciuitas galilee dicitur sua ciuitas. sicut ℔ capharnaū que erat

metropolis galilee. Nazareth aũt vbi christus fuit nutritus ⁊ cõceptus erat quoddã opidũ vl' vicus respectu illius. Et ideo dicit ciuitas ipsi⁹ christi. Sicut parisi⁹ dicit ciuitas alicui⁹ nati i aliquo opido iuxta parisi⁹. Vel spiritualiter capharnaum dicit ciuitas dñi. non q̃ ibi natus sit vel nutritus. sed ppter miraculoꝝ illustrationẽ quia multis miraculis eam illustrabat. Vñ ſm Chrysosto. Alia ciuitas suscepit chrystũ nascentem scz bethleez. Alia nutriuit scz nazareth. Alia vero habuit cõtinuo eum habitantẽ scz capharnaum. ¶ Secũdo ponit languentis presentatio. Et ecce offerebant ei paraliticũ. Paralisis grece dissolutio latine dicit. Est enĩ infirmitas abinuicem omnia mẽbra dissoluẽs ſm virtutem. quia vnũ mẽbrũ alterũ iuuare nõ põt. Et est defectus motue virtutis. Vñ vehementiaz languoris tangit. iacentez in lecto. quia nullo mõ mouere se poterat sed vt dicit Marc⁹ a q̃tuor portabãt. Quo vero iste paliticus christo fuit oblatus dicunt Mar. ⁊ Lu. quia christo in domo p̃dicante tanta multitudo cõuenerat vt tota domus eẽt plena. Cũq; paliticum ferentes nõ inuenirent qua parte inferrẽt eum. ascendentes nudauerũt tectum. ⁊ p tegulas submiserũt grabatum in quo iacebat. in medio añ iesum. ¶ Tertio ponit languentis cõsolatio. Videns aũt iesus fidem illoꝝ. ⁊ deferentiũ ⁊ eius q̃ ferebat oblatus. Neq; enim vt dicit Chrysosto. pmisisset se submitti detecto nisi credidisset. dixit paliticõ. Et p̃mo sicut bonus medicus dat fiduciam infirmo timenti de magno languore. Cõfide. Inducit enim eũ ad sui benuolentiaz. fili. Hiero. O magna humilitas. despectum et ꝺbilem. totis mẽbroꝝ cõpaginibus dissolutum filium vocat. quẽ sacerdotes nõ dignabant attingere. Et bene filius. quia iam credebat. Itẽ cãm languẽtẽ sic tollit. Remittunt tibi pcta tua. Hec enim fuerat causa languoris. Vñ dñs sanaturꝰ corpus p̃us sanat aiam ſm Bedam. Et ideo infirmi semp eẽnt admonendi de penitẽtia. q̃a ad correptionem multi inferunt languores. Vnde dicit Magister in historijs. ⁊ ẽ statutũ in iure q̃ medicus visitans infirmũ. Primo debet eum monere ad penitentiã ⁊ confessionẽ ne pctõ manente tanq̃z ferro in vulnere frustra sit mala gutta apponere. Bap. xviij. Et nota q̃ ex q̃nq; causis veniunt languores. Primo ad pbationem. sicut Job. Secũdo ad virtutis fortificationem. sicut paulus. Tertio ad peccatoꝝ correptionẽ sicut paraliticus. Quarto ad manifestationem glorie dei. sicut cecus natus. Quinto ad adiectionem penarũ. sicut herodes cui pena eterna certũ ẽ in hoc mundo. Versus. Job. pbat. inclinat paulum. sese manifestat. In ceco. purgat mariã perimit herodem ꝛc.

¶ Secũda pars expositionis euãgelij

CCCCXVI

Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cũ vidisset iesus cogitatiões eorũ dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. Quid est facilius dicere. dimittuntur tibi peccata. an dicere surge et ambula. Ut aũt sciatis quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata. tũc ait paralitico. Surge tolle lectũ tuum et vade in domum tuam. Et surrexit et abijt in domum suam. ¶ Secunda ps in qua describit languẽtis sanatio. Circa q̃ tria facit. ¶ Primo ponit scribarũ calumniosa cogitatio. Et ecce quidam de scribis. id ẽ legis doctoꝝ dicebant intra se. Hic blasphemat. Blasphemare est deo iniuriaz irrogare. Q̃ fit tribus modis scz cũ deo attribuit quod ei nõ cõuenit. vel cũ ab eo remouet q̃ sibi conuenit. vel cũ aliquid attribuit creature q̃ est ppr̃ium dei. Moueãt scribe qui erant magistri legis soluz deum pctã dimittere. Esa. xliij. Ego sum q̃ deleo iniq̃tates tuas ppter me. Nõ tñ crediderunt eũ esse deũ. Jo reputabãt eẽ blasphemiaz q̃ sibi attribuebat. ¶ Secũdo ponit calũnie refutatio. Dñs ei misertus errorꝭ eorũ dupliciter ostendit se eẽ deum. ac p hoc peccata posse dimittere. ¶ Primo p hoc q̃ cogitationes eoꝝ agnouit. Videre enĩ cor hominis est solius dei. j. Re. xvj. Deus aũt intuet cor. Dicit ergo. Et cuz vidisset iesus cogitatiões eoꝝ dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. imponẽdo scz mihi false blasphemiã. ¶ Secũdo p hoc q̃ paliticuz sanat verbo. Vñ dicit. Quid ẽ facili⁹ dicere. i. dicto facere. Surge et ambula. Ubi sciẽdũ q̃ vno mõ cõpatione diuine ptãtis vtrũq; istoꝝ ẽ eq̃lis facilitatis. q̃ nihil est sibi difficile scz eq̃li facilitate aias sanat ⁊ corpa q̃ eq̃li facilitate creauit. Corpora creature ifirmitate facilius ẽ corpa sanare q̃z aias. Quare vt dicit Chryso. Quãto aia potior ẽ corpe. tãto peccatũ dimittere maius ẽ q̃z corpus sanare. Cz sanitas corpis aliq̃n signuz ẽ sanitatis aie. q̃nq; infirmitas corpis cã ẽ ifirmitatis aie. Aliter põt dici facili⁹ sanare aiam q̃z corpus iudicio hoĩm q̃b⁹ corp⁹ ẽ manifestum nõ

aia. Dicit tñ Aug⁹ q̄ maiꝰ ẽ facere de impio pium q̄z creare celū ⁊ terrā. Solutio Aug̃. habuit respectū ad hoc q̄ cū fit de impio pius iniq̄tas ī pij reluctaī. ⁊ etiaz iusticia dei videī obuiare q̄ vult vindictā. Sz in creatiõe celi ⁊ re nihil fuit obuians vel reluctās. Et sic maiꝰ ẽ facere de impio piũ. i. maioris misericoꝛdie. Añ suplucā dꝛ q̄ vtrūq̄z est equalis potẽtie. sz alterum maioris mīe sc̄z facere de impio piuz. ¶ Tertio ponit languẽtis coꝛpalis sanatio. Ut aũt sciatis hoc exponit dupliciī. ¶ Uno mõ sic vt sint ꝟba euãgeliste dirigentis sermonẽ ad nos sb̃ hoc sensu. Ut aũt sciatis vos posteri. q̄niã filius hois habet ptãtem ꝛc. Utrũ enim sicut dicit Hiero. fuerint palitico dimissa pcta solus nouit qui dimittit. Surgere aũt ⁊ ambulare omib⁹ erat manifestũ qui videbãt. Fit igiī coꝛpale signum vt pbet spũale. ¶ Alio mõ sic. vt sint verba christi ad discipulos ⁊ scribas et alios pñtes instruentis. Et sic ꝓmo exꝓmit sua instructio bis ꝟbis. Ut aũt sciatis. vsq̄z. in terra. Deinde ponit firmi curatio. tunc ait palitico. Surge ꝛc. Hec curatio facta fuit p ipsum ex virtute ppꝛia. Alij aũt qui fecerunt mirabilia faciebãt ea implozãdo diuinã virtutẽ nõ impando. Et si aliq̄n ipꝛabant. hoc nõ fuit virtute ppꝛia sz exꝓmendo vtutem christi tanq̄z ministri nõ tanq̄z dñi. ¶ Et nota hic tria cõtra p̄dicta tria. Supius enī introducit iste infirmꝰ iacẽs. ꝓtra qõ dicit. Surge. In lecto. ꝓ qõ dicit. tolle lectū tuum. Paralitic⁹ sc̄z ūmobilis. ꝓtra quod dicit. vade ī domū tuã. Deinde ponit effectus q̄ sequebaī ad ipꝛium dñi. Et surrexit et abiit in domū suaz. Que sanitas coꝛpis christū ꝓbat posse pcta dimittere Aut enī equale. aut saltẽ in apparẽtia hominuz difficilius est coꝛpa sanare q̄z aīas. q̄ si in coꝛpore sanatus est ipsius impio. ergo impio eius dimitti possunt peccata. ¶ Nota q̄ tripleꝛ ẽ statꝰ ecclie. s. incipientiū. pficientiū et pfectoꝛ. Ad mãdatū ergo christi surgunt incipientes p displicẽnam mali ⁊ amoꝛẽ boni. abstrahẽdo aiam a caꝛnalibus desideriis vt dicit Rabanꝰ. Lectū vero tollũt pficientes virtutib⁹. quia vt dicit Grego. voluptates coꝛpis in q̄bus p̄ius iacebãt postea tolerãt poꝛtãdo ipsi⁹ coꝛpis molestias. ⁊ ipsam carnẽ a terrenis desideriis ad voluntatẽ spiritꝰ subleuãt. Reuertunt aũt in domũ sc̄z pfecti. q̄z ꝓma domus est secretũ cõsciẽtie. quiescunt cũ ī terna cõscientia Pꝛouerb̃. Intrãs in domũ meam quiescã cuz illa. non enim habet amaritudinem cõuictus illius. Uecũda domꝰ est fideliuz ꝛgregatio. Añ tandẽ pueniunt ad eternam domũ celestis patrie. vbi videbiī deus deoꝛ ī syon ab his q̄ pficiunt de virtute in virtutem. ¶ Circa designationẽ buiꝰ miraculi duo nobis sũt videnda. s. q̄d p hunc paliticũ dsigneī. ⁊ quo cureī vt sibi modus curatiõis palisis spũalis indiceī. ¶ Circa ꝓmũ notãdũ q̄ paliticus iste spũaliter signat homines voluptuosos delicijs affluentes. Paralisis enim habet fieri ex immodꝛato cibo et potu. Paralisim aũt spũalez quattuoꝛ mala sequunt. sicut coꝛpalem. ¶ Primus est tremoꝛ. Homines enim assueti delicijs credẽt se esse moꝛtuos si vna die abstinerẽt a delicijs cõsuetis Geñ. xxv. Ecce moꝛioꝛ ego sum. esau ait. Et quid mihi pꝛoderunt ꝓmogenita mea Lu. xv. dicit filius ꝓdigus. Ego autẽ hic fame peo. Tales enī trepidauerunt vbi non erat timoꝛ. ¶ Secũdus est insensibilitas. Sicut enim in palisi constringunt nerui a frigiditate vl̃ opilant ex humiditate. vel cesi sunt ⁊ sic impediī transit⁹ spirituũ ad instrumẽta sensuum. ⁊ sic fit vel ꝓuatio sens⁹ vl̃ diminutio. Ita etiã est in spũali paralisi. Humiditate enim delicia impediī ne spũssanctus intret ad coꝛ hominis. et ideo insensibilitas est ibi Non sentit enim homo vulnera spiritualia vel damna qui tamen damna temꝓoꝛalia bene sentiret. Multum doleꝛet si amitteret obulum. ad moꝛsum etiam vnius pulicis multum iraſceꝛetur. Vulnus autem peccati moꝛtalis nõ sentit. Pꝛouerbioꝛum vicesimotertio. Uerberauerunt me et non dolui. traxerunt me et non sensi. ¶ Tertium malum est immobilitas. Sicut enim in contꝛacto vel opilato vel cesoꝛ ꝓuatur ps paralitica motu vel in toto vel in parte. ita ⁊ hic Unde qui habet spiritualem paralisim piger ẽ ad omne bonum Pꝛouerbioꝛũ. xxj. Desideria occidunt pigrum. vnde non valet quicquã manus eiꝰ opari. ¶ Quartum maluz est mollicies quedam. quando dissoluitur homo interioꝛ in aquis deliciarum. Et attendiī hic mollicies in hoc q̄ talis cedit omni duro. Nihil enim graue sustinere potest Hiere. xxxj. Usquequo dissolueris delicijs filia vaga. ¶ Circa modum sanandi notandum q̄ saluatoꝛ quattuoꝛ fecit sanando paraliticum illum. Primo fidem eum offerentium respexit Hiere. v. Domine oculi tui pꝛospiciunt fidem. pꝛospiciunt inquã respectu misericoꝛdie. Secundum q̄ paraliticum filiuz vocauit. Gloſa. Humilis dominus filium vocat quem sacerdotes dedignantur tangere. Tertium est q̄ ad cõfidentiam monuit dicens Confide ꝛc. Quod multum valet ad impetrandum illud quo homo indiget. ps. Quoniam speraꝛbit in me liberabo eũ Hieremie decimooctauo Benedictus vir qui cõfidit in dño. Talis est sic

arbor benedicta plantata iuxta fontem diuine bonitatis vbi habet radicem cordis. Vñ ibidez legitur. Erit tanq̃z lignum quod plantatum est sup aquas. Quartum est q̃ ꝑus aiam q̃z corp9 sanauit. ⁊ hoc cõuenienter. cum infirmitas anie sit causa infirmitatis corꝑis. cessante aũt causa cessat effectus ẽ.

¶ Tertia pars expositionis euangelij.

CCCCXVIII

¶ Videntes autez turbe timuerunt et glorificauerunt deum qui dedit potestatem talem hominibus. ¶ Tertia ps in qua subiungit dei glorificatõ de miraculo scz viso. Videntes aũt turbe timuerunt impone re scz sibi blaspemiã sicut fecerunt scribe. ⁊ glorificauerunt deum qui dedit potestatem talez id est ihesum christuz qui est virtus dei priꝰ hominibus ad eorum scz salutem. Et talem potestatem scz dimittendi peccata ⁊ curandi solo vbo infirmos. ⁊ hanc ptãtem dedit deꝰ pater christo causatiue hominibus aũt receptiue.

¶ Sermo de eadem dominica.

CCCCXIX ¶

¶ Et quid cogitatis mala in cordibus vestris. Matt. ix. Sicut dicit beatus Hieronimꝰ ad demetriadem. Est tutissimum atq̃z pfectũ vt assuescat animus puigili custodia discernere cogitationes suas. et ad ꝑmum animi motum vel ꝑbare vel repbare quod cogitat. vt bonas cogitationes alat ⁊ malas statim extinguat. Hinc nãq̃z fons ẽ boni et origo peccandi. Hec ille. Quia igit cogitationes sunt fons boni ⁊ origo mali Jõ saluator noster qui est scrutator cordiũ ⁊ discretor cogitationũ cũ vidisset cogitationes malas scribarũ. ne vlterius ꝓirent in peius statim redarguit eos dicẽs. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris dans nobis doctrinaz vt q̃z cito ꝑpenderimus nos mala cogitatione pulsari statim debemus nosmetipsos repbẽdere. vt q̃libet dicas tibi ipsi hec christi verba. vt q̃d cogitas mala in corde tuo. In quibꝰ verbis saluator tãgit tria circa materiam cogitationũ. nobis diligentissime cõsideranda. Primũ est vñ cogitationes male in nobis ortũ habeant. quia dicit interrogatiue. Ut quid. Secũdũ ẽ q̃ ⁊ quãta mala bmõi cogitatiões male aie inferant q̃ dicit. cogitatis mala. Tertiũ est qualiter bmõi cogitationes a cordibꝰ nostris excludi debeant q̃ dic in cordibus vestris. ¶ Quantum ad ꝑ

mum est sciendũ q̃ quãtũ ad ꝑmeuã originem omnes male cogitationes ortuz habẽt a diabolo. Quod sic est videre. Cum enĩ ꝑmus hõ conditus in statu innocẽtie de malis cogitatiõibus nihil sciret. venit diabolus in specie serpentis et suasit mlieri. ⁊ mulier viro. ⁊ ibi ad suggestionẽ diaboli ortũ habuerũt cogitatiões male. Et eodem mõ ⁊ ordine quo ibi succreuerunt adhuc inobis succrescunt. Nam sicut ibi serpẽs suggessit mulier delectata est ⁊ vir comedit. Sicut inobis ꝑm Greg. diabolus gerit serpentis officiuz. sensualitas vero mlieris. ⁊ rõ tenet locuz viri p consensum. Vel quia nõ semp suggestio insurgit in nobis a diabolo sed plerũq̃z oritr ex ꝓpria malicia vel fragilitate. ideo dicere possum9 ꝑm Aug. q̃ suggestio serpẽtis in nobis est primus motus ex fomite. comestio vero mulieris est delectatio inferioꝛ ptis rationis. Sed comestio viri est cõsensus superioris ptis rationis. Quer hꝫ enim tria scz suggestionem. delectationẽ ⁊ cõsensum homo in temptationem ducit. quia tẽptatio p suggestionem que in cogitatiõe cõsistit inchoat. p delectationem cogitatiõis pgredit. ⁊ p cõsensum cõsummat. Et sic patet ꝑmum vnde videlicet cogitationes male ortum habeant. vt quasi respondendo interrogationi dñi dicẽtis vt quid cogitatis mala in cordibꝰ vestris. dicat ex suggestiõe diabolica originaliter. et ex ꝓpria nostra fragilitate vel malicia consequent. Hinc dicit Geñ. viij. Sensus et cogitatõ humani cordis ꝓna sunt ad malum omni tempore ¶ Sed q̃rat quare homo est ꝓnior ad cogitandum malum q̃z bonum. cuꝰ possũt assignari plures rationes. Una ratio est ex nature corruptione in ꝑmo ꝓnte vt dictum ẽ. Ad q̃d facit q̃d dr Sap. ix. Corꝑ q̃d corrũpit aggrauat aiaz ⁊ terrena inhabitatio depmit sensum multa cogitantẽ Vñ ꝓpter grauitatẽ plus trahit vnꝰ deorsũ q̃z decẽ sursũ. ¶ Secũda cã ẽ quia incitans nos ad malum ẽ ꝓne. delectabile enĩ apprehensũ p sensuz vl imaginẽ q̃ de necessitate mouet cõcupiam Tꝫ icitãs nos ad bonũ ẽ absens ⁊ multũ distãs. scz btũ tuo q̃ ẽ finis virtutũ ¶ Tertia causa ẽ q̃ fomes q̃ mouet ad malũ sp intra nos ẽ sz gloria celestis quã nos querimus extra nos ẽ. ¶ Quarta causa est. quia malũ possumus facere ꝑ nos. sed bona facere nõ ꝑ possumꝰ sine gratia adiutrice. ¶ Quãtũ ad secũdũ videlicet que ⁊ q̃nta mala cogitatiões male aie inferant. q̃ dic dñs cogitatis mala si mala. ergo necessario inferũt mala. q̃ de malo non ꝓcedit nisi malum Mat. vij. Non potest arbor mala fructus bonos facere. Sciendũ ergo q̃ ex fonte cogitationũ malaꝝ

plura mala pcedūt. ¶ Primū ē malū peccati
Licet quidem cogitationes in se non sint male
imo possunt esse bone et meritorie si sint de ma-
teria bona. vel etiaz si sint de re illicita. puta si ali-
quis cogitet de mechia ad predicandum vel ad
corrigendum vel ad fugiendum. Accedente tñ
appetitu sensualitatis vel voluntatis super re il-
licita. quis contrahit maculam peccati plus vl'
minus sm q diuersimode motus est in peccatū
Ad cuius euidentiam est sciendum q a primis
motibus in sensualitate peccatum habet ortuz
Sed primi motus distinguuntur. Sunt enim
duplices. Nam quidam dicuntur primo primi
alij secundo primi. Motus primo pmi sunt na-
turales et extra genus moris. et talis motus ac-
cedens cogitationi non inducit aliquod pecca-
tum. cuius ratio est. quia non sequitur aliquaz
imaginationem. sed naturaliuz qualitatuz acti-
onem. Et possunt pertinere ad ptem nature ve-
getatiuaz. sicut esurire et sitire et hmōi. Quales
motus in potestate nostra non sunt. quare nul-
lum inducūt peccatum. Motus vero secundo
pmi sunt sensualitatis. qui subiacent in talibus
dominio voluntatis. ac per hoc si cadant super
materia illicita peccata quidem sunt sed venia-
lia. quia voluntas nō habet completum domi-
nium sup eos. potest enim voluntas impedire
singulos et quēlibet sm se sumptum diuisim. sz
non omnes coniunctim. Unde dicitur in colla-
tionibus patrum. Mentem non īterpolari co-
gitationibus impossibile est. suscipere vero eas
vel respuere omī studenti per gratiaz dei possi-
bile est. Quēadmodum ortus earum non om-
nimode pendet a nobis. ita reprobatō vel electō
consistit in nobis. Post istos autem motꝰ sen-
sualitatis sequunt motꝰ in ratione ⁊ voluntate
qui similiter distingui possunt in pmos et secū-
dos Ita q primi dicunt motus subrepticij in ra-
tione ⁊ voluntate qui p tanto dicunt primi. qz p
cedunt omnes alios motus in pte supiori Sup
ponunt aūt omnes alios motus in pte inferio
ri. Isti itaqz motus subiti ⁊ subrepticij ⁊ indeli-
berati in ratione ⁊ voluntate citra tamen ꝯsen
sum peccatum faciunt veniale. Si vero sequāt
motus secundi in ratione ⁊ voluntate p cogita
tionem morosam. que dicitur morosa non tam
ex mora tpis q̄z ex eo q ratio deliberās circa eaz
immorat per consensum immorandi. nec eaz re
pellit. tenens et voluens libenter que statim vt
attigerunt animum respui debuerunt. Talis q̄
dem cogitatio si sit de re licita non oportet dubi
tare an sit peccatum. Si autem est de re illicita
ita tñ q super eam nō cadit nisi veniale peccatū
tūc talis morosa cogitatio per se loquēdo ñ exce
dit limites venialis peccati. Si aūt sit illicita sic
q sup eam cadit mortale peccatū. tunc adhuc ē
distinguendum. Quia aut talis cogitatio mo
rosa versat circa hmōi speculatiue solum. sic ad
huc nō est peccatū. licet ratione materie sit pricu
losū. Aut versat cogitatio illa circa illam rem p
consensū delectationis. hoc est dupliciter. Aut
per consensū delectationis in cogitationē. et ta
lis cogitatio de genere suo nō est peccatuz mor
tale. sed qñqz veniale. qñqz nullū. puta cum spe
culando de fornicatione in ipsa speculatione de
lectat non carnaliter. sed quia speculatio placet
Aut consensus est in delectatationem de ipa re
et actu fornicationis. ita q vult īterius voluptu
ose delectari. nec tamen vult procedere in opus
talis in quā cōsensus est inter mortalia compu
tandus. Qz enī aliquis cogitans de fornicatiōe
delectet de ipso actu cogitato. hoc cōtingit ex eo
q affectio eius est inclinata in hunc actum. Uñ
q aliqs consentiat in talē delectationē nō est ali
ud q̄z q affectus suus sit inclinatus in fornicati
onē. ¶ B Est tñ duplex ꝯsensus scz vnꝰ verꝰ
et exp̄ssus. alter interp̄tatiuus. Interp̄tatiuus ē
qñ hō talē cogitationem insurgentem nō repri
mit. licet nō expresse consentiat. ⁊ iste est infimus
⁊ pmus gradus peccati mortalis. quia appellat
mortale ex delectatione morosa. Sed si expresse
consentit in delectationē cogitationis et non in
opus tunc est secūdus gradus. Si vero cōsen
sus pcedit vlterius vt pponat opus cōsūmare.
tūc voluntas p facto reputat. etiam si facultas
desit pficiendi opus illud. et iste est tertiꝰ gradꝰ
de quo loquit Hiero. in epl'a ad demetriadem.
In illa inquit tantū cogitatione peccatuz ē que
suggestioni ꝯsensū dedit. q malū suū blande fo
uet. que in factū gestit irrūpe. hmōi cogitatō eti
am si ex aliq impedita casu nō impleat volunta
tē nihilominꝰ actiōe criminis cōdemnat a dño
Iuxta illud q in euangelio legimus. qui viderit
mulierē ad cōcupiscenduz ꝛc. Hec Hiero. Sup
q̄ vbo etiā dicit Augꝰ. in li. de sermone dñi i mō
te. Qui viderit mulierē ad ꝯcupiscēdā eā. i. hoc
fine ⁊ hāio attēderit vt eā cōcupiscat. qd iā nō ē
ad delectatiōez carnis sz plane ꝯsentire libidini
ita vt ñ refrenet illicitꝰ appetitꝰ. sz si facltas fuerit
faciet hic mechatus est. Et hoc intelligendū est
nō solum de visu corpali. sed etiaz mētali p cogi
tationes. Si vero cōsensus exeat in opus tunc
est peccatum mortale consūmatum qui ē quar
tus gradus. Deinde sequitur consuetudo ⁊ ob
stinatio ꝛc. que faciunt gradus semp damnabi
liores. et sic malum cogitatōnis sp aggrauatur

Quorū graduum aggrauationem Greg⁹. ita describit. d. q ex cogitationis delectatione innascit peccati affectio. ex affectione cōsensus. ex cōsensu opatio. ex operatiōe cōsuetudo. ex consuetudine desperatio. ex desperatiōe defensio. ex defensione gloriatio. quia gloriant cum male fecerint. ex gloriatione eterna damnatio. Et hoc totum malum peccati inducūt cogitatiōes male

E Secūdum malum cogitationum est q cor inquinant ⁊ defedant. Cum enī nobili⁹ qd ē in homine sit cor. ita q ipsa etiam sapientia īcreata ipsū p se habere desideret dicens Prouerb. xxiij. Fili prebe mihi cor tuum. Hinc est q dato q in malis cogitatiōibus nullum esset peccatū. adhuc ppter nobilitatem cordis dedignari dberet homo cor suum fedis ⁊ immūdis cogitationibus deturpare. exemplo illius gentilis Senece qui dixit. Si scirez deos ignoscituros adhuc ppter peccati vilitatē peccare dedignarer. Propter quod propheta petijt in ps. Cor mundum crea in me deus. Tertium malū cogitationū est q diabolum in cor aduocant ⁊ ibi domiciliū sibi parant. contra illud quod dicit aplus Ep. B. iiij. Nolite locum dare diabolo. Locus in corde dat diabolo p cogitationes fedas ⁊ immundas in quib⁹ ipse immundus spūs delectat. ⁊ p eas homo sibi obligatur dicente Greg. v. moral. Licet reprborum mentes diabolū non semp seqnt in ope. valde tamē se illi obligant in cogitatione Sicut ecōuerso p cogitationes bonas deo preparat locus in corde nostro. Juxta illud in cantico. j. Reg. ij. Ipsi pparant cogitationes. glo. bone. quia se aufert a cogitationibus que sunt sine intellectu Sap. j. Quartū malum cogitationum est quod sequit ad premissum ⁊ plura alia mala secum trahit q de corde faciunt infernum Nam vbicūqz est diabolus ibi est infern⁹. Sicut econtrario vbi deus ibi celum. Quia ergo diabolus habet domiciliū in corde malis cogitationibus polluto vt dictum est. diabolus aūt vbicūqz nidificat insignia inferni secum portat Hinc est q in tali corde sunt hec inferni insignia Ibi enim ignis ardentis concupiscentie. Ibi fetor fede luxurie. Ibi vermis remordentis cōsciētie. Ibi tenebre obscurate intelligētie. Juxta illd ps. Obscurent oculi eorum ne videant. Sicut enim stercus hirundinis excecauit oculos thobie. sic stercus diaboli malarū cogitationum excecat oculos cordis ne videant lucem boni Uñ Grego. super illud Esa. xlvij. Sede in puluere. Quid per puluerem nisi cogitationes debem⁹ accipe. que dum importune ac silenter aduolāt mētis oculos excecant. Ibi etiā est sitis īsatiabilis illecebre. quia sicut rota trahit rotaz. ita vna mala cogitatio trahit aliam. ⁊ vna voluptas aliam. Exemplum de sanguisuga Prouerbio. xxx

F Postremo est aliud malum cogitationum malarū. q hominē gratia dei priuāt. Uñ Judas postqz diabol⁹ miserat ei ī cor cogitationes quomō traderet dominū pdidit omnē gratiam irrecupabiliter. quā plures alij pctōres recupabiliter perdiderunt. Exemplum de quodā heremita de quo legitur in vitis patrum q multis annis in heremo seruiuit deo. ⁊ oī die pascebat cibo celesti sibi p auez tēpore prandij ad mēsam ptato. Hic incidit in quasdaz cogitationes malas quas gratia dei sufferre nō potuit. Unde sequēti die inuenit panem sibi celitus allatū aliqualiter pollutum. Et tamen orationes solitas compleuit. sed a cogitationibus immūdis non desistebat. Item alia die in mensa sua panē magis pollutum inuenit. sed vltimo ipsuz omnino non inuenit. Qui multum contristatus. eo q propter viles cogitationes suas taz delicatam et celicam prebendā amiserat. heremuz exire. et ad seculū redire cogitauit. Sz cuz iter ageret in via dei nutu correptus ad cellam suam rediit. et penitentiam agens deo fideliter seruiuit sed prebendā illam celicam nunqz recuperauit Ecce quanta dāna male cogitationes inducūt Uerum licet paucissimi talem pbendam celicā habeant. multi tamen habent a deo spirituales gratias deuotionis ⁊ diuine dulcedinis in orōne et meditatione quas similiter p malas cogitationes perdunt. Unde est illud Eccs. x. Musce morientes perdunt suauitatem vnguenti. Musce sunt cogitatiōes volatiles et vage. que tunc sunt morientes quādo ad instar cadaueris mortui putrescunt in corde. ⁊ ille musce pdūt suauitatem vnguenti. id est omnis deuotionis et gratie. qua vnusquisqz intus per spiritum sanctum vnctus est.

Subsermo CCCCXX

In cordib⁹ uestris

Qr tāta mala cogitatiōes male inferū tyt visū ē. iō clamat ppha esa. j. auferte malū cogitatōnū vrāz ab oclis vris Uidēd ergo qlit hmōi male cogitatiōes a cordib⁹ nris auferri debeāt. qr dr [ī cordib⁹ vris] Si. n. sūt ī cordib⁹ nris conādū ē qlit expellāt ⁊ cauēdū ne subintrent. Duo ergo hic sūt vidēda Primo q bus cautelis caueatur ne subintrent. Secundo postqz intrauerunt qualiter expellantur vel extinguant. Circa pmum sciendum q caue-

renō possumus omnino ne subintrēt. ¶ Hz caue re debemus quantum possum⁹. Quia vt dicit Greg⁹. v. moral'. ¶ Magno studio supflue cogi tationes amputande sunt. sed tñ amputari fun ditus nequa quā possunt. Semp enī caro super flua generat. que semp spūs ferro solicitudinis rescindat. Et ad hoc sūt tres cautele. ¶ Prima est timor dñi. vt homo imaginē deum eē pñtez ⁊ videre secreta cordis. ¶ Multa enim pctā opis cauenť ppter timorē hominū ne videlicet homi nibus innotescant. Quis enī turpitudinem cō mittere vellet in pñtia hominū. ¶ Multo magꝭ timere debet homo pñtiā dei ī corde. qui videt cogitationes nostras multo clarius q̄z homies videant facta. ¶ Prouerb. xvj. In timore dñi dēcli nať a malo. ¶ Secūda cautela ad excludendas cogitatiōes malas est custodia sensuum et pre cipue oculorum. Unde Job. xxxj. ¶ Pepigi fedus cum oculis meis vt nec cogitarem de virgine. Sup quo verbo dicit Greg. Ut mūda sit mens in cogitatione a lasciua voluptatis. depmendi sunt oculi quasi quidā raptores ad culpā. Hinc etiam dicit Isido. ¶ Oculi sūt pma tela libidinis. aspectus enim mentē allicit. animam titillat. et cor vulnerat. Subtrahe ergo visum. repme ocu los a petulantia. nō eos infigas in speciē carnis si vis eē a malis cogitationibus tutus. ¶ Ter tia cautela est fuga ocij. vt semp aliquid boni fa cias. vt te diabolus inueniat occupatum. Non enim facile capiť a diabolo qui bono vacat exer citio. vt dicit Hiero. in sermone. Et Joh. Cassi. di cit. ¶ Mens ociosi nihil aliud cogitare nititur q̄z de ventre et libidine. Cui⁹ ratio est. Cor enī cum sit in cōtinuo motu semp vult circa aliquid occu pari. etiam dormiendo. ⁊ qz cor pnius ē ad ma lum q̄z ad bonū Gen. vj. Ideo nisi occupeť circa bonū semp vsať circa malū. Uersus. ¶ Otia dant vicia fugiant ergo pcul illa. ¶ Deinde videndum quibus cautelis postq̄z intrauerūt a corde expellanť aut extinguanť. ¶ Prima cau tela est vt statim in initio. sicut diabolus in cogi tatione mala caput cordi īmiserit. caput sibi ab scidať. Ita beatus appollonius vt legiť in vitis patrū docebat fratres suos dicēs. Constringať caput draconis. ⁊ omne corpus ei⁹ mortuū red deť. Ob hoc enī mandat deus nobis obseruare caput serpentis. vt omnino statim ab initio nō recipiamus malas ⁊ sordidas cogitationes in corde nostro. quātomagis ergo diffundi nō cō uenit in sensibus cogitationum fantasias q̄s etiam in initio recipi vetat. Hec ibi. ¶ Se cūda cautela est cordis ad alia distractio. vt vi delicet homo diuertat oculos cordis ab illis co gitationibus. ⁊ inueniat materiam alicuius oc cupationis circa quam cor suum versēť ordādo. vel intra se meditando. vel legendo. vel cuz alijs conferendo. vel alicui exercitio exteriori intendē do. Unde cesarius in amonitionibus suis. In cipiamus bonas cogitationes diligere. ⁊ statiz ab illis que male sunt dignabiť dominꝰ liberare ¶ Tertia cautela est cōsideratio finis ⁊ vtilita tis talium cogitationum. vt videlicet homo cō sideret quid vtilitatis finaliter ex talibus cogita tiōibus reportet. quia nihil reportabis nisi offē sam dei et deordinationem animi ⁊ confusionē ppriam in teipso. Unde etiaz seneca. in libro de quattuor vtutibus dicit sic. Cogitatiōes vagas ⁊ inutiles ⁊ velut somno similes non recipias. q̄ bus si animū tuum oblectaueris. cuz omnia dis posueriś tristis remanebis ¶ Quarta cautela ē pura confessio cogitationum ex quibus q̄s im pugnatur. Unde dicebat quidam probatus se nex in vitis patrum cuidam fratri impugnato a cogitationibus pessimis. Non timeas fili. nec abscondas cogitationes tuas. ita enim confu sus immundus spūs discedit a te. nihil eniz ita virtutē allidit demonū q̄z si quis secreta immū darum cogitationum sanctis patribus reuela uerit. Hecibi. Has et plures alias cautelas ad ppositum habes in vitis patrum pte. iij. ca. iij. Sed beatus ille predicatur qui puulos suos. i. cogitationes suas. allidit ad petrā. id est christū Quod nobis pstare dignet ꝛc.

¶ Expositio euāgelij dominice decime none post pētecosten. CCCCXXI

Simile factuz est re gnum celoz homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et mi sit seruos suos vocare inuitatos ad nu ptias. et nolebant venire. Iterū misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meū parau. tauri mei et altilia occisa sunt et omnia parata. venite ad nuptias. Illi aūt neglexerūt et abierunt. alius in villam suam. alius vero ad negotiationem suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius. et cōtume lia affectos occiderunt. Rex aūt cuz au disset iratus est. et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos. et ciuita tem illoz succēdit ¶ Nihil ē q̄ adeo in dignatiōez puocet potētis sicut īgratitudo Ñ quia inuitati ad nuptias regis de tanto bono re ingrati nō solū venire cōtempserunt sed etiaz missos regis contumelijs affectos occiderunt

qua ppter rex nō immerito īdignat⁹ pdidit ho/micidas illos sicut euāgelū refert. Quod diui/dit in tres ptes. In quarū ꝑma notat ista repba tio eorū qui inuitati a deo venire cōtemnūt. In secūda ponit benigna vocatio illoꝝ qui gratan/ter veniunt. Ibi _ Tūc ait seruis suis _ In tcia de scribit puida circūspectio dei circa ea que fiōles a gūt _ Ibi _ Intrauit aūt rex _ ¶ Circa ꝑmū duo facit. Quia ꝑmo ponit quedam aggrauantia factum ex quibus iste cōtemptores iuste repbā tur. que sūt quattuor. ¶ Primum est cōuiuij magnificentia. Fuit eni cōuiuiū regale magnis sumptibus ꝑparatū. vt sequit. Juste ergo repro bat qui magnificum negligit apparatū. Dicit ergo _ Simile factū est regnū celoꝝ _ i. pūtus tpis ecclesia _ homini regi _ id est deo patri _ qui fecit nuptias filio suo _ qñ p incarnatiōis mysteriuꝫ ecclesiam filio suo copulauit. Et est sensus. Ne/gociū factū in ecclesia militāte circa filij dei īcar/nationē simile est tali negocio qō eē potuit in ce lebratiōe taliū nuptiarū. ¶ Notādū q iste nu/ptie nō possūt intelligi de beatitudine eterna in ecclesia triumphante. quia hic infra dicit q fui vocauerūt ad nuptias bonos ⁊ malos. ⁊ q iuē/tus est ibi vnus hō nō habēs vestem nuptialez. ⁊ ppter hoc eiectus ē in tenebras exteriores. Ad beatitudinē aūt celestem nō admittunt mali cū bonis. sed solum boni. Nullus etiaꝫ ibi recept⁹ eijcit. Et iō pistas nuptias intelligit verbi incar natio. Tūc enim deus pater fecit nuptias filio. qñ naturam humanā copulauit diuine nature in suppositō verbi. Et he nuptie fuerūt solennis/sime ⁊ mirabiles. Primo rōne nuncij. quia fu/it angelus gabriel. Secūdo rōne pncipalis dñi qui fuit deus pat̄ imo tota trinitas que has nu ptias ordinauit. Tertio rōne sponsi qui fuit filius dei qui humanā sibi vniuit naturam. Quarto rōne sponse que fuit natura assumpta in vnitate suppositi diuini. Quinto rōne thalami in q̄ fuerūt he nuptie celebrate. qui fuit vterus virginalis. Que omnia patēt Luc. i. in illo euangelio. Missus est. Hec sūt ergo ille nuptie de quibus Apoc. xix. ex quibus ad leticiā inuitamur. Gaudeamus inquit ⁊ exultemus quoniā venerunt nuptie agni ⁊ uxor eius ꝑparauit se. Profecto gaudere debem⁹ quia p has nuptias redempti ⁊ liberati sumus Gal. iij. ¶ Secūduꝫ est inuitantis diligentia. Ex eo enim q iste rex cum tanta diligentia pauit cōuiuiū q etiā misit p iuitatis spēales nūcios suos iuste ꝓēptatores rep bantur. Unde dicit _ Et misit seruos suos _ scz p phetas et patres veteris testamenti Mat. xxiij. Ecce ego mitto ad vos pphas ⁊ sapiētes ¶ Ad uertendum q in hac pabola introducit duplex vocatio scz iudeoꝝ. ⁊ gentiliū. ⁊ ꝑmo iudeoꝝ tā/quā qui noti ⁊ de pentela erant sponsi. qui quia cōtemplerūt venire ad fidem ecclesie christi. iu/ste a deo repbati sūt. ⁊ gentiles loco eoꝝ merito sunt vocati. _ Misit _ ergo ꝑmo rex _ seruos su/os vocare inuitatos ad nuptias _ scz iudeos q̄/bus data est lex. in qua facta est ꝑmissio de īcar/natione christi vt patz Geñ. penl. Nō auferetur sceptruꝫ de iuda ⁊ dux de femore eius donec ve/niat qui mittendus est Deut. xviij. Prophetaz suscitabo eis de medio fratrū suoꝝ. Serui aut̄ē qui missi sūt ad vocandū istos inuitatos fuerūt pphete. qui clarius denūciauerūt ea de christo que obscurius posita erāt in lege. Hortabātur enim populū iudaicū expectare christi aduētū ⁊ tendere in ipsum pfidez ⁊ opa bona _ Et nole/bant venire _ quia nolebant verbis pphetaruꝫ obedire. vt patet ex de cursu libri regum ⁊ paliꝑ. ¶ Tertiū aggrauās est inuitātis instātia quia etiam secūdos nuncios p eis misit. insinu ans eis nuptiarū magnificum appatū eē exple/tum. vt quos nō adducebat instantia inuitatō nis saltem alliceret ꝑparatio nuptiarū. Vñ dic _ Iterum misit alios seruos ⁊c _ Isti serui secūdi mis si fuerunt qui de ppinquo denūciauerūt aduē/tum christi. vt Johes baptista et discipuli chri sti missi ab eo in omnē ciuitatem ⁊ locū quo ipe erat venturus. vt habet Luc. x. _ Ecce prandium meum paui. _ sacramenta videlicet et ecclie do ctrinam qua reficit anima. ⁊ potissime sacramē tum eucaristie in quo dat nobis caro christi in ci bum. ⁊ sanguis eius in potum _ Tauri mei ⁊ al tilia occisa sunt. _ Tauri sunt ꝓcepta moralia altilia supaddita. ¶ Quartū aggrauans cōtemptū est culpe eoꝝ neq̄cia _ Illi aūt neglexe runt _ q̄ iudei ꝓdicationē christi et apl̄oꝝ ꝓtem serunt. q̄ pauci cōpatiue de iudeis crediderūt. Causa aūt hui⁹ fuit cupiditas rerū tempaliū. p pter hoc enī sacerdotes cōspirauerūt in mortē christi ne pderent ciuitatem ⁊ templū. In q̄ q̄dē templo hauriebant pecuniā ꝑplī. vt visū est ca. ꝓcedenti sub obtētu cultus diuini. Et hocē q̄ subdit _ Et abierunt. alius in villā suam. alius vero ad negociationem suā _ Per laborē ville in telligit̄ ois occupatio corpalis circa terrena impe diens diuina. p negociationez vero occupatio mentalis circa talia _ Reliqui vero tenuerūt ser uos eius. ⁊ cōtumelia affectos occiderunt. _ qa iohes baptista ab eis est incarceratus ⁊ occis⁹. similit iacob⁹ frater iohis. ⁊ stephan⁹. ⁊ alij disci puli multi in testamento veteri ¶ Secūdo po nit illoꝝ cōtemnētuī iustā cōdemnationē _ Rex

autez cū audisset iratus est ¶ quia a deo merito ptalibus sūt puniti ¶ Et missis exercitib⁹ suis. ¶ scz romanoꝝ sub ꝓncipibus tyto ⁊ vespasiano qui ex diuina ordinatione venerūt cōtra hierusalem. xlij. anno post christi passionē ¶ pdidit homicidas illos ¶ qz in vltionē sanguinis christi ⁊ suoꝝ discipulorū ab exercitu romanoꝝ sunt trucidati ⁊ captiuati de iudeis vsqz ad decies centena milia vt dicit Josephus de iudaico bello ¶ ⁊ ciuitatem eoꝝ succēdit ¶ quia tūc hierusalem succensa est ⁊ templū in ea.

¶ Secunda pars expositiōis euāgelij.

CCCCXXII

TUnc aut serui sui

¶ Nuptie quidem parate sunt sed qui ꝓuitati erāt nō fuerūt digni. ¶ Ite ergo ad exitus viaꝝ. et quoscūqz inueneritis vocate ad nuptias Et egressi serui eius in vias cōgregauerūt omnes quos inuenerūt bonos et malos. et implete sunt nuptie discumbentium. ¶ Secūda ps in q̄ ponit benigna vocatio eoꝝ q̄ gratanter veniūt. quales sūt gentiles. qz iudeis repellētib⁹ fidē christi ab apl̄is predicatā. apl̄i ō mandato christi a iudea trāsierūt ad p̄dicandū gentib⁹ p totū mundū. ⁊ ip̄i deoti susceperūt fidē christi ad p̄dicationē apl̄oꝝ. Et hoc est q̄ dicit Act. xiij. vbi paulus loquēs iudeis induratis. vobis inq̄t oportebat ꝓmū loq̄ verbū dei. sz q̄niaz repellitis illud ⁊ indignos vos iudicatis vite eterne. ecce cōuertimur ad gētes sic enī p̄cepit nobis dñs Et ℞ē q̄ dicit ¶ Misit seruos suos ¶ id est apl̄is ⁊ discipulis suis p diuinā reuelationē ¶ Nuptie q̄dē pate sūt ¶ i. mysteria christi ꝓpleta sūt ¶ Scz q̄ inuitati erāt ¶ s. iudei vt visū ē ¶ nō fuerūt digni ¶ ppt̄ suā incredulitatē ¶ Ite ergo ad exitus viarū ¶ i. ad dispsiōes gentiū ¶ ⁊ q̄scūqz inueneritis vocate ad nuptias ¶ qz nullus volēs fidē christi recipe ē repellend⁹ ¶ Et egressi serui ei⁹ i vias ꝓgregauerūt oēs q̄s inuenerūt bonos ⁊ malos ¶ qz in ecclia militāte admixti sunt mali cū bonis ¶ ⁊ ip̄lete sūt nuptie discūbentiū ¶ qz fides catholica diffusa est per orbē vniuersū.

¶ Tertia pars expositionis euangelij

CCCCXXIII

INtrauit autez rex

vt videret discūbentes. et vidit ibi hoīez nō vestitū veste nuptiali. Et ait illi. Amice. qūo huc intrasti nō habens vestē nuptialē. At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Li-

